ACCADEMIA DI MEDICINA DI TORINO

THEODORI
DE MAYERNE
Conſiliarii & Medici Primarii
REGIS ET REGINÆ MAGNÆ
Britanniæ,
PRAXIS MEDICA:
Ad Exemplar Londinenſe 1690.
Impreſſum noviſſimè recuſa.

Cui præter Ejuſdem Authoris Libellum planè ſingularem,

DE CURA GRAVIDARUM,
Acceſſit
TRACTATUS DE ARTHRITIDE
Ab ipſo Authore antea Gallicè conſcriptus.

GENEVÆ.
Apud SAMUELEM DE TOURNES.

M. DC. XCII.

DEDICATIO

Clariſſimis Doctiſſimíſque

D. D. Præſidi & Sociis

COLLEGII REGALIS

Medicorum Londinenſium,

In perpetuum cultûs & obſequuii Monumentum, primum hoc

Analectorum Mayernianorum

Συνάθροισμα

Jure merito inſcribit, dedicátque,

Theodor. de Vaux,

Magni Auctoris filius luſtricus;

ὁμώνυμος καὶ ὁμότεχνος,

Doctoris titulo, & cenſu decoratus Equeſtri.

Gualteri Chlarletoni M. D.

PRÆLOQVIUM.

QUod *Seneca* olim *tragicus*, nuncii perſonâ mœrens, de Hippolyti ab equis ſuis, quos terruerat taurus matinus à Neptuno immiſſus, membratim diſcerpti reliquiis, quas famuli ſparſim ad ſupremos collegerant rogos, fnneríque contulerant, dixit; ſcilicet,

Necdum dolentum ſedulus potuit labor
Explere corpus: hoccine formæ decus?

id mihi nunc pari jure dicere licet de *Libro* iſthoc *poſthumo*, qui ex magni illius multorum Principum Medici, & Medicorum ſæculi ſui omnium facilè principis,

cipis, THEODORI inquam MAYERNII, adverſariis, conſiliis, epiſtolis, aliiſque id genus raptim ſcriptis undecunque, utcunque collectis, compoſitus eſt. Etſi enim nonnulli ex eruditorum numero, iidémque in ſacris *Hygeiæ* myſteriis epoptæ, quà ſummâ MAYERNII autoritate freti, quà laudabili reip. medicæ latifundia ampliandi ambitu excitati, in id unicè conſpirârunt, conſociatis ſedulóque ſtudiis contenderunt, ut ex Autoris noſtri *anecdotis* præcipua excerperent, eadémque cùm ordine tum methodo ac connexione donarent, adeóque publicam in lucem auſpicatiùs emitterent: poſt tantos tamen exantlatos in conſilio exequendo labores, ipſimet ingenuè confitentur, etiamnum lacunas aliquot in contextu reſtare & chaſmata, quibus eâ quâ par eſt dignitate replendis ne Hercules quidem ipſe ſufficiat. Unde factum eſt, ut adoptivo huic fœtui tamdiu parentis poſt fata in

dîas luminis oras edito deeſſe videatur is formæ decor, ea vultûs virilis majeſtas, illa denique membrorum nervoſa compages, quæ ortûs ſui nobilitatem indicet teſtetúrque, quámque in aliis ejuſdem Herois ingenii monumentis, dum vixit, in publicum emiſſis paſſim cernere eſt. Quod equidem dicimus, non ut *Editorum* præclara ſubdolè elevatum eamus merita (quæ ſanè permagna eſſe ultrò agnoſcimus) id enimverò moribus noſtris planè diſconvenit: ſed eo tantùm conſilio, ut quàm perſpicaci ingenio, quàm ſolido judicio, quàm ſublimi ac inimitabili dicendi charactere *Author* præditus fuerit, quámque arduam proindè illi adminiſtrârint provinciam officiosè ſubinnuamus. Ac ab omni ævo, gentes apud omnes literarum cultu à morum barbarie elimatas, ſemper habitus eſt honos eximius illuſtrium ſcriptorum vel fragmentis; veluti auguſtum quid perpetuò & divinum ſpirantibus, in

ſeriſſi-

ſeriſſimæ etiam poſteritatis compendium & imitationem. Neque etiam iis, quorum induſtriâ atq; vigiliis eadem ab edaci ac ne ſacris quidem parcĕre temporum atrocitate & oblivione vindicata, ad poſterorum notitiam tranſmiſſa ſunt, debitæ meritis ipſorum laudes defuerunt unquam. Æquum eſt igitur, ut qui doctis ſuis lucubrationibus *Analecta* hæc *Mayerniana* in concinnam nec tyronibus in Æſculapii adyta introducendis ineptam methodum digeſta emisêre, ſibi perſuaſiſſimum habeant, ſe Reip. literariæ commodo, artis Hippocraticæ dignitati, & honori ſuo litâſſe. Excelſi quippe atque ad virtutis faſtigium aſpirantis animi eſt, operum factorúmque ſuorum face aliis prælucere; quod felices illæ animæ præ cæteris omnibus faciunt, quæ ſcientiarum augendis pomœriis ſimul & ſaluti hominum proſpiciunt. Ad hæc, neque inglorium eſt, alienam gloriam propagare: nec aliunde ὑστεροφημίας

ſperanda, quâm ex Philoſophia; ſi *Marco Antonio*, Imperatorum juxta ac Philoſophorum ſapientiſſimo ſanctiſſimóque credere licet. * Supereſt antùm, ut ipſummet Autorem noſtrum, virum utique omnium ſæculorum memoriâ & præconiis digniſſi-mum, ac eò uſque laudibus in cœlum attollendum, quouſque virtus eniti poteſt, meritornmque præſtantiâ efferri, haud indigno elogio celebrem. Sed eheu id ingenioli mei vires longè ſuperat: nihílque dici poteſt, quod ſit ejus meritis par:

Et qui favoris gloriam veri petit,
Animo magis quam voce laudari volet.

Ut *Seneca* in *Thyeſte*.

Ne tamen ſacros ejus cineres non venerari videar, quod ſentio liberè paucíſque dicam. Itaque quod de patre ſuo *Ioſephus*

* Εἰς ἑαυτὸν Lib. 2. Sect. 17. τί οὖν τὸ παραπέμψαι δυνάμενον; ἓν καὶ μόνον φιλοσοφία.

Ioſephus Scaliger, idem de MAYERNIO prædicare verè poſſumus: *Si priſcorum illorum Heroum ætate tanta felicitate Medicinam exercuiſſet, ſupra Æſculapium cultus fuiſſet.* Plura de hoc maximo καὶ πολυμαθεστάτῳ viro (cujus ſcripta quiſquis evolverit, magnam ſtudiis ſuis acceſſionem fecerit) ſi tu, *Lector Erudite*, ſcire aves: en tibi patet Ædes *Divo Martino* ſacra, in *Londini* ſuburbiis ſita, ubi ad ſeptentrionalem cancellorum parietem erectum invenies marmor ſepulchrale, cui inſcriptum eſt hujuſmodi Epitahium:

EPITAPHIUM.

Ita ſemper valeas LECTOR.

Ejus venerare Monumentum per quem tam multi recte valuerunt.
Qui nunc cinis eſt hoc Marmore conditus,
Nuper fuit ingens ille
THEODORUS MAYERNIUS,
Magnum Nomen.
Alter Hippocrates orbi ſalutifer.
Sæculi ſui decus, anteactorum pudor,
Futurorum Exemplar.
Peritiæ in re Medica incomparabili, Scientiæque Naturæ
Arcanorum profundiſſimæ, acceſſerat incredibilis
Politicarum rerum uſus, prudentia, facundia, ingenii lepos uſque ad
Miraculum.
Erant Viri ſermones meræ Gratiæ, ſententiæ gemmæ,
Conſilia Oracula: eminebat verò tenax ſanioris pietatis
Profeſſio & Vindicatio.

Non

Non aſius apud Reges ingenua παῤῥησίᾳ felicior, aut Proceribus meritò acceptior, aut Tenuibus opem ferre paratior, inter diverſos perſonarum gradus, & varias Temporum Vices ubique idem, ſuique ſimilis, ſapiens, commodus, fortis, inconcuſſus, ut qui Genio ſuo tum res, tum Homines, ipſámque adeo Fortunam
ſubjeciſſe videretur.

Quid de MAYERNIO plura? MAYERNIUM dixeris,
Omnia dixeris. Anima cœlo, oſſa huic tumulo,
Nomen immortale famæ
Relinquuntor.
Lector, vive ac vale.

Qui ſæpe in mortem ſolers ſua tela retorſit,
Morborum ad curas ipſa Venena trahens:
Vel moriens ſimilem per Chriſtum exerceo praxin,
Quæque eſt Mors aliis, eſt Medicina mihi.

APPRO-

APPROBATIO,

Imprimendique Facultas.

LEgimus equidem, attentéque relegimus Librum hunc non vulgariter eruditum, cujus propylæo inſcriptus eſt hujuſmodi Titulus, *Praxis Mayerniana*, &c. eúmque digniſſimum cenſemus, qui non-ſolùm typis elegantioribus quamprimum mandetur, ſed & ab omnibus ſacrorum Naturæ arcanorum Myſtis conſono cum plauſu, fauſtíſq; acclamationibus excipiatur, ac aſſiduo evolvatur.

Gualt. Charleton. Præſes Coll. Med. Lond.

Thomas Burvvel, *J. Gordon,* *VVill. Davves,* *Thomas Gill,*	Cenſores.

Datum in Comitiis Cenſoriis ex ædibus Col egii noſtri *Iunii 11. A. D. 1690.*

INDEX

INDEX
LIBRORUM ET CAPITUM.
LIB. I.
De Affectibus Capitis.

CAP. I. *De frigida Cerebri Intemperie* Pag. 1.
CAP. II. *De Paralyſi* 6.
CAP. III. *De Epilepſia* 12.
CAP. IV. *De Tremore.* 46
CAP. V. *De Vertigine* 49
CAP. VI. *De Apoplexia* 54
CAP. VII. *De Mania & Melancholia* 56.
CAP. VIII. *De Dolore Capitis* 66.
CAP. IX. *De Catarrho.* 78.
CAP. X. *De Gutta ſerena* 81.
CAP. XI. *De Ophthalmia* 91.
CAP. XII. *De Suffuſione vel Cataracta* 96.
CAP. XIII. *De Hypopyo* 101.
CAP. XIV. *De Epiphora* 102.
CAP. XV. *De Ægylope* 104.
CAP. XVI. *De Ozæna* 105.
CAP. XVII. *De Surditate.* 110.
CAP. XVIII. *De Dentium dolore* 116.
CAP. XIX. *De Scrofula* 121.

LIB.

LIBER. II.

De Affectibus Thoracis.

CAp. I. De Cordis palpitatione p. 150.
Cap. II. De Tuſſi 155.
Cap. III. De Aſthmate 162.
Cap. IV. De Hæmoptoë 178.
Cap. V. De Pleuritide 198.
Cap. VI. De Empyemate 201.
Cap. VII. De Phthiſi 207.
Cap. VIII. De Pectoris Hydrope 229.

LIBER. III.

De Affectibus Abdominis.

CAp. I. De Ventriculi Affectibus in genere; ſpeciatim de illius calida intemperie & frigida p. 237.
Cap. II. De Vomitu 249.
Cap. III. De Diarrhœa, Dyſenteria & Teneſmo 257.
Cvp. IV. De Lumbricis 269.
Cap. V. De Hæmorrhoïdum fluxu 273.
Cap. VI. De Fiſtula in Ano 289.
Cap. VII. De Hepatis Affectibus eorùmque curatione in genere; ſpeciatim de ejuſdem Intemperie calida quadam 299.

Cap. VIII.

Cap. VIII. *De Hepatis Obſtructione* 313.
Cap. IX. *De Ictero* 318.
Cap. X. *De Hydrope* 324.
Cap. XI. *De Tumore Lienis* 351.
Cap. XII. *De Melancholia Hypochon.* 356.
Cap. XIII. *De Scorbuto.* 398.
Cap. XIV. *De Abſceſſu Meſenterii* 404.
Cap. XV. *De Nephritide* 410.
Cap. XVI. *De Inflammatione &c.* 416.
Cap. XVII. *De Mictu cruento* 424.
Cap. XVIII. *De Ardore Vrinæ* 431.
Cap. XIX. *De Veſicæ Calculo* 438.
Cap. XX. *De Ictero Virgineo &c.* 449.
Cap. XXI. *De Menſium Fluore immod.* 455
Cap. XXII. *De Menſium Suppreſſ.* 463.
Cap. XXIII. *De Paſſione Hyſterica* 468.
Cap. XXIV. *Fœminis Liberos gignentibus Regimen, & Remedia ſalutaria* 474.
Cap. XXV. *De Fluore Albo* 492.
Cap. XXVI. *De Scirrho & Cancro Vteri* 507.

APPENDIX

De *Variolis* 519.

Monen.

MOnendus eſt *Lector*, Libri hujus calci Medicamentorum quorundam *formulas* ſubnecti (quæ ſparſim in libro ipſo præſcripta reperire eſt) Mayernii propriorum: Ubicunque autem in Tractatu occurrunt, aſteriſco notari, ac manu in margine affixâ.

Hiſce monitis hoc ſolum ſubdendum ſupereſt, *viz.* Si Liber hic Lectoribus non ingratus fuerit, eum alter de *Febribus*, de *Morbis Externis*, de *Lue Venerea*, &c. ex ejuſdem Authoris Adverſariis, *&c.* collectus excipiet.

PRA-

PRAXEOS MAYERNIANÆ LIBER PRIMUS

De Affectibus Capitis.

CAPUT I.

De frigidâ Cerebri Intemperie.

ALIQUIBUS Cerebrum vel à naturâ, vel à cauſis externis, vel ab errore in non naturalibus frigidum fit & præhumidum; unde gravedo, cephalalgia, humoris ſeroſi in varias partes (*viz.* aures, nares, dentes, oculos, *&c.*) defluxio oriuntur.

Ad intemperiem dictam (humi-

ditati nimiæ conjunctam) ſymptomataque conſequentia curanda fiant ſequentia.

Indicationes curativa. Tres regiones ſucceſſivè vacua; primam humorum purgatione; ſecundam per urinas; tertiam ſudore. Dein caput calefac, ſicca, cerebrum robora, & ab eo revelle, deriva.

Potio. ℞ fol. beton. chamæpit. ana m. ſs. fl. viol. & keyri ana p. j. fol. ſenn. mundat. ʒv. f. decoct. in aq. endiv. & fumar. ad ℥iiij. In colat. infund. per noctem caſs. fiſtul. recenter è cann. extract. ℥ij. manè f. colatura, in qua diſſolve jalap. ſubtil. pulverizat. ℈j. ſyr. Roſ. comp. cum agarico ℥j. mſ. f. potio. Detur in aurora hor. 4. ante juſculum.

Pilula. Vel purg. cum pil. Macri vel coch. min. ad ʒſs.

Si ventriculus ſit nauſeabundus, ante purgationem Vomitorium exhibe ex infuſ. croc. metall.

Poſt purgationem ſufficientem, utatur remedio ſequenti diuretico.

Iuſculũ diureticum. ℞ rad. fœnicul. gram. ana ℥j. rad. chin. ʒiij. ſem. melon. ℥ſs. ſem. alkekeng. & mil. ſolis ana ʒij. cappar.

cicer.

cicer. rubr. uvar. Corinthiac. ana ʒv. raſur. C. C. primar. rec. & ebor. ana ʒijſs. Includantur pulli ventri, qui coquatur cum fruſto carnis vitulinæ, addend. ſub finem coction. fol. oxylapath. m. ſs. ſummit. aſparag. p. iij. f. juſculum in quo diſſolv. crem. tart. chalybeat. ʒj. exhibeatur horis 4. ante prandium.

Diæta ſudorifica deinde inſtituatur per dies 15. ad formam ſeq.

℞ Sarſæpar. ℥iiij. rad. chinæ ℥iiij. viſci quercin. ℥jſ. raſur. lign. juniper. ℥ij. rad. amar. dulc. oxalid. ana ʒvj. fol. prim. ver. p. viij. ſem. card. bened. ʒx. cort. citri exterior. recent. ʒiij. conciſa omnia minutim ponantur in alembic. vitreo, iiſque affund. ea quantit. aq. ſtill. ulmar. card. bened. ſcabioſ. & ſucci pomor. depur. æquis proportionib. mixt. quæ ſupernatet vj digitos, fiat digeſtio in MB. per horas xxiiij. mox ebullitio & colatura quæ levi coctura redigatur ad ℥xxiiij. pro 4 doſib. matutinis; provocando ſudores ſuperpoſitis tantum ſtragulis & appoſita lagena vel veſica una aqua calida plena, ad pedes.

Diæta. ℞ ſarſæparill. ℔ſs. rad. Chin. ℔ſs. lign. ſaſſafr. cum cortic. ℥iiij. raſuræ C.C. & eboris ana ℥iij. nuc. moſchat. contuſ. ℥j. cereviſiæ lupulat. fortioris galones ix. Liquor per fermentationem defæcatus ſervetur in lagenis lapideis ſubere optimè clauſis in loco ſubterraneo pro potu ordinario. Purgatio autem diætæ intermiſcenda.

Victus ſit ſiccans & calefaciens.

Poſt diætam (immo in ejuſdem uſu) veniendum erit ad particularia.

Fricetur caput *ſacculis* ſequentibus.

Sacculi. ℞ rad. cyperi, calam. aromat. pœon. ana ℥ij. corticis Winterani (quæ eſt ſpecies Coſti) ℥j. Ireos Florent. ℥iij. lign. Rhod. & ſaſſafr. ana ℥iſs. fol. ſiccor. majoran. m. iij. ſalv. calament. origan. ana m. j. flor. ſtœchad. ſummit. anth. ana p. iiij. flor. lavend. p. iij. roſ. rubr. p. v. cortic. citr. ſem. pœon. ana ℥ij. garyophyllorum ℥ſs. f. omnium pulvis craſſiuſculus includendus ſacculis è tela aſperiori, quibus interbaſtatis fricetur caput raſum quotidie manè ad cutis calorem uſque & ruborem.

Vel

Vel capillis non deraſis manè & in ingreſſu lecti pulvis ſeq. inſpergatur.

℞ Ireos Florent. ℥iiſs. roſar. rubr. ℥ij. calam. aromat. cyper. ana ℥ſs. coriand. ʒiij. garyophyll. ʒj. mſ. f. pulvis ut alkool.

Præp. herbæ ſalv. majoran. roriſmar. cum propriis oleis & ol. cinam, addend. partem octavam tabaci, f. pulvis, cujus *fumus* per tubum attrahatur manè, tempeſtate præſertim frigidâ & humidâ. ***Fumus.***

Si à capite defluat in os pituita, commodè attrahatur quotidie manè *maſticatione* maſtiches, ſedulò expuendo id quod attractum fuerit. ***Maſticatorium.***

Errhina etiam ex ſucco betæ, betonicæ, ſampſuchi, anagallid. purpur. cum vin. alb. & rad. Ireos ex uſu eſſe poſſunt: *Veſicatoria* item, *embrocationes* & *fontanellæ*. ***Errhina &c.***

CAPUT II.

De Paralyſi.

CUM Paralyſis ſæpiſſimè fiat à pituita nervos obſtruente, influxúmque ſpirituum animalium impediente, quid faciendum facilè liquet, *viz.* obſtructio illa tollenda ut ſpiritibus dictis in partes ſingulas libera per nervos pateat via.

Hoc ut fiat, purgetur Patiens primò *pil.* ſeq.

Pilula. ♃ maſs. pilular. aggregativ. gr. xxv. ſine quibus & de agarico ana gr. x. ol. ſuccini gutt. j. mſ. formentur. pil. nº 5. deauratæ, quas deglutiat ſummo manè, ſuperhauſto alæ maciatæ tenuis momento, dilato ad 4 horas juſculo.

Vel loco pil. aggregativ. pil. Macri adhibeantur.

Pil. chamæpit. *Pilulæ Chamæpityos.* ♃ chamæpit. betonic. ſtœchad. fl. roriſmar. an. ʒj. turpeti ʒjſs. agarici ʒij. colocynt. ʒſs. zinzib. ſal. foſſil. an. gr. x. rhabarb. ʒjſs. ſpic. ind. gr. vij. pulv. hier. ſimpl. ℥ſs. diagrid.

diagrid. ℈i. Excipiantur omnia in chamæpityos ſucco in mortario, & in maſſam redig*ᵃ*to. Doſis ℈ſs. ſummo manè.

Pil. iſtiuſmodi ſæpiùs ſunt repetendæ.

Vel purg. *decocto* ſeq. ♃ ſarſæparill. ℥ij. raſ. ligni ſancti ℥j. rad. pœon. mar. ℨvj. rad. enul. & caryophyllat. ana ℥ſs. fol. betonic. chamæpit. ana m. jſs. ſcabioſ. pulmonar. ling. cervin. ana m. j. flor. herb. paralyſ. p. viij. flor. anth. cum ſummitat. ana p. jſs. ſem. pœon. ℨiij. ſem. nigell. Roman. ℨij. mac. ℨj. f. omnium decoctio in ſ. q. aq. font. in qua præmaceratæ fuerint per hor. 5. fol. ſenn. mundator. ℥ij. turbith. gummoſ. ℥ſs. tartari albi ℥j. f. colatura quæ clara redigatur levi exhalatione ad ℥xx. addend. ſub finem decoctionis glycyrrhiz. Hiſpan. rec. raſ. ℨiij. Aromatiz. ℨij. cinamomi pro 4. doſ. ſumend. manè diebus conſequentibus cum regimine. *Decoctum purgans*

Victus ſit tenuis & ſiccans: veſcatur carnibus aſſatis, transfixis ſalviâ & roremarino. *Victus.*

♃ conſ. flor. ſalviæ & roriſmar. ana *Elect. ſpecif.*

 ℨj.

℥j. conſ. flor. herb. paralyſ. & flor. Vetonic. rub. ana ʒx. conſ. flor. pœon. mar. ʒvj. pulv. ſubtiliſſim. rad. Valerianæ utriuſque, cyperi, calami aromatici, ſummitat. majoran. ana ʒiij. pulv. chamæpityos ℥ſs. flaved. citr. & arant. ſicc. baccar. juniper. ana ʒijſs. macis ʒj. conf. Alkerm. ℥ſs. mſ. & cum ſyr. flor. pœon. & ceraſ. nigr. cum ſpir. vitrioli acidulo, f. Elect. inſtar Opiatæ, de quo capiat ℥ſs. quotidie, ſuperhauſto cereviſ. ſalviat. momento horis 4. ante prandium.

Decoctum antiparalyticum. ♃ ſarſæparil. alb. & medulloſ. ℥iiij. rad. chin. raſur. ligni roriſmarini & juniperi noſtratis ana ℥ij. ſem. pœon. mar. ℥j. flor. betonic. & Anth. ana p. iij. flor. herbæ paralyſ. p. viij. Infunde per hor. 4. ſuper cineribus calidis in ℔viij. aquæ fontanæ puriſſimæ: mox f. decoctio ad medietatis conſumptionem, addendo ſub fin. coctionis ſemin. Coriandri ℥j. Colatura dividatur in octo partes æquales reponend. in totidem ampullis probè obturatis pro totidem doſibus ſumendis mane horâ vi. provocando ſudorem in lecto ſuperpoſitis ſtragulis & circum-

cumpoſitis lagenis aquâ calidâ plenis. Hoc f. per octiduum.

N. B. Sudor in hoc caſu optimus eſt.

♃ rad. Cyperi, Valerianæ utriuſque, Angelicæ ana ℥j. cort. Winteran. ℥ſs. cinam. caryophyllor. ana ʒiijſs. cubebar. granor. paradiſ. zedoar. galang. cardamom. ana ʒij. flor. lavend. m. j. ſalv. majoran. roriſmar. lauri ſicc. ana m. ſs. ſem. nigell. Roman. fragrantis ʒvj. Hiſce omnibus conciſis & leviter contuſis affundatur ea quantitas aq. vitæ opt. quæ ſupernatet vj. digitis, ſténtque per hor. 24. Dein add. caſtor. conciſ. ℥ſs. f. diſtillatio in arena, liquor ſervetur ad uſum. Doſis gutt. x. vel circiter in hauſtu potûs ſeq. *Spir. antiparalyt.*

Potus ordinarius ſit cereviſia ex herbâ paralyſ. chamæpit. betonica, meliſſa, radice & ſem. pœon. junipero, ſarſapar. guaiaco, *&c.* *Diata.*

Vel ♃ ſarſæparil. ℥vi. rad. chinæ per taleolas ſect. ℥iiij. lign. ſaſſafr. ℥ij. paſſul. integr. jujub. rec. ana ℥iij. In fund. & decoq. in ℔xxx. aq. fontan. Colatura calid. mittatur per manicam

ſuper ℥ij. ſem.coriand.contuſ. & ſacchar.ad libitum. Recondatur lagenis lapid.in cell.ſubterran.ad uſum.

De remediis *internis* hactenus: ſequuntur *externa*.

Veſicator. Poſt purgationem applicetur *Veſicatorium* amplum poſteriori collo, à quo excitæ Veſicæ teneantur diu apertæ ſuperpoſitis braſſicæ foliis ad ignem tabefactis, butyro illitis.

Balſam. Inungantur nucha & ſpina, præcipuè origo nervorum ad partem paralyticam tendentium, veſperi in ingreſſu lecti, *balſamo* ſeq.multum diúque manu calefactâ fricando, addito ſpir. Vini rectificatiſſimi tantillo. ♃ medull. crurum bovis & cervi ana ℥iij. ſebi damæ ʒiiij. vermium terreſtrium vino albo lotorum ℔ſs.ladani, ſtyrac. calam. benzoin. ana ℥j. bacc. juniper. cortic. exter. citri & arantiorum, florum lavend. ana ℥jſs. Includantur omnia ventre anſeris pinguiſſimi, qui denuo conſutus, verúque transfixus, torreatur; excipiatur ſtillans pinguedo, de qua cape ʒiiij. gumm. tacamahac. ℥j. olei expreſſi nuc. moſchat. & laurin. ana ℥ſs. mſ. f. balſamum.

Vel

Vel ♃ fol. ſalv. majoran. roriſmar. laur. calaminth. origan. thym. ſerpyl. ana m. j. abrot. utriuſque, agerati ana m. jſs. fl. ſtœchad. lavend. ana p. vj. nuc. moſchat. caryophyl. ana ℥ſs. cort. Winterani, caſſ. lign. ana ʒvj. cort. citr. & arant. ana ʒx. Incidantur omnia, iiſque affunde Vini Canarini generoſiſſimi quart. unam; adde axung. ſuillæ recent. ℔iij. vini rubri pint. unam, coq. ad vini conſumptionem & herbarum putrilaginem; f. pinguedinis expreſſio, cujus refrigeratæ pars purior ſeparetur à craſſamento impuro: hujus ſubſtantiæ purioris accipe ℔j. butyri arantiorum, olei palmei ana ℥ij. ol. ſtillatit. roriſmar. & juniper. ana ʒij. mſ. f. linimentum, quo inungatur tota ſpina & membra paralytica, diu multúmque fricando donec partes medicamentum imbiberint, paulo ante ingreſſum lecti. *Linimentum.*

♃ empl. de beton. ℥xvi. gum. caran. tacamahac. ana ℥iij. gum. elem. anim. ſuccin. præp. cran. human. ad ſumm. albed. calcinat. (vel ejus defectu equini) ana ℥ij. ladan. puriſſ. *Emplaſtrum.*

 ℥jſs.

℥jſs. ſtyrac. calamit. benzoin. ana ℥j. roſ. rubr. ℥ſs. caryophyl. ʒiij. mac. ʒij. Terantur terenda ut alkool, omniáque mixta excip. ſ. q. mixturæ compoſit. ex tereb. Cypr. part. j. balſ. Peruv. part. ij. ſtyrac. liquid. part. 1/2. f. maſſa empl. pro cucupha applicand. toti cap. raſo capillitio; itidem toti ſpinæ: geſtetur continuò, decimo quoque die idem renovando.

Fumus. ♃ fol. ſicc. majoran. ſalv. roriſmar. ana ʒij. cortic. piſtach. ʒvi. nuc. moſchat. ʒj. f. pulvis, cujus fumus excipiatur per fiſtulam inſtar tabaci, inſtillando usûs tempore gutt. unam & alteram ol. ſeq. ♃. ol. ſtillatit. ſalv. & roriſmar. ana ʒj. ol. ſuccin. ʒij. mſ.

CAPUT. III.

De Epilepſia.

Venaſectio. SI adſit Plethora, primò inſtituatur *Venæſectio* in brachio.

Vomitus Si Ventriculus aliquo modo afficiatur, adſitque nauſea vel ad *vomitum* inclinatio, exhibeatur *Emeticum* ex infuſ. croc. metall. cum oxymel. ſcillit.

ſcillit. & aq. aliqua antiepilept. aut ex vitriol. alb. depurat. Vitriolum album ſæpiùs ſolvi, filtrari & coagulari debet ad rectam ejuſdem præparationem. Doſis eſt ad ʒj. in poſſeto alióve liquore ſoluta: nullam turbam excitat per alvum, & ventriculum poſtea multùm corroborat. *N. B.* Ante Emetici (fortioris) propinationem pridie injiciatur clyſter; regio ventriculi & hypochondriorum foveatur fotu relaxante & emolliente: poſt vomitum finitum autem fotu corroborante & aſtringente. Repetatur Emeticum ſemel in menſe biduo ante plenilunium.

Syrmaiſmus. Prodeſt quoque citra ullum medicamentum ſemel aut bis in menſe poſt largiores epulas poſt duas horas immiſſo in fauces digito quicquid ingeſtum fuerit regurgitare. Si facilè vomat æger, inſtituatur vacuo ventriculo; ſi difficulter, poſt ciborum aſſumptionem.

Purgatio. *Purgetur* æger cum pil. Macr. & ſpeciebus de hier. Aliquando uſus ſum helleb. alb. ad gr. iij. quod violenter ſurſum deorſumque evacuat,

in

in robuſtis tamen optimo cum ſucceſſu. Convenit etiam ſp. vitæ aureus Rulandi, h. e. infuſio colocynthid. in ſp. vin. Doſ. coch. j. ad iiij. Aquæ quoque Ebeshamenſes bene purgant, exhibitâ ſub noctem pil. Macr. drachmâ ſs. cum ſpec. hier. gr. x. & troch. Alhand. gr. iij. Quibus aquis ſoleo aliquando admiſcere cryſtal. ſyderei gr. x. aſcendendo ad ℈j. Convenit ☞ hic quoque ſyrupus * noſter pantagogus amarus in aq. ceraſ. nig. flor. til. lil. convall. ſolutus ad ℥j. aut ʒx. Addi poteſt aliquando ſyrup. elleborat. ad ʒij aut amplius aquis prædictis, perſiſtend. in earum uſu ad dies x. *N. B.* quod purgatio ſemel ſaltem, meliùs bis, imo quater in menſe inſtitui debet, donec materia morbifica evacuetur. Soleo quoque aliquando exhibere ℈j. pil. ſeq. mane duabus horis ante hauſtum aquarum, quæ continuari item poſſunt poſtea per plures dies ſuperbibendo hauſtum hydromelitis.

℞ ſagapen. ʒij. galban. caſtor. aſæ fœtid. myrrh. ana ʒj. balſam. ſuccin. ʒjſs. balſam. ſulph. inſpiſſat. ℈iiij. camph.

camph. ℨſs. cum balſam. Peruv. nigr. q. ſ. f. maſſa pil.

Poſt uſum aquarum deveniat æger ad uſum pulveris ſpecif. ſeq. per x. dies manè hor. 4. ante prandium, ſuperbibendo hauſtum alæ maciatæ.

℞ miner. argent. tranſparentis inſtar rubin. quæ *Rottgold* in fodinis appellatur gr. iiij. cinnab. mineral. ex Ungar. gr. viij. bezoar. C. C. corn. alcis, cran. human. ad albed. calcinat. & ſp. vitriol. ſubactorum ana gr. v. ſal. volat. ſuccin. gr. iij. camph. gr. ij. auriferientis, vel, ſi deſit, flor. Jovis gr. iiij. croc. gr. j. ſecundin. primipar. maris gr. x. ol. ſuccin. rectif. gutt. ij. f. pulvis cum mucilag. baccar. junip. vel ſucc. rut. ſaccharat. q. ſ. f. bolus. Quidam laudant *Rottgold* per ſe cum conſerv. flor. pœon. ſed exhibui ſine ullo manifeſto effectu. *Pulv. ſpecific.* *Huic ſæpiùs addo ſterc. pavon. moſc. & ambr. griſ.*

N. B. Pulvis dictus, aut bolus, per triduum, *viz.* pridie, poſtridie, ipſoque die Novilunii mane eſt ſumendus; itidem in plenilunio repetendus, ſuperbibend. hauſtum aq. ceraſ. nigr. flor. til. vel lil. convall. & differatur prandium ad 4. hor. ſuper-

amb-

ambulando per aliquod tempus. Aliquando ℈j. hujus pulv. add. verm. terreſtr. præp. ʒj. rad. valerian. ſylv. ℈j. fol. ſen. pulverizat. ʒſs. ſyr. pœon. q. ſ. ut f. bolus pro una doſi.

Pulvis ſequens raro me fefellit poſt humorum præparationem & evacuationem per Emeticos & purgantes, ad dies 14. continuatus.

Pulvis alius ſpecif. ℞ corn. Rhinocerot. cran. human. præp. ana ʒij. nepenth. Quercetan. pulv. cordial. Baniſteri ana ʒj. mſ. f. pulvis in vitro exactiſſimè clauſo aſſervandus. Doſ. ʒſs. ad ʒj. in idoneo vehiculo.

Nepent. Quercetan. *Nepenthe Quercetani* eſt talis. ℞ limatur. chalyb. puriſſ. part. j. vitriol. Ungar. part. ij. pulveriz. & phialæ indantur; affund. acet. diſtillat. ad ſupereminentiam digiti & ſs. diger. moderatè per dies 12. diſtilla per gradus in arena donec vitriolum ſit calcinat. ad rubed. Huic pulveri adde acet. ſtillat. q. ſ. ut ſupernatet 4. digit. digere in B. per 5. aut 6. hor. ad tincturæ extractionem: acetum decanta & novum affunde, & digere iterum, ſicque porro quamdiu tincturam

ćturam præbebit. Liquor tinctus filtretur & evocetur per alembicum diſſolvens (ad eundem uſum aſſervandum) ad mellaginem uſque, cui inſtill. guttatim ol. tart, unde præcipitetur pulvis: liquorem decanta, reſi dentiam ablue aq. commun. diſtillat. ad dulcedinem; ſicca, & uſui ſerva ſub nomine ſulphuris vitrioli fixi anodyni.

Pulvis cordialis Baniſteri.

Pulv. cordial. Baniſt. hic eſt. ♃ ſuccin. alb. præp. ℥ſs. bol. Armen. aut terr. ſigillat. aut antimon. diaphoret. Croll. ʒiij. C. C. ʒj. raſur. ebor. ʒj. & gr. xv. coral. rubr. præp. marg. præp. lap. bez. oriental. ſantal. citrin. ſem. citr. ana ʒj. corn. unicorn. ℈j. & gr. xij. cort. citr. exter. ʒſs. & gr. xv. ambr. griſ. gr. x. moſch. gr. ij. fol. aur. argent. ana gr. ijſs. mſ. f. pulvis ſubtiliſ.

Materia Medica in hoc affectu.

Rottgold.
Cinnab. mineral.
Bezoar.
Cran. human.
Cornu Cervi,
Alcis.

Ocul.

Ocul. canc. vitriolat.
Corallium.
Succus limon.
Ceruſs. antimon. vel
Jovis.
Flor. Jovis volat.
Succin alb.
Sal volat. Succin.

Rad. { Valerian. ſylv.
Contrayerv.
Serpent. Virg.
Angelic.
Pœon. mar.
Calam. aromat.

fol. ſicc. { Rut.
Roriſmar.
Majoran.

Flor. { Roriſmar.
Lavend.
Stœch. Arab.

Junip. baccæ.
Camphor.
Ambr. griſ.
Moſchus.
Stercus pavon. alb.
Secundin. mulier. primipar. quæ marem peperit.

Ex his fiant Pulveres, Pilulæ, Electuaria, & extracta ſpecifica ad hunc affectum.

His addi poſſunt ſmaragdus, cryſtallus rupis, lapis contrayerv. galega, paſtinac. ſylveſt. rad. vincetoxic. ſcorzon. Hiſpan. petaſit. ariſtol. rotund. enul. camp. filipend. fraxinel. tormentill. chelidon. maj. fol. verben. tanacet. thym. hyſſop. nepeth. majoran. ſalv. meliſſ. trifol. odorat. viſc. querc. flor. chamæmel. nobil. tiliæ, beton. ſem. pœon. rut. galeg. coriand. cardamom. lign. Rhod. ſaſſafr. aloes, buxi, cortex Winteran. nux moſchat. macis, corallina, mater perl. chel. nigr. cancror. hepar ranarum virid. caſtor. carbo odoratus ſub artemiſiæ radicibus ſolſtitio æſtivo inventus, ſanguis muſtelæ calens, coagulum leporis vino ſolut.

N. B. Rad. pœon. mar. effodienda eſt creſcente Luna & in Ariete exiſtente ante ortum ſolis. Et cornua cervi, alcis, cranium human. non ſepultum, calcinata redigantur in trochiſcos cum ol. vitrioli philoſophico, aut philoſophicè calcinentur

in vapore cephalicorum ſuſpenſa.

Specific. ex talpâ Opt. ſ. remedium è viſceribus *Talpæ*, ſi talpam viventem in medio findas, ſanguinem effundas in cyathum vini clareti calidi, viſcera omnia palpitantia & calida citiſſimè comminuas in diſco ligneo calido cultro acutiſſimo, cum vino commiſceas, & totum ebibas ſine mora.

Specifica quoque deſumuntur ex corvo, hirundine, pica, gracculis & lumbricis. Vid. apud Authores.

Bacca juniperi In pera gerat *baccas juniperi*, de quibus ſæpius comedat. Baccæ autem hæ ſic præparari poſſunt. ℞ bacc. juniper. recentium, pulpoſarum, maturarum ℔j. irrorentur ſucceſſivè vino de Malaga generoſiſſimo veteri, & poſt exemptum è furno panem ſine uſtione ſiccentur: ultimâ vice baccis utcunque adhuc madentibus inſpergatur ℥j. ſacchar. cryſtallini pulv. ambr. griſ. ʒſs. omniáque verſentur diu ut pulvis per omnia diffundatur: ſerventur baccæ ſic præparat. in vaſe vitreo. Singulis auroris ſumantur hæ baccæ à x. ad xx. per totum menſem, ſuperhauriendo alam maciatam, ac ſuperambulando. *N. B.*

N. B. Ex harum baccarum uſu ad annum integrum incipiendo à xij. & aſcendendo ad xl. deploratos curavi, irritis omnibus aliis remediis.

Remedium nobiliſſimum fit ex *ſem. hyoſcyam.* ultra 40. dies uſurpat. incipiend. à gr. vi. vel viij. & gradatim aſcendend. ad ℈j. aut gr. xxiiij. ex cochl. j. ſucci ſemperviv. recenter expreſſ. *Sem. hyoſcyam. ſpecif.*

Expletis 40. diebus in uſu hujus, deveniat ad medicamentum ſequens, ℞ vin. alb. ℔iij. quibus add. ſucci fol. rut. ſucci inter. cortic. ſambuc: ana ℔ſs. coq. ad medium. Sum. cochl. ij. vel iij. quotidie mane vacuo ventriculo, donec totum ſumatur.

Pulvis Hartmanni talis eſt: ℞ cinnab. Antimon. vel mineral. ʒſs. magiſter. corall. perlar. ana ℈ij. croc. ℈j. fol. aur. nº vj. mſ. f. pulv. Doſ. à gr. vij. ad gr. xviij. in aq. Salviæ. *Pulvis Hartmanni.*

℞ rad. valerian. ſylv. debitè collect. & ſiccat. ſummit. rut. ana ʒij. viſcerum talpæ præp. ʒiij. cran. human. præp. ſuccin. alb. præp. ana ʒjſs. ſecundin. mulier. præp. (h. e. per ablutionem cum vino alb. ſiccat. & *Pil. ſpecif.*

pulve-

pulverizat.) ℥j. caſtor. ʒj. Omnia ſeorſim debitè præparata miſceantur, & cum mellag. liquida baccar. junip. recenter extract.per decoctionem in aq. pœon. flor. til. lil. conval. & ceraſor. acid. (ita *viz*. fact. cum aſperſione ſpiritûs vitrioli philoſoph.) f. maſſa pilularis , de qua recipe ʒj. cinnab. mineral. ℈j.ol.ſuccin.limpid. gutt. ij. vel q. ſ.f. pil. pro una doſi matutina , ſuperbibend. hauſtum aq. flor.til. & lil. convall. cum ſyr pœon. edulcorat. Continuetur uſus ad dies ſex aut plures cum exercitio. His pil. addi quoque poſſunt grana aliquot ſem. hyoſcyam. poſt primos ſex dies finitos. Addere quoque ſoleo ſtercus pavonis , ſem. galeg. & rut. & tertio quoque die doſi pilular. admiſceo trochiſc.alhand. gr. iij. ad alvum ſolvendam.

Pil. de caſtor.

Pil. de Caſtoreo quibus ſæpiùs uti ſoleo, tales ſunt, ſumique poſſunt ad aliquot ſeptimanas. ♃ caſtor. opt. ceruſſ. antimon. vel (quod melius) florum ejuſdem ad ſummam albed. fixatorum ana ʒx. opopanac. ℥ſs. fol. & ſem. rut.rad. valerian. ſylv. ſuccin.

alb.

alb. præp. ana ʒij. rad. vincetoxic. contrayerv. viperin. Virgin. cort. rad. ſaſſafr. cort. Winteran. cardamom. nuc. moſchat. ana ʒj. camph. ſal. volat. ſuccin. ana ʒſs. Optimè præparata miſceantur cum q. ſ. mellag. liquid. bacc. junip. f. maſſa pilularis, cui add. ol. ſtillatit. roriſm. & ſuccin. rectificat. ana ʒſs. malaxentur diu & f. fermentatio per dies aliquot ante uſum, quotidie ſedulò pinſendo & volutando in vola. Servetur in vaſe uitreo probè clauſo ad uſum. Doſis ʒj. mane ſuperbibendo hauſtum aquæ antiepilepticæ, vel *Iulap.* ſeq.

℞ aq. ſtillat. ceraſ. nigr. pœon. lil. convall. ana ℥iiij. ſp. caſtor. ℥j. aq. cinam. ℥ſs. confect. alkerm. ʒij. ſyr. flor. pœon. mar. veton. rubr. ana ℥jſs. aq. ſalv. majoran. lavend. ana ℥j. ſp. vitriol. antiepilept. (poſtea deſcribend.) q. ſ. ad gratiam, mſ. f. julapium. *Iulap. ſpecif.*

Brunier multùm laudat *decoctum* ſeq. ℞ ſem. ricin. ℥ſs. pœon. viſc. querc. ana ʒiij. Coq. in aq. font. ℔iij. ad med. & potet mane per dies xv. Aut ℞ ſem. ricin. pœon. viſc. querc. *Decoct. ſpecif. vel pulvis.*

ana ʒj. ſacchar. q. ſ. mſ. mane ſumatur cum exercitio.

Elect. ſpecif. Convenit quoque *Electuarium* ſeq. ad ſex ſeptimanas continuatum pro illis qui pilulas ſumere recuſant.

℞ rad. valerian. min. pœon. mar. præp. ana ℥j. enul. ℥ſs. calam. aromat. ʒx. fæcul. brion. & raphan. ruſtican. ana ʒiij. cran. human. C. C. calvar. cervin. calcinat. & ſpiritu philoſoph. inebriat. ut ſuprà ana ʒiijſs. ſecundin. mulier. ſterc. pavon. ana ʒv. pulv. ſtomach. magiſtral. diaphoret. antimon. fixat. ſem. galeg. rut. fol. bux. ana ʒiijſs. ſuccin. alb. præp. ſem. myrrhid. leviſtic. dictamn. alb. Cret. ana ʒij. viper. Virgin. rad. contrayerv. ana ℈v. f. pulvis, & cum q. ſ. mellag. bacear. junip. additâ quartâ parte mell. ſcillit. f. Electuarium. Doſis ʒiij. ſuperbibend. hauſtum potûs medicati poſtea in hoc capite deſcribendi.

Uſus *Mithridatii* cum pulv. rad. pœon. mar. ad longum tempus multos ſanavit epilepticos.

Tinctura ſpecifica. *Tinctura* ſequens ſumatur ad ℥iiij. mane quotidie hor. 4. ante prandium.

℞ aq.

℞ aq. flor. til. lil. convall. ceraſ. nigr. ana ℔j. reddantur acidulæ ad gratiam ſaporis cum q. ſ. ſp. vitrioli (jamjam deſcribendi) adde rad. pœon. mar. inciſ. ℥ii. viſc. querc. ℥j. ſem. pœon. mar. per medium ſect. par. 12. ſpong. bedeguar. ſicc. ℥ß. flor. lavend. primul. ver. ana p. iij. hyperic. p. iiij. pœon. mar. p. vi. Extrahe tincturam, quæ coletur; in qua diſſolve ſyr. è flor. galeg. ℥ij. ſp. junip. ℨj. mſ. ad uſum.

Specifica eſt *Marcaſita* illa quæ lapidicinis cretaceis reperitur, quæ ad aërem rubiginem contrahit, & tandem diſſoluta in pulverem reducitur, ſi ad ignem uratur, & detur cum ſucc. imperatoriæ a ℈j. ad ℨj. *Specif. ſimplicia.*

Succus quoque *rutæ* multùm hîc facit, qui in quibuſdam alvum ſubducit, in aliis vomitum ciet, utplurimum verò inſenſibiliter agit.

Ruta ſicca pulverizat. ad ℨij. in veteri cerevïſia multùm præſtat ad longum tempus continuata.

Item *Gracculi* exenterati & optimè deplumati, cum ſem. cumin. & aneth. ana repleti, clibano ſiccati &

tenuiſſimè pulverizati multùm in hoc affectu laudantur. Doſ. cochl. j. aut ij. mane jejun. tribus diebus ante & poſt plenilunium & novilunium.

Grana Angelica Antiepilept. *Pilulæ* ſequentes multùm valent. ℞ rad. pœon. mar. ſiccar. ℥ij. rad. valerian. utriuſque ana ℥j. rad. oxylapath. rhabarb. Monach. oxalid. ſcorzoner. Hiſpan. ana ʒvj. fol. betonic. viſc. querc. ana m. jß. flor. anth. ſtœchad. utriuſque calendul. galeg. ana p. iiij. flor. til. lil. convall. primul. veris ana p. iij. ſem. pœon. nigell. Rom. ana ℥ß. cortic. exter. citr. & aurant. ana ʒiij. caryophyl. mac. ana ʒj. f. decoctio in aq. ceraſ. nigr. card. Bened. ulmar. meliſſ. mox expreſſio fortis & per manicam colatura: In qua diſſolv. aloes ſuccotrin. ℥iiij. f. lent. igne coagulatio ad mellaginem.

℞ fol. ſenn. mundat. minutiſſimè inciſorum ℥iiij. rhab. Elect. ℥ij. Infund. per biduum in aq. pœon. & cichor. q. ſ. idque in balneo: mox. f. expreſſio lento calore coagulanda & miſcenda cum prædict. mellagine: reduc ad conſiſtentiam pilular. Doſis ℈j. vel ʒß.

Elect.

Elect. de ſaſſafras carminativum ſequens multùm conducit, ſi ventriculus & inteſtina flatibus turbentur. *Elect. de ſaſſafr.*

♃. lign. ſaſſafr. fragrantiſſ. ℥ij. lign. Rhod. ℥j. rad. valerian. utriuſque gentian. ariſtoloch. rot. enul. camp. ana ʒvj. fol. ſicc. abſinth. Rom. menth. hyſſop. puleg. dictamn. Cret. ana ℥ß. flor. centaur. min. hyperic. ſambuc. ana p. iij. bacc. junip. matur. ℥jß. Omnia ſicca conciſ. & contuſ. coq. in q. ſ. hydromel. malvat. vel ejus defectu in vin. Canarin. tenui, f. expreſſio fortis & colatura per ſpongiam vel arenam, & tandem coagulatio ad mellaginem: de qua recipe ℥viij. pulv. ſubtiliſ. cort. ſaſſafr. ex radice ℥ß. fol. rut. cortic. laur. ana ʒiij. ſpec. diacymin. * noſtri ʒvj. flaved. citri, aurant. ſicc. ana ʒij. ſal. abſinth. tartar. ana ʒij. ſyr. menth. maj. Meſue q. ſ. f. Electuar. ad uſum dictum.

Victus ſit tenuis & ſiccans. Vitentur vaporoſa, vinum præſertim generoſum. Repletio omnis mala. Cœna ſit parca, aut nulla: & habitu athletico ſæpius imperandum jejunium. Veſcatur caricis aſſatis, paſſulis & *Victus.*

prunis coctis; amygd. piſtachiis, & pane biſcocto aniſato. Conveniunt quoque pulveres digeſtivi poſt paſtus & ad lecti ingreſſum. *N. B.* diætam diſtinguendam eſſe prout caſus eſt pituitoſus & viſcoſus, aut ſalinus; in illo enim caſu attenuantia conveniunt, in hoc temperantia & acrimoniam demulcentia. Abſtineat à lacte, fructibus multis & piſcibus.

Exercitium ſit conſtans, & alvus fluida ſervetur.

Pulvis pepticus Si ventriculus flatibus repleatur & concoctio non rite procedat, præſcribatur talis *pulvis pepticus.* ♃ laminar. panis albiſſ. vin. malvat. ſæpiùs infuſ. & ſiccat. ℥ii. cort. citr. ſicc. ℥j. ſem. aniſ. fœnicul. d. ana ʒß. cran. human. præp. coral. rubr. præp. marg. præp. ana ℥jß. ſuccin. alb. præp. ℈j. cinamom. inter. ℈ij. ambr. griſ. ℈ß. ſacchar. albiſſ. quadruplum, mſ. f. pulvis. Doſis cochl. ß. aut j. poſt ſingulos paſtus.

Juſcula medicata. Aliquando ſoleo *juſcula medicata* præſcribere, pullum *viz.* infarciendo C. C. ebor. lign. Rhod. raſur. junip. viſc. querc. cartham. coquendo

&

& addend. calend. hyſſop. meliſſ. chærephyl. cichor. endiv. &c. In juſculo poſt colaturam diſſolv. crem. tart. cum aliquot guttis *ſp. Vitrioli* ſequentis. ♃ vitriol. Ungar. proprio phlegmate imbut. ad ſiccitatem redact. (ut artis eſt) ſeptuplici cohobatione ℔iij. corall. rubr. ℔j. Irrorentur optimè in retorta cum ſp. junip. lil. convall. ana ℔ß. diſtilla per gradus ad ſummum uſque & rectificetur, & per vitrum pulverizatum filtretur. ♃ ſuccin. ſubtiliſſ. trit. ℔j. cran. hom. ſuſpenſ. limat. cornu junioris cervi ana ℔ß. Pulverizatis affunde aceti acerrimi diſtillat. q. ſ. f. infuſio per quatriduum, mox decanta, & cum ſp. vini f. tinctura, quæ ſervetur per ſe, & magma pellatur per retortam, & colligatur ſal volatile collo retortæ adhærens, cui affundatur ſp. vitriol. extractus ut ſuprà, digerantur per quatriduum in cineribus in vaſe collo oblongo, mox in reverberio clauſo diſtilla ad ſummum uſque per gradus. Hic ſpiritus miſceatur cum juſculis guttatim.

Sp. Vitrioli juſculis inſtilland.

Vel ſp. ſpecif. Vel ♃ ſp. tart. rectificat. ſuper cineribus roriſm. juniper. guaiac. ℔ſſ. ſp. buxi & lign. Rhod. rectificat. ana ℥ij. ſp. vitriol. ſuprà præſcript. ℥iiij. mſ. & rectifica. Guttæ aliquot inſtillentur juſculis.

Vel tart. vitriolat. Vel ♃ crem. tart. alb. ℥iiij. inſtilla ſp. vitriol. ℥ß. ſenſim & guttatim: de hoc cremore diſſolv. ʒß. in juſculo.

Vel Oxoronia Zuing. Vel denique huic uſui *Oxoronia Zuing.* optimè convenit. ♃ urin. hominis ſani & vinum bibentis ℔ij. vitriol. Ungar. ℔iij. mſ. putreſcant ſimul per 12. dies, dein diſtilla per gradus ad ultimum uſque ſpir. rectificetur ad uſum.

N. B. Juſcula uſurpentur quotidie mane per annum.

Potus medicatus. *Potus medicatus* f. è decoct. rad. & ſem. pœon. mar. additâ mellis deſpumati parte octavâ, & magnâ quantitate baccar. junip. & fermentetur ad perfectam puritatem, & lagenis indatur ad uſum. Sum. hauſtum extra paſtus, & poſt ſingulas ſpecificorum doſ. Vel ♃ rad. pœon. mar. ℥iiij. lign. Rhod. bux. ana ℥j. ſaſſaſr. cum cortic. ℥j.

℥j. fol. beton. chamæp. ana m. ij. flor. paralyſ. beton. pœon. ana p. iiij. lavend. bux. ana p. ij. ſummit. roriſmar. majoran. ana p. jß. ſem. pœon. ℥j. rut. ℥ß. bacc. junip. ℥iij. ſpong. bedeguar. ℥jß. nuc. moſch. mac. ana ʒiij. aq. font. galon. 4. Coq. ad unius conſumption. Colaturæ add. mell. deſpumat. ℔viij. ferment. allæ recent. ℔iiij. fermentetur per dies vij. tunc add. allæ recent. cong. ij. fermentetur adhuc per dies. vij. Depromatur in lagenas ad uſum. Uſurpatur ut ſuprà.

Potui diætet. addo aliquando raſur. C. C. ebor. cran. human. ſarſæparil. rad. filic. ſcorzoner. (& in caſu melanchol. fol. agrimon. ceterach, adiant. *&c.*) ſem. cochlear. Batavic. naſturt. hortenſ. (in caſu *viz.* ſcorbutico) bacc. heder. murar. cortic. pomor. redolent. Aliquando linteo includo ceruſſ. antimon. fixiſſ. ℔j. & potui infundo, ut quoque ſquamas Martis inter cudendum deciduas, præcipuè ſi ſit melancholica.

Ante paroxyſmum. Aqua diſtillatam

Ad *paroxyſmum fugandum* convenit *aqua ſtillatit.* ſeq. ♃ rad. ariſtol. utriuſque, gentian. enul. chelidon.

maj. cyper. caryophyllat. ana ℥ij. zedoar. galang. calam. aromat. ana ℥j. valerian. ſylv. & hortenſ. vincetox. pœon. mar. ana ℥iij. viſc. querc. & coryl. ana ℥ijß. fol. ſicc. menth. meliſſ. chamæpit. abſinth. centaur. min. hyperic. puleg. hyſſop. thym. ſatureiæ, majoran. roriſm. ana m. j. fol. laur. m. ij. mal. bathr. ℥jß. flor. calend. primul. veris, galeg. ſtœchad. ana p. iiij. bacc. juniper. ℥iiij. cort. aurant. citr. ana ℥v. pullos picar. nº 4. pullos hirund. nº viij. Hiſce rite præparatis affunde ſp. juniper. ℔ij. aq. flor. til. lil. convall. ceraſ. nigr. ſang. cervin. vel human. ex vitriolo ad ſiccitatem magmatis diſtillat. ana ℔j. hydromel. malvat. ℔iij. digere per octiduum in B. vaporoſo: dein diſtilla in B. M. ad medias: Reſiduus liquor coletur, magma exprimatur, & poſt reſidentiam f. diſtillatio ad mellaginem. ♃ aquæ ſtillatit. hujuſmodi ℔j. theriac. vet. ℥ij. mellaginis extract. ℥j. ſp. vitriol. ſupradict. q. ſ. ad gratiam (*vtz.* ʒj.) mſ. & digere per triduum in B. vaporis in vaſe oblongi colli: cola per chartam, & uſui ſervetur in

phiala

phiala veſicâ optimè clauſa. Sumat cochl. unum aut alterum cùm paroxyſmus inſtare percipiatur, imò in paroxyſmo.

In paroxyſmo. Mixtura.

Huic addo aliquando verm. terreſt. ℔j. rad. cyclam. flor. lavend. vitriolum Ungaricum aut Roman. ad ℔ij. rad. brion. *&c.* Ad ℔iij hujus liquoris addo camph. ℥j. ſal. ſuccin. volat. ℥ß. myrob. ℥ij. & cohobo in B. M. quater, ultimâ vice pro ℔j. hujus liquoris add. ſp. caſtor. ℥ij. ſp. vitrioli antiepilept. ʒij. aq. ardent. ceraſ. nigr. per fermentat. ℥iiij. ſp. Saturn. ardent. ℥j. ſyr. pœon. ſtœch. ana ℥jß. mſ. Indatur nodulus ex lign. aloës ʒij. cinam. ʒiij. ambr. griſ. ʒß. moſch. (niſi ſit pro fœminis) gr. vi. camph. ʒj. mſ. ſumatur cochleatim *in paroxyſmo.*

Aqua Anti-epilept.

Vel ♃ ſucc. rut. & ſcord. ana ℔j. ſucc. calendul. ſalv. betonic. ana ℔ij. rad. brion. recent. ℥viij. rad. pœon. mar. recent. ℥vj. baccar. junip. matur. recent. ℔j. flor. anth. ſtœchad. Arabic. ana ℥iij. flor. lavend. ℥j. caſtor. opt. ℥ß. cinam. ℥iij. caryophyl. ʒvi. mac. ʒß. ſucc. ceraſ. nigr. ℔iiij. vin.

 Hiſpan.

Hiſpan. ℔vj. Diger. per octiduum in fimo, deinde per B. aqua eliciatur. Aromatiſ. ambrâ & moſcho: v. g. ℞ hujus aquæ ℔j. ambr. griſ. ℈j. moſch. oriental. gr. iiij. mſ. & f. iterum diſtillatio. Cap. cochl. unum in paroxyſmo.

Electuar. *Electuarium* hoc etiam in paroxyſmo præſcribo. ℞ pulv. de guttet. ℥iij. ſecundin. mulier. præp. ℥ij. caſtor. ℥ß. camph. ʒij. ſal. volatil. ſuccin. & cran. human. rectif. ana ʒjß. mſ. & cum q. ſ. ſyr. alicujus appropriat. f. Opiata. Doſis à ℈j. ad ʒj. in aq. Langii exhibend.

Aliquando addo theriac. confect. alkerm. ſpec. diambr. viſc. querc. lap. contrayerv. *&c.*

Pulvis de gutteta. *Pulvis de gutteta* multum quoque valet in paroxyſmo, qui talis eſt. ℞ rad. pœon. mar. ſem. ejuſdem, ſuccin. alb. præp. cryſtall. rupis præp. C C. vitriolat. ana ʒiij. cran. human. vitriolat. & crud. ana ℥ß. calam. aromat. viſc. querc. raſur. lign. bux. ana ʒijß. coral. rub. corallin. rad. valerian. ſylv. ſpong. bedeguar. ana ℥ij. nuc. moſch. flor. lavend. ana ʒj. ſecundin.

cundin. mulier. ℥j. ʒvj. & ℈j. ambr. griſ. pro quaque uncia ℈j. fol. aur. & argent. minutim. conciſ. nº xxiiij. mſ. f. pulv. Doſ. à ℈j. ad ʒj. in adultis. Detur in liquore ſeq. ℞ aq. flor. til. lil. convall. ceraſ. nigr. ana ℥iij. aq. capit. cervin. rub. ℥ij. ſp. caſtor. per infuſ. ℥j. ſyr. flor. pœon. papav. Rhœad. caryophyl. ana ʒx. confect. alkerm. (in adultis) ʒij. ſp. vitrioli philoſoph. (qui eſt reſiduum ex mercurii vitæ ablutione) q. ſ. ad gratiam. Detur cochl. j. vel ij. in paroxyſmo.

In paroxyſmo naribus admoveantur medicamenta ex ſuccino, gagate, carbone lapideo, plumis combuſtis, ruta, aſa fœtida, galban. caſtor. camph. *&c.* *Naribus admovenda.*

℞ ſp. vitrioli ℥ij. affund. coral. rubr. ſubtiliſſ. pulverizat. ℥ß. rad. pœon. mar. ʒj. digere ad lenem calorem per dies 3. aut 4. corallium redigetur in pulticulam albam, f. reſidentia per dies aliquot, & ſupernatabit liquor, de quo ſume cochl. j. aq. pœon. aut rutæ cochl. vij. ſal. verben. ʒſſ. mſ. pro una doſi *poſt paroxyſmum* ſtatim exhibenda: item ad præcautionem ter aut quater. *Poſt paroxyſmum.*

Methodus curra ſi ſit ab affectu uterino. Si oriatur Epilepſia ab aliquo *affectu uterino*, educantur fæces ex alvo per clyſterem. Inſtituatur Vomitorium ex vitrioli albi ℈ij. cum conſerv. roſ. rubr. ʒij. Præſcribatur apozema aperiens, hepaticum, ſpleneticum, hyſtericum & purgans. Inſtituatur item purgatio ſolennis cum pil. cephal. Galeni min. Præparentur humores viſcidi in meſenterio, & attenuentur, idque oxymelite ſequenti, bis in die ſumendo cochl. j. per ſe.

Oxymel attenuans. ℞ rad. eryng. apii, fœnic. ruſci, taraxac. mund. ana ℥j. cortic. median. fraxin. heder. arbor. ana ℥jß. rad. ireos Florent. noſtrat. aſar. (in vin. alb. priùs lot.) ſcill. ebul. ana ʒvj. filic. fœmin. pœon. mar. viſc. querc. ana ℥ij. fol. marrub. alb. hyſſop. puleg. calament. thym. dictamn. Cretic. ana m. j. flor. geniſt. p. iij. ſem. pœon. ℥j. ocym. alkekeng. ana ℥ß. ſpic. nard. calam. aromat. ana ℥iij. cortic. exter. citr. ſicc. ʒv. Præparata omnia ſ. a. infund. per triduum in ciner. calid. vaſe vitreo probè obturat. in acet. alb. ſambucin. vel ſimpl. acerrimi. q. ſ. ad 4. digit. ſupernat. mox f. expreſ-

ſio;

ſio; & colaturæ add. mell. Narbonenſ. deſpumat. ſacch. cand. pulver. ana ℔j. Coq. (non in vaſe cupreo) ad aceti conſumpt. aromatizetur cinam. mac. coſti, caryophyl. ana ʒjſs. ſuſpendendo in nodul. inter coquendum. Mſ. f. *oxymel* ad uſum prædict.

De *Vterinis* in ſpecie vide in cap. de *Menſium obſtructione*.

In melancholicis.

Si oriatur à *melancholia*, aut à lienis obſtructione aut affectu alio, purgetur æger pil. noſtris * cathol. à gr. xx. ad xxiiij. aut pil. Tralliani de lap. Armeno, & repetantur ter quatérve ante uſum Martis, & in uſu ejuſdem undecimo quoque die.

Pro *chalybeato* ſumat bolum ſeq. ad 30. dies.

Bolus chalybeatus.

♃ ſacch. alb. duri ℥viij. animæ hepatis ℈xij. aut ℥ß. mſ. f. pulvis ſubtiliſſimus in 30. partes dividendus, & cum ſyr. violar. q. ſ. mſ. f. bolus ex quaque doſi pulveris mane ſumendus, ſupe. bibend. liquorem poſſeticum, moderatè corpus exercendo.

Cerevis. &

Cereviſiæ pro potu ordinar. indatur ſquama ferri optimè purgata & ignita.

Vinum

vinum chalybeat. *Vinum chalybeatum* medicatum tale optimè convenit. ℞ limatur. chalyb. ℔ß. polypod. querc. rad. valerian. ſylv. vincetoxic. cyper. recent. ana ʒvj. lign. Rhod. cort. lign. ſanct. ana ℥ß. fol. ſicc. meliſ. rut. ceterach ana ʒiijß. bacc. junip. rec. ʒv. viſc. querc. ſem. pœon. mar. ana ʒijß. caryoph. mac. cinam. ana ʒij. Limatura irroretur bis vel ter aceto ſambucin. & ſiccata teratur; dein in ampulla vitrea ampla affund. omnibus mixtis vin. alb. generoſ. ℔viij. obturetur exactè; locetur ſuper furnum piſtoris per dies xv. ſæpiùs commovendo. De colatura ſumat ℥iiij. alternatim cum ſero lactis oxymelite depurato ad ℔j. ſacchar. roſato edulcorato.

Aq. Tunbrig. Quibuſdam multum profuerunt *aquæ Tunbrigenſes.*

Hirudines. *Hirudines* quoque hæmorrhoidibus applicentur.

Balneũ. Inſtituatur quoque *balneatio* in aqua ferruminoſa, aut aqua dulci.

De Antimelancholicis in ſpecie vide in capite *de Melancholia hypochondr.* quæ cum antiepilepticis ſpecificis ſunt admiſcenda.

Fotus proventriculo.

Si flatus adſint (uti ſæpiſſimè in Melancholicis evenit) bis in die ventric. foveo *fotu* ſeq. ♃ rad. ariſtoloch. utriuſque, gentian. enul. camp. angelic. ana ℥ij. lign. Rhod. cort. citr. aurant. ana ℥ijß. fol. abſinth. utriuſque, menth. naſturt. hortenſ. coſti hortenſ. ana m. ij. ſummit. rut. origan. puleg. ſerpyll. ana m. j. bacc. laur. junip. ana ℥jß. caryoph. nuc. moſchat. ana ℥ß. zinzib. ʒvj. Include ſacculis duobus & decoque in aq. fabror. part.8. & una acet. ſambucin. acerr. addendo quartam partem vini muſcatellin. F. fotus mediocriter calidè applicand.

Linimentũ poſt fotum.

Poſt fotum utor *linimento* ſeq. ♃ ol. lil. alb. rutac. ana ℥j. ol. expreſſ. nuc. moſchat. ʒij. ol. aniſ. roriſmar. baccar. junip. ana ʒß. mſ. f. linimentum pro regione ventriculi.

In infantibus.

In *pueris* epilepticis, vel ob dentitionem convulſis, *pulvere* ſeq. optimo cum ſucceſſu uſus ſum.

Pulvis ſpecif.

♃ pulv. noſtr. antiepilept. (ſuprà deſcript.) aut ſecundin. mulier. ʒij. rad. valerian. ſylv. viper. Virgin. contrayerv. ana ʒj. C. C. vitriolat. ma-

giſter. vel ſal. coral. ana ℈iiij. lap. bezoar. orient. & occident. ambr. griſ. ana ℈ij. camph. ʒß. fol. aur. argent. ana nº xij. (vel quod melius aur. fulminant. cryſtall. Dianæ ana gr. xv.) mſ. f. pulvis ſubtilis, cui add. cinnab. mineral. in alcohol. redact. ʒv. & gr. xv. Phialæ fideliſſimè obturatæ indatur ad uſum. Doſ. à gr. xij. ad xxx. ad ſingulas Lunæ quadras ad præcautionem, aliàs ſtatim poſt paroxyſmum. Convenit hîc quoque *Mercurius præcipitatus ſolaris* per ſe præcipitatus: & *pulvis de guttetа* ſuprà deſcript.

N. B. Totam ſpinam dorſi hoc linimẽto inungo ſæpiùs, imò in ipſis adultis.

In infantibus uſus ſum inunctione cum *linimento* ſeq. per totum caput, abraſis capillis. ♃ lumbric. terreſt. ℔j. catell. ping. lactant. exenterat. & per fruſta ſect. nº ij. ol. com. ℔j. ol. amygd. dulc. recent. ℔ß. vin. alb. generoſiſſ. ℔ij. bulliant ad animalium putrilaginem, ſub finem addend. flor. primul. ver. m. iiij. viol. m. iij. flor. keyr. m. ij. Exprime, & adde medull. crurum vituli ℥iij. ſperm. cet. rec. ℥ij. mſ. Huic addi poteſt pro re nata ol. de caſtor. & keyr.

Soleo

Soleo quoque mane & veſperi exhibere ℈j. pulv. cran. human. è cochl. cum ſyr. viol. Si ſuſpicio ſit vermium, exhibeo conſerv. roſ. rub. cum ſp. vitrioli noſtro acidulatam.

Ad roborandum caput ſine inſigni calefactione applicetur *Empl.* ſeq. ℞ empl. diachalcit. ℥ij. diachyl. ireat. ℥jß. de betonic. ℥j. cum tantill. ol. catell. f. empl. Si calidius velis, adde pulv ſuccin. ſalv. lavend. *&c.* *Empl. capiti applicand.*

D. de la Mer. dicit, ſe multos curâſſe Medicament. ſeq. ℞ acet. acerrimi (vin. *viz.*) q. ſ. diſtilla in alembico lato & amplo plumbeo novo aut ſaltem abraſo (roſario dicto) evocetur phlegma relictis ſp. acrioribus. Doſ. ℥iij. Vomitum movet non nimis violentum, & potenter expurgat ventriculum ſine ullo pravo ſymptomate. Pro fuco coloretur cum ſantal. citrin. odórque concilietur cum grano moſchi. Quidam diſtillant in alembico cujus fundum ſit cupreum & capitellum plumbeum, & poſt diſtillationem ad mellaginem, totum ſimul commiſcent. Pueris exhibeatur à ʒij. ad ʒß. Convenit quoque in omnibus *Medicamenta Empirica.*

capitis

capitis affectibus difficilibus, Apoplexiâ, Lethargo, Phrenitide, oculorum & aurium inflammatione, cephalalgiâ, *&c.* imò in tophis Venereis, tinea, ſcabie, lepra, herpete, arthridite, *&c.* in obſtructionibus item hepatis & lienis.

Mulier quædam ſæpiùs in die ex caduco decidens, ſtupida, pallida, cachectica, hinc perfectè convaluit.

Empiricus quidam poſt univerſalia remedia nucham candelâ cereâ incensâ, cauterii inſtar, inurebat, & radices pœoniæ in patella cum butyro frixas continuò comedendas dabat, & ita juniores & adultos magna cum admiratione curabat.

Medicus quidam Gallicus (nomine Potier) ſolebat dare ſolam ceruſſam antimon. per cochlearia bis térve in die per plures dies conſequentes ad debellandos graves morbos chronicos (& hunc inter cæteros.) Eſt præparatio Angeli Salæ, & color juxta ignis gradum mutatur.

Medicamenta externa. *Thermæ* naturales vel artificiales multùm hîc proſunt, præcipuè ſi ſit conjunctus hic affectus cum affectu ſopo-

ſoporoſo. *Balnea* laconica uſurpari poſſunt è vapore decocti laur. lavend. majoran. ſalv. calamenth. origan. puleg. ſtœchad. aliíſque nervinis præparata. *Thermæ & balnea.*

Fontanella convenit, ſi ſentiatur aura ab aliqua parte externa aſcendens in caput, quæ aperiatur in illa ipſa parte affecta. *Fontanella.*

Sæpiùs *Pyroticum* applico inter primam & ſecundam vertebram colli, cujus eſchara debet eſſe lata, & ulcus trium quatuórve piſorum capax; & diu apertum teneri: & poſt annum ſi ulcus occludi debet, fontanellas duas in ſcapulis latas facio. Hoc tantùm in caſu deſperato. *Pyroticum.*

Emplaſtrum quoque ſequens capiti raſo adhibeo continuè geſtandum & octavo quoque die renovandum, poſt ejus fotum cum vino malvatico calente & ſpongiis. ℞ empl. de betonic. ℥vi. gum. elem. carann. guajac. ladan. puriſſ. ſtyrac. calamit. benzoin. ſuccin. (vel, ſi habeatur, balſam. ejuſdem) ana ℥j. ſterc. columbin. ʒx. turbith, hermodact. agaric. ana ʒvij. rad. helleb. utriuſque, pyrethr. ana ʒjß. *Emplaſtrum.*

ʒjß. caryoph. nuc. moſchat. ana ʒiijß. terebinth. Venet. balſam. Peruv. nigr. (aut liquidambr.) ana ʒvij. ceræ novæ q. ſ. (℥viij.) terantur terenda ut alkool, & f. ſ. a. emplaſtrum.

Suffitus Operimenta capitis *ſuffumigare* ſoleo mane & veſperi in ingreſſu lecti vitato nimio calore, idque pulvere ſeq. ♃ thur. maſtiches, vernic. oliban. lign. Rhod. ana ʒvj. roſ. rub. flor. lavend. raſur. lign. juniper. ana ʒv. ſem. nigell. Roman. cortic. vivid. piſtach. ana ʒiij. mſ. f. pulvis craſſiuſculus pro *ſuffitu*.

Huic ſuffitui addo ſæpe ſandarach. benzoin. ſtyrac. calamit. ſuccin. lign. guajac.

Periapta & Amuleta. *Periapta* fiant ex lapide Aetite pulv. & cerato calefaciente excepto. Aut ex ungula Alcis f. annulus digito gerendus, aut collo ſuſpendatur. Item Ambarum, Corallium, caput Cuculi collo ſuſpenſum, lapis Chelidonius qui in hirundinum pullis diſſectis primo partu excluſis invenitur, quod accidit plerumque lunâ creſcente. Item oſſa Lacertæ viridis ſale corroſa dum adhuc vivæ induntur ollæ & ſale

con-

conſperguntur. Item cingulum de corio lupi. Item rad. & ſem. pœon. mar. Rutæ ſylveſt. radix aceto humectata & naribus oblata; ut quoque ſemen ejuſdem. Smaragdus integer collo ſuſpenſus. Umbilici Infantis portiuncula in annulo geſtata. Batrachii rad. recens effoſſa.

Amuletum compoſitum ſit tale. ℞ lap. Aetit. rad. & ſem. pœon. mar. florem album gerentis, batrachii ana ℥j. fol. & ſem. rut. ſylveſt. abrotan. hyſſop. ana ℥ſs. ungul. dextri pedis poſterioris Alcis, oſſium lacertarum viridium, cineris cuculi, ſuccin. alb. corall. rubr. ana ʒvi. flor. lavend. ſtœch. Arab. ana ℥iij. lapid. chelidon. rufi menſe Auguſti collect. in augmento Lunæ n° 3. 5. 7. caryophyl. ʒij. amb. griſ. ʒj. moſch. ℈j. Terantur omnia, exceptis lapidibus hirundinum, in pul. ſubtiliſſ. & cum muccag. gum. tragacanth. aquâ rutæ extract. q. ſ. f. paſta, ex qua fiant placentulæ, quibus imprimantur ſigillo quæcunque volueris, ſive literæ, ſive notæ aliæ: Placentula à ſummo ad imum transfigatur pennæ milvi calamo, cui indan-

Amuletum compoſitum.

indantur lapides chelidonii, & repleatur amalgamate ex parte una Lunæ, & tribus vel quatuor Mercurii vivi puriſſ. Penna obturetur ſubere, & cerâ Hiſpanicâ ſive laccâ. Totum ſiccatum exactiſſimè includatur ſacculo ex corio lupi, tegatur ſyndone coccineâ, & ſuſpendatur è collo loro ſerico coccineo, ita ut os ſtomachi attingat. Geſtetur continuò. Poteſt placenta ſine involucro, aureo vel argenteo circulo lævиſſimo circumſepta, ſuſpendi ex collo, ita ut immediatè nudam cutem tangat.

Obſervatio. Mihi contigit Caſus cujuſdam qui poſt varia medicamenta incaſſum exhibita tandem in febrem incidens intermittentem, tranſactis aliquot paroxyſmis perfectè convaluit.

CAPUT IV.

De Tremore.

Syr. magiſtr. CURA *Tremoris* fit 1. *Concoquendo* materiam frigidam & humidam cum hujuſmodi *ſyrupo magiſtrali.* ♃ acori, ſtœchad. herb. paralyſ.

ralyſ. ſatureiæ, amaraci, rutæ, ſalviæ, chamædr. chamæpityos, calamenth. mentaſtr. origan. ana m. ij. f. decoctio, cui add. mellis q. ſ. & conficiatur ſyrupus, in quo pulvis infraſcriptus in nodul. ligat. aliqualiter bulliat, & poſtea abiiciatur. ℞ cinam. caryophyll. macis, nuc. moſchat. ſem. pœon. piper. nigr. & long. calam. aromat. zinzib. ſpicæ, ſem. aniſ. ana ʒj. contunde & in pulverem redige.

2. *Evacuando* cum hiera Logadii, pil. fœtid. vel ex Meſuë. ℞ caſtor. pyrethri, caſſ. ana ʒiij. ſagapen. pulp. colocynth. ana ℥ſs. hieræ picræ ʒv. Confice cum melle roſac. Doſis ʒſs. *Electuar. purg.*

Confectio ſequens ad tremorem experta eſt. ℞ myrobalan. Indor. ℥j. ſalv. ʒiij. oliban. ʒij. cyper. calam. aromat. ana ʒjſs. Confice cum paſſulis. Doſis ʒij. *Confectio.*

Convenit *ſtœchas* ad pondus ʒj. cum aqua mellis per multos dies propinata, vel cum hiera picra in formam pilular. redacta ſyrupo aliquo appropriato. Item juvat *caſtoreum* cum aqua ſalviæ. Corroborat nervos

&

& tremorem removet *diamargariton.* Item Electuarium ſequens.

Electuarium ſpecificum.

♃ Salv. roriſmar. acori ſeu calami aromat. ana ℥ſs. f. decoctio in qua ponatur croci ℈ſs. ſacchar. alb. ℔j. adde nucleor. pini ℥j. zinzib. xyloaloes, nuc. moſchat. macis, cardamom. ana ʒſs. f. *Electuarium*, cujus doſis ʒij.

Externa.

Leonel. Faventin. certâ ſe experientiâ didiciſſe affirmat, *oleum lilior. convallium* eſſe mirabiliſſimæ virtutis & veriſſimi effectûs in tremore curabili, univerſalibus congruis antea præmiſſis. *Olea* item *cucumeris aſinini, de euphorbio, de caſtoreo, & de flore trifolii* ſive *loti Ægyptiæ*, vel empl. ex foliis ejuſdem, plurimùm valent. Item hæc ſuper membrum affectum *inunctio* quæ recipit coſti ℥j. pyrethri, euphorbii ana ʒj. caſtor. ℥ſs. Diſſolvantur omnia in ℥vj. ol. vulpini, quibus addatur ceræ ℥j.

N. B. In tremore manuum facto ab animi paſſionibus, ſcilicet verecundiâ & intensâ cogitatione de re formidabili tentandâ, juvat opopanax in vino exhibitus.

CAPUT

CAPUT V.

De Vertigine.

SI plethora adſit, ſanguis mittendus; ſi nauſea, ventriculus per vomitum everrendus: dein purgatio per ſedem inſtituenda: poſtea ſpecifica exhibenda; denique externa in uſum ducenda. *Medendi Methodus.*

Poſt venæſectionem, (ſi neceſſaria ſit) præſentibus nauſeâ vel appetitu proſtrato, vel aliis ventriculi affecti indiciis, ægro *Emeticum* propinandum. e. g. ℞ oxymel. ſimpl. & Julianizantis ana ℥j. mſ. pro 2. doſibus ſumend. bis in die è cochleari ſenſim deglutiendo, longè à paſtibus, pridie Emetici. ℞ infuſ. croc. metall. ℥ij. oxymel. ſimplicis ℥ſs. aq. card. benedict. ℥j. mſ. f. hauſtus exhibendus cum debito regimine. Die ipſo Vomitorii ſumatur bolus ſeq. horâ ſomni. ℞ mithridatii, confect. alkerm. ana ℈j. pulver. ſubtiliſſ. menthæ ℈ſs. lap. bezoar. orientalis gr. viij. mſ. f. bolus. *Emeticum.*

Purgātia. *Purga* bis in ſeptimana cum pilulis Macri: & diebus intermediis alvus ſit ſemper laxa clyſteribus injectis, vel lenitivis per os exhibitis. Vel ℞ pil. de chamæpit. (quas deſcriptas habes ſuprà) ʒj. extract. calam. aromatic. ℈ſs. diagrid. gr. ij. olei thymi gutt. ij. f. pil. v. Vel purgetur extracto noſtro ſeu Panaceâ * vegetab.

Victus. Bona ſit *victûs* lex: Abſtineat à vaporoſis, & ab omni generoſo aut multo potu.

Elect. ſpecif. *Electuarium* ſeq. ad vertiginem ſpecificum eſt. ℞ omnium ſiccorum, *viz.* rad. pœon. mar. valerian. ſylv. collect. antequam caulem emiſerit, quando incipit pullulare, vincetoxici ana ℥j. calam. aromat. ℥ij. viſc. querc. fol. hyperic. rutæ, chamæpit. betonic. ſummit. roriſmarin. flor. ſalv. ſem. pœon. mar. ana ℥ſs. C. C. cranii humani calcinat. ad ſummam albed. ſuccin. alb. præp. ana ʒv. aſæ fœtid. caſtor. ana ʒij. ſal. ſuccini volatilis, ſal. abſinth. ana ʒj. ſal. artemiſ. & card. benedict. ana ʒjſs. ſterc. pavon. alb. debitè collecti & ſiccati ℥vj. f. omnium pulv. ſubtiliſſ. excip. ſ. q. ſyrupi

ex

ex profeſſo parati ex flor. pœon. tiliæ, liliorum convallium & keyri, qui redditus fuerit acidus ſ. q. ſpiritûs vitrioli * Antiepilept. & f. Electuarium: cujus doſis ſit à ℨiiij. ad ℨvj. & ℥j. ſuperhauſto aq. flor. til. & lil. convall. momento, ad ſingulas Lunæ mutationes bis, vel pridie & poſtridie novilunii & plenilunii. ** vid. ſuprà*

℞ calam. aromat ℥ij. cort. rad. laur. & rad. ſaſſafr. ana ℨiij. cort. vvinteran. arant. citr. ana ℨiij. rad. enul. ℥ſs. omnia coquantur in aq. ſtillatit. betonic. majoran. ſalv. & quartâ parte vini de Malagâ, ad tincturæ extractionem, quæ coaguletur ad ſyrupi conſiſtentiam. Tunc ℞ rad. valerian. ſylveſt. cyperi fragrantiſſ. ana ℥j. ſuccin. præp. ℥ſs. caſtor. macis ana ℨj. flor. lavendul. ℨij. calam. aromat. ad pondus omnium, f. pulvis ſubtiliſſimus, excipiend. ſ. q. ecchylomatis præſcripti: f. maſſa *pilularum*, cui addantur pro ſingulis unciis guttæ iiij. ol. roriſmar. vel baccar. junip. Capiat vertiginoſus (poſt univerſalia) quotidie mane ℈j. deinde paulatim aſcendat ad ℨſs. ℈ij. ℈ijſs. & ℨj. *Pil. ſpecif.*

pro gradu affectionis & activitate cauſæ morbificæ.

Calam. aromat. eſt ſpecif. *N. B. Calamus Aromaticus* quocunque modo ſumptus valet ad vertiginem: imò ſecretum curandi vertiginem in eo conſiſtit. Da infuſum ejus in vino albo vel cereviſ. omni aurorâ.

Extrac. ſpecif. Purgationis diebus ſum. veſperi, & deinceps ſingulis auroris ſequent. extract. ad inſtar minoris avellanæ. ℞ theriac. & mithridat. ana ℥j. rad. valerian. ſylveſt. ſuo tempore collect. ſterc. pavon. mar. ana ℥iij. rad. pœon. mar. viſc. quercin. ana ℥ii. raſur. cran. human. recent. ſpong. bedeguar. ana ℥iſs. bacc. juniper. recent. ʒx. lign. Rhod. raſur. interior. guajac. ana ℥ijſs. macis, caryophyll. cinam. ana ʒj. Circulentur in balneo cum parte una aq. meliſſ. proprio ſale prægnante, & partibus duabus ſp. Vini per octiduum: f. coagulatio ſ. a. addendo ol. cinam. ol. cran. hum. & ſuccin. rectif. ſupra colcoth. ana ʒſs. ſal. volatil. ſuccin. ʒj. mſ. Utatur ut dictum eſt.

Medicament. Empiri. ex ſacchar. h. Medicus quidam Germanus Londini dat quotidie per plures dies con-

conſequentes pil. unam ad ſummum granorum quinque. Ego unam ponderavi vix pendentem gr. iiij. ſine ulla manifeſta operatione ceſſat vertigo, id quod exiſtimo fieri ratione coagulationis vaporum vertiginem committentium. Uſus eſt Eques Franciſcus Biondi fœliciter & alii multi: ſaltem nulla inde percipitur noxa. Ego unam deguſtavi, & diu attrivi dentibus; nihil percepi præter ſaporem *terebinth.* & *ſacchari Saturni*, à quo dealbata fuerunt lingua, labia interna & ſputum. Credo ita parari, ut ſaccharum dictum excipiatur ea terebinthinæ Venetæ vel Cypriæ quantitate, quæ ſufficiat ad formandam maſſam ex qua fiunt pilulæ ſingulæ ponderis gr. iiij.

D. *Gliſſon* Cantabrigienſis Medicinæ Profeſſor gravi vertigine per tres ſeptimanas conflictatus, appoſuit, irritis aliis remediis, vertici [toti capiti] raſo *emplaſtrum* ex ſulphuris floribus & album. ovorum, à quo ſanatus eſt, ut ipſe retulit D. *Bate.* *Externa Empl.*

Fiat ex ſebo cervino & oleis ſalviæ,

Balſ. pro naribus &c. majoranæ, roriſmarini & ſuccini *balſamum*, quo quotidie mane nares interiores præſertim linantur; nucha item & capitis ſuturæ.

Fontan. &c. *Pyroticum* vel *ſetum* applicetur poſteriori collo: *Cauterium* bregmati poſt omnia.

CAPUT VI.

De Apoplexia.

In paroxyſmo. ALIA *in paroxyſmo* ſunt tentanda, alia extra paroxyſmum ad *Apoplexiæ præcautionem* exhibenda.

Quicquid movendum, ſtatim move; & quod vis facere, fac citò: In talibus enim tardare malum:

Tu propera, nec rem venturas differ
in horas:
Qui non eſt hodie, cras minùs aptus
erit.

Ægris peſſimè agitur, dum ſuſpensâ manu Medici minùs valida medicamenta importuno metu perculſi exhibeant, cùm extrema remedi[illegible]hibere expediat.

San-

Sanguinem in plethoricis libera manu *mitte* : *Veſicatoria* nuchæ, brachiis, pone aures, imo toti vertici raſo applicato. Quærantur folia aſari viridia, quæ leviter trita indantur *naribus* : Interim ex eorum pulveris ℥ij. pulv. rad. cyclam. ℈iiij. & ʒj. rad. helleb. alb. f. pulvis ſubtiliſſimus per calamum naribus inſufflandus. *Veneſectio.* *Veſica.* *Errhina.*

Liquamine ſequenti *illinatur palatum* ſæpiſſimè fricando. ℞ Anacard. rad. pyrethr. & ſtaphiſagr. ana ʒij. granor. paradiſ. cardam. major. ana ʒiij. capſici ſive piperis Indici ʒj. helleb. albi ℈iiij. bulliant. ſimul in vini albi ℔ſs. ad medias, fiat expreſſio, quæ cum æqua portione mellis anthoſati redacta ad mellaginem reddatur acidula ſp. vitrioli antiepileptico, addendo ſalis ſuccin. volatilis ʒſs. mſ. pro litu. *Litus pro palato.*

Emeticum ſeq. exhibeatur. ℞ aq. ceraſ. nigr. ℥iij. ſyrup. flor. pœon. ℥j. gillæ Theophraſti ʒj. vel ℈iiij. f. potio. Si hæc mitior æquo videatur, optimum in apoplexia vomitorium eſt oleum Antimonii, cujus guttæ x. vel xij. dentur ex optimo vini ſpiritu. *Emetic.*

Cita & ſeria eſt ejus operatio; multos hujus ope excitavi.

Extra paroxyſmum. Ad Apoplexiam *præcavendam*, caput per ſedem *purgantia* frequenti ſint in uſu [qualia in capp. de *Epilepſia* & *Vertigine* præſcripta ſunt.] *Emetica* item temporibus idoneis exhibita plurimùm proſunt. *Fontanella* in nucha, vel *ſetum*, communi ſunt in uſu. Vitentur omnia quæ caput nimis tentant, qualia ſunt vinorum generoſorum liberalior ingurgitatio, tabaci per tubum improba fumatio, Veneris uſus nimius, *&c.* In plethoricis *ſanguis* ſæpe mittendus è brachio, vel hæmorhoïdes aperiendæ. *Caput* denique *roborandum* eſt ſpecificis cephalicis calidioribus, qualia in *Epilepſia* & *Vertigine* videre eſt.

CAPUT VII.

De Mania, & Melancholia.

Maniæ cauſa. M*Ania melancholiam* plerumque vel ſequitur vel comitatur; aliquando autem ab *affectu uterino* dependet.

Si *Melancholia Maniæ antecedens,* vel *conjuncta cauſa* ſit, ægro ſequentia adhibeantur. *Mania Melancholica.*

Vena nunc hæ, nunc aliæ aperiantur, ſanguíſque ſecundùm plethoræ viriúmque modum effluere ſinatur. *Venæſectio.*

Victus ſit refrigerans & humectans. *Victus.*

Ad *vomitum* ciendum exhibeantur infuſiones croci metallorum, vel vitri antimonii; acetum & mel ſcillitic. *&c.* *Vomitus.*

Purgetur æger ſæpiùs pulvere benedicto Valeſci, [cap. de Melancholia præſcript.] pil. Alexandri Tralliani de lapide Armeno, pil. aggregativ. extr. Rudii, vel pil. de lapide Lazuli. *Purgatio.*

Alternatim cum iſtis purgationibus dentur *clyſteres* ex melle helleborato, incipiendo ab ℥j. & aſcendendo ad ℥ij. vel ℥iij. in decocto omaſorum vel jure alio pingui. Vel ♃ malv. betonic. fumar. violar. ana m. ſs. flor. roſ. anth. chamæmel. ana p. ij. ſem. aniſ. carui, cumin. ana ʒij. f. decoctum in ſeri lactis ℔jſs. ad ℔j. In colatura immiſce hieræ Pachii, *Clyſter.*

Logadii, Galeni ana ʒjſs. olei violar. ℥ij. f. Enema.

Simplicia ſpecifica. Poſt evacuationem ſufficientem ad ſpecifica accingendum eſt. *Simplicia ſpecifica* ſunt hypericon [fuga dæmonum dict.] verbena, ruta, ſabina, palma Chriſti, anethum, millefolium, aſter Atticus, polypodium, epithymum, fumaria, artemiſia, helleboraſtrum, herbæ denique pæne omnes quæ Cephalicæ vulgo habentur. Lapis Lazuli, ambra nigra ſive lapis gagates, lapis Armenus, *&c.* Ex his varia fieri poſſunt præparata, vel ſimplicia vel compoſita.

Hyperici tinctura. Angelus Sala ipſe mihi dixit ſe in Mania & Melancholia habere pro arcano *tincturam hyperici*: ac aliquando cum careret tincturâ, ſumpſit ejus ſummitates, decoxit in vino Rhenano & cereviſia tenui, atque utiliter propinavit.

Aquæ Tunbri. *Aquæ* minerales *Tunbrigenſes* plurimis profuêre.

Spir. Aluminis. *Spiritus aluminis* in maniacis & phrenitide, longè ſuperat ſpiritum vitrioli, necnon in febribus ardentibus: nam inſigniter refrigerat.

His

His mitioribus non proficientibus, ad *Helleborata* veniendum eſt. Mel Helleboratum, [Heurnii dictum] fœliciter propinatur ad ℥ſs. vel ʒvj. ex mulſa vel aqua ſaccharata, at omnium optimè cum decocto aniſi. Vix tutiùs datur helleborus quàm ex iſto melle. *Hellebo-rata.*

Helleborus & niger & albus hîc conveniunt, qualicunque formâ exhibiti, in extracto, ſubſtantia, vel infuſione.

Extractum ſic fit: ♃ helleb. albi vel nigri radices, quot velis, minutim conciſæ piſtentur aliquandiu cum pauco ſpiritu vini; Indantur cucurbitæ, iiſque dein affunde ſp. vin. ita ut 4. digit. ſupernatet. Evocetur ſp. ad ſiccitatem in balneo vaporoſo. Adhuc calentes radices pulverizentur in mortario, quod facilè fit. Hâc ratione præparatæ facillimè dant tincturam, etiam in frigido, cum ſpiritu vini: tinctura autem ad extractum ſ. a. redigatur. *Hellebo-ri extractū.*

N. B. Elleborus niger, ut & Colocynthis, ſi diu digerantur, ſicut alia cathartica, parum purgant. Elle-

borus albus autem diutiùs digeratur, *viz.* per 3. aut 4. dies, donec liquor ſit prægnans tinctura.

Helleb. albi extractum datur à gr. ij. ad iij. vel per ſe vel cum alio purgante. Nota, Extractum hoc licèt præparetur duriuſculum in forma pilulari, attamen humectatur ad aërem, & diffluit, unde facilè diſſolutum in ventriculo, vomitum movet, & ſurſum deorſúmque operatur cum maxima difficultate, innoxiè tamen poſt ſedatum tumultum. Dedi mulieri cuidam extracti hujus gr. iij. cum maſſa pilular. compoſit. ex coch. min. & de lap. Lazuli ana gr. xv. Vomuit ſexies, & habuit totidem ſedes, cum labore quidem, tamen ſine periculo, & ceſſante operatione pacata omnia. Eandem extracti doſin cum aliis purgantibus, ægris aliis exhibui cum εὐφορεία.

Syr. helleborat. ℞ fibrar. è rad. helleb. nigr. & alb. ſelectiſſ. ana ℥j. pulp. colocynth. ℥ſs. rad. polypod. recent. fol. ſenn. mundator. ana ʒvj. flor. nenuph. & hyperic. ana p. ij. ſem. aniſ. fœnicul. dulc. ana ʒij. baccar. junip. recent. ʒjſs. lign.

lign. ſaſſafr. ℥j. f. omnium decoctio in ſ. q. vin. alb. tenuis & odori, & aq. ſtillat. nenuphar. f. colatura & fortis expreſſio, quæ cum mellis deſpumati & ſacchari albiſſ. ana q. ſ. redigantur in *ſyrupum*, cui indatur nodulus continens cinam. ℥j. nuc. moſchat. mac. ana ℥ſs. caryophyl. ℈j.

Cum *ſyrupi* hujus & pulveris fibrarum rad. helleb. ana, formato maſſam *piularum*, cujus gr. v. vij. vel ix. include pilulis ex ℥ſs. maſſæ pil. coch. min. factis, pro doſi. *Pilulæ helleb.*

D. Cademan mihi retulit, ſi hellebori albi radix ad ℥ij. infundatur in ℥vj. v. g. vini muſcatellini, atque hujus infuſi detur cochl. j. blandè movet vomitum pituitæ viſcidiſſimæ, & ſubducit alvum. Operatur ſine periculo; &, quod notandum, conſumpto primo vino ſi novum addatur, etiam ſæpiùs ſuccedit bona operatio, ut ex croco metallorum. *Helleb. infuſio.*

Poſt purgationem exhibeatur *vini medicati* ſeq. doſis, *viz.* ℥iiij. quotidie mane per dies plures hor. 4. ante prandium, corpus ſtrenuè exercendo. ♃ batturæ ſive ſquamæ ferri *Vinum medicatum chalybeatū.*

circa incudem collectæ, mundæ, quater in aceto vini acerrimo extinctæ, in alkool lævigatæ ℥xvj. polypodii ℥iiij. foliorum chamædr. ſummit. hyperic. ana ℥ij. ſummitat. roriſmar. cum floribus ℥j. caryophil. mac. cinam. ana ʒij. fol. ſenn. mundat. ℥vj. Omnia conciſa irrorentur vino Canarino, ac in eo macerentur per horas 24. Mox affundantur in vaſe lapideo vini albi Gallici tenuis quartæ ſex vel ℔xij. Obturetur vas ſubere optimè, collocetur in locō calido, bis térve indies agitando per octiduum ante uſum. Poſt octavam quamque doſin purgetur ſemel pulvere benedicto Valeſci ſuprà laudato.

Medicã Empiri. Maio menſe circa Lunæ decurſum aſinus per duos tréſve dies herbis refrigerantibus & hordeo nutriatur; mox vena ſecetur pone aures, & ſanguine imbibatur linteum aſſervandum. Uſus eſt ſi lintei portiuncula in aqua cardui benedict. betonic. vel ſimili maceretur atque infuſio propinetur.

Mania. Si ab *affectu uterino* Mania ducat origi-

originem, utiliter ſequentia præſcribuntur. ℞ maſſ. pilular. fœtid.& aurearum ana ℈j. formentur pilulæ 5. dandæ mane cum debito regimine. Repetantur ſecundo quoque die ad plures vices. Vel ℞ aſæ fœtid. puriſſim. præp. ʒj. caſtor. ʒſs. camphor. ℈j. Omnia ſelecta mixtáque excipiantur ſ. q. ſucci Rutæ cum ſaccharo inſpiſſat. ad conſiſtentiam ſyrupi, addendo ol. ſuccin. puriſſimi gutt. vj. ol. gagatis rectificat. gutt. ij. f. maſſa, cujus hic uſus eſto. ℞ pil. cochiar. minor. ʒſs. maſſ. hujus fœtid. gr. x. miſceantur exactè; dividantur in quatuor partes æquales, quibus ſingulis infigatur nucleus ex maſſa ex pulvere & ſyrup. helleborat. ſuprà deſcript. gr. jſs. ita ut gr. vj. maſſæ helleboratæ includantur 4. pilulis, quæ ſumantur pro doſi.

ab affectu uterino. Pilulæ.

N. B. Si à menſibus ſuppreſſis pendeat malum, Menagoga; ſi à paſſione hyſtericâ, Hyſterica in uſum trahantur. De his autem videantur capita propria in Lib. III.

" ☞ Hic, Lector, non inutile
" judico, nec tibi moleſtum ſpero, ſi
" partem

Authoris opinio de

quadã habita pro dæmoniaca.

"partem Epiſtolæ à doctiſſimo Au-
"thore noſtro ad Doctorem Caſtle
"conſcriptæ addam. Conſulebatur
"de muliere quæ Dæmoniaca crede-
"batur. Hæc (aliàs pia) in paro-
"xyſmis furentibus in Deum blaſphe-
"mias ex ore ſpumante profundere
"ſolita, pióſque omnes diris execra-
"bilibus devovere. Corpus mille
"modis jactabat; ſe in ignem, in
"lutum, *&c.* violenter (ſpontaneè
"tamen) ſæpe conjiciebat. Ventri-
"loqua etiam à ruſticis inter quos
"degebat, habebatur, *&c.* ......
"Audi quid de hac cenſeat Author
"noſter.

.... Melancholiam, ſedem, balneum & regnum diaboli eſſe ſat ſcio; atque Principem iſtum tenebrarum, ſub atri humoris denſa caligine latitantem ſeſe variis morbis naturalibus immiſcere, & ſævas excitare turbas in diverſis ſubjectis, experientiâ compertum habeo multiplici. Sed non eſt tam facilis mihi animus, ut primo cujuſcunque phantaſmatis, licèt portentoſi, occurſu percellatur, nec ratio tam cerea ut quamvis admittat

mittat impreſſionem. Duobus tantùm ſignis innoteſcere poſſunt mihi dæmoniaci, ſi ἄμουσοι καὶ ἀφιλόσοφοι variis ipsíſve ignotis linguis loquantur, atque de ſcientiis & artibus nunquam ſalutatis nervoſe & ſolidè diſſerant: Et ſi corpus grave in ſublime raptum, in aëre hæreat diu, neque ſuo pondere labatur deorſum. Atra bilis in Liene, Cerebro, Utero exæſtuans, mille poteſt movere ſymptomata, quæ apud ignaros habentur pro miraculis...... De voce in ventre prodeunte videatur Hippocrates in Polemarchi uxore, ubi mentionem facit eorum qui concluſo ore loquuntur, quos ἐγγαστριμύθους Græci appellant... Vivit in hac civitate vir Hibernus qui labiis immotis longam profert orationem, & hominibus ipſi vicinis imponit, quaſi aliquis ipſos appellaret è longinquo. Si diaboli plurimæ, hominum etiam plurimæ ſunt technæ, in quibus ſolvendis & enucleandis acumine & jugi opus eſt patientiâ....

CAPUT.

CAPUT VIII.

De Dolore Capitis.

Capitis doloris ſpecies.

DOlor capitis dicitur vel *Cephalalgia* & *Cephalæa*, cùm totum caput, vel *Hemicrania*, cùm dimidiam tantùm capitis partem occupat.

Uterque dolor eſt vel *ſympathicus*, ab aliarum partium affectibus dependens; vel *idiopathicus*, cùm caput ipſum primariò afficitur.

Medico diligentiſſimè perpendendum eſt an caput ab affectû proprio doleat, an per conſenſum; in his enim curationis cardo maximè vertitur. Fruſtra enim caput Medicinâ vel Chirurgiâ cruciabis, ſi morbi fomes in ventriculo (v. g.) lateat.

Dolor idiopathicus.

Variæ ſunt *doloris* Capitis *idiopathici* cauſæ, quæ ſingulæ diverſam opem poſtulant.

A ſiphylide.

Aliquando dolor capitis graviſſimus *ſiphylide* laborantes cruciat, qui remediis nullis niſi antiſiphylicis cedit. *N. B.* Cùm cephalæa irritis om-

omnibus vulgaribus medicamentis ægrum lancinare uſque perſtiterit, aliquid venerei eidem ineſſe ſuſpicetur Medicus. Siquis dolorem hunc ideo ſympathicum nuncupandum eſſe cenſeat, quia á generali affectu dependeat; ſciat me partes tantùm particulares reſpicere cum quibus conſentiat caput in ejuſdem doloribus diſtinguendis.

Interdum *Mercurius* inter cranii laminas colligitur, vel à fucis Mercurialibus, vel ab unguentis ad ptyaliſmum movendum adhibitis, vel ab hydrargyri præparatis intrò ſumptis: Undecunque Mercurius ſanguini immiſceatur, ſi ſufficienti & tempeſtivâ purgatione è corpore non eliminetur, quandoque, ut dixi, inter tabulas deponitur, unde dolores crudeliſſimi, qui rarò ſine trypano perfectè curantur. Imo vix ſine hoc evacuantur vitioſi iſti & corroſivi humores, qui in diploë aliquando ſedem capeſſunt, & diuturnæ cephalææ authores ſunt. *A Mercurio.*

Hiſce cauſis omiſſis, ad alias tranſeamus, quæ, in genere, vel *calidæ*, vel *frigidæ* ſunt.

A cauſa calida. *Sanguis mittendus.* In *cauſa calida*, vel *ſecetur vena* frontis, vel hirudines applicentur arteriis temporalibus, vel hîc fiat etiam *arteriotomia.* Sin æger ſit plethoricus, primò extrahatur ſanguis è brachio; poſtea autem ex locis prædictis.

Alvus laxãda. Ante omnia *alvi aſtrictio* cavenda eſt, eandem (ſi torpidior ſit) vel clyſteribus emollientibus & refrigerantibus, vel Lenitivis per os exhibitis movendo.

Victus. *Victus* ſit refrigerans & humectans. Juſculum ſequens optimè convenit. Farciatur pullus gallinaceus hordeo mundato, uvis Corinthiacis, capparibus à ſale liberatis, mox conſutus elixetur cum fruſtulo carnis vitulin. & add. cum tempus fuerit, agrimon. pimpin. borrag. bugloſſ. acetoſell. ſylveſt. cichor. ana m. j. poſt ſufficientem coctionem f. colatura, in quâ diſſolv. cremoris tartar. ℨj. infuſionis ℥iij. ſen. in aq. endiv. fact. per hor. 24. cum ℨß. caryophyllor. Sum. ℔ß. vel ℔j. mane. Vitet ſalſa, acria, piperata, vaporoſa, legumina; vinum generoſum, omneſque ſpirituoſos liquores.

Vigiliæ & *Somnus* ne modum excedant, ſintque horis convenientibus: ne dormiat paulò poſt cibum, quia ſomnus iſte gravat caput. *Animi pathemata* violentiora fugiat, iram, mœrorem, amorem, *&c.* *Vigiliæ & ſomnus, &c.*

Capitis perſpiratio libera procuranda, *capillos detondendo.* *Capilli detond.*

Arteriis temporalibus inducatur *unguentum* de bolo, vel *anacollema* ex bolo, ſpodio, ſuccino, maſtiche, ſanguine draconis exceptis oleo roſar. nenupharis & aceto roſarum, vel unguento popul. cum pauco aceto. *Externè applicanda.*

In Cephalæa *toto capiti*, in hemicrania *parti dolenti* applicetur *cataplaſma* ſeq. ℞ betonic. virid. m. ij. flor. herb. paralyſ. m. j. flor. papav. errat. p. ij. flor. keyri m. ß. roſ. rubr. p. iij. ſem. coriand. ʒiij. nuc. moſchat. ʒij. ſimul contundantur humectando cum oxycrati tantillo; f. cataplaſma applicand. veſperi.

Veſicatorium nuchæ applicatum ſæpe inſigniter prodeſt.

Si Cephalalgia à *cauſa frigida* pendeat, remediis calidioribus externis & internis, fortioribúſque pur- *A cauſa frigida.*

purgantibus ei occurrendum eſt.

Purgãtia. Purgetur æger *pil.* ſeq. ♃ maſſ. pil. coch. minor. ʒß. calomel. ℈j. ol. roriſmar. gutt. ij. mſ. f. doſis. Exhib. mane horis tribus ante juſculum cum debita cuſtodia. Repetantur bis vel ter, interpoſito uno vel altero die. Vel ſi per epicraſin purgare malueris, *cereviſiæ medicatæ* ſequentis ope voti compos eris. ♃ raſur. lign. ſanct. interioris nigerrimi ℥xij. ſarſæparill. ℔jß. lign. ſaſſafr. ℥iiij. rad. pœon. Ireos Florent. ana ℥ij. fol. veronic. utriuſque, ſanicul. brunell. ſicc. ana m. ij. chamæpit. m. iiij. florum primulæ veris ſiccat. m. v. baccar. junip. ℥iv. fol. ſenn. mundat. ℥vj. turbith, hermodact. ana ℥iij. mechoacan. rad. helleb. nigr. cum aceto præp. ana ℥ij. nuc. moſchat. per fruſta ſect. nº vj. Cereviſiæ non lupulatæ galon. vj. Poſt fermentationem bibat quotidie bis cyathum, *viz.* mane jejunus, & horâ quintâ p. m. Vel ♃ aloës in ſucc. depurat. caulium & betonic. liquat. & coagulat. ℥j. pulv. majoran. ʒij. maſtich. ℈iv. cum ſucco caulium f. maſſa, de qua cap. ℈j. alternis diebus

hor.

hor. 2. à cœna levi. Vel ſum. eandem doſin pil. Macri quæ eædem ferè cum his ſunt.

Ex Cereviſiæ medicatæ ingredientibus, exceptis purgantibus, præparari etiam poteſt *potus ordinarius.* *Victus* autem ſit moderatè calefaciens, & ſiccans. *Potus ordinarius.* *Victus.*

Diebus à purgatione vacuis ſumat inſtar majoris avellan. *Opiatæ* ſeq. mane & veſperi. ♃ conſerv. flor. calend. ℥j. conſ. flor. anth. betonic. ana ℥jß. conf. alkerm. & de hyacinth. ana ʒvj. raſur. cranii humani non ſepulti, viſci quercini ana ʒij. ſuccin. alb. præparat. ʒijß. cinam. interioris ʒiij. lign. aloes, macis ana ℈iv. mſ. & cum ſyr. de ſtœchade ſive pœon. comp. f. Electuar. inſtar Opiatæ. *Opiata ſpecif.*

Vel ♃ confect. alkerm. & de hyacinth. ana ℥ß. raſur. cran. human. ʒij. raſur. Corn. C. primarii ʒjß. lapid. bezahar. ʒß. ſuccin. alb. præp. ℈iv. roſ. rubr. ſubtiliſſimè trit. ʒiß. cinam. interior. ʒiij. ſacchar. albiſſ. ℥x. mſ. Excipiantur mucagine gummi tragacanth. extract. in aq. cinam. f. tabellæ ponderis ʒij. ad eundem uſum. *Tabella*

Quoad

Extern. Quoad remedia *externa*, fricetur caput raſum diu multúmque ſingulis matutinis *ſacculis* in cap. 1. *de frig. Cerebri Intemperie* pag. 3. deſcriptis, vel capillis inſpergatur *pulvis* ibidem laudatus, ac *fumus* ibi præſcriptus hauriatur.

Maſticator. *Maſticatoriis* ad educendam pituitam è cerebro utatur; *viz.* ♃ rad. malv. ſiccat. quantum volueris: habeatur aqua vitæ optimè rectificat. in qua macerat. fuerint v. g. pro ℔ß. pyrethri ℥iij. zinzib. ℥ij. caryophyl. ℥jß. ſumatur aliquantulum de hac aqua, & in ea macer. per horam unam ante uſum fruſtulum radicis malvæ prædict. volutetur in ore, & ſubinde madefiat iterum in dicto liquore, ſítque uſus ſingulis matutinis, ſedulò expuendo quod diſſolvetur. Vel ♃ pulv. pyrethr. & ſtaphiſagr. ana ℥ij. piper. long. ℥j. zinzib. cubeb. ana ℥ß. maſtich. ʒß. f. omnium pulvis ſubtil. excipiend. ſ. q. ceræ virgin. liquat. & formentur globuli ad eundem uſum: aut ſyndone exceptus pulvis craſſiuſculus redigatur in globulos.

Poſt

Poſt evacuationes generales utatur *Errhinis* ex ſucc. majoran. betæ, anagallid. vin. alb. in quibus infund. pulvis tabaci, Iris Florent. æs uſtum, *&c.* Vel ♃ rad. helleb. alb. ʒij. tabaci ʒj. euphorbii ʒß. fl. benzoin. ʒiij. mſ. f. pulvis naribus inſufflandus ex calamo. Poſt motam ſternutationem abluantur nares vino albo. *Sternutator*

Foveatur caput mane *fotu* ſequenti, ſpongiis mollibus in eadem calefacta tinctis & expreſſis. ♃ raſur. lign. ſanct. ℥iv. rad. cyper. pœon. enul. Ireos Florent. ariſtoloch. rotund. ana ℥ij. fol. ſalv. laur. majoran. betonic. veronic. mar. ana. m. ij. fl. chamæmel. melilot. ſummit. abſinth. ana p. iv. roſ. rubr. p. vj. baccar. laur. & junip. ana ℥jß. ſem. aniſ. fœnicul. coriand. ana ℥j. nigell. Rom. ʒx. f. omnium decoct. in aq. fontan. addend. ſub finem dimid. partem vini Hiſpan. Vel æger ingrediatur thermas & f. capitis embrocatio. *Fotus.*

Cephalalgiæ cauſam diſſipabunt ſacculi cinere ſarmentorum & pulvere ſalv. majoran. betonic. *&c.* farcti, vini ſpiritu irrorati & dolenti *Epithe.*

parti appoſiti. Inunctio item ex balſamis majoranæ, caryophyll. ſuccini circa ſuturas.

Fumigatio. ℞ cortic. pomor. curtipendul. & cydonior. ana ℥j. cortic. citr. & aurant. ana ʒjß. lign. Rhod. ſantal. citr. raſur. rad. junip. ana ʒvj. flor. roſ. rubr. lavend. ana ℥ß. ſtyrac. calamit. benzoin. ana ʒx. caryophyl. cinam. ana ʒiij. aq. roſar. & naphtæ ana ℔j. aq. ocymi ℔ß. aceti roſ. ℥ij. (ambræ ℈ij. moſchi ℈j.) mſ. pro *fumo* excitando ex inſtrument. idoneo Caſſoletta dicto.

Veſicator. &c. Adhiberi etiam poſſunt *Veſicatoria*, *Cucurbitulæ*, *Seta*, *Fontanellæ* in locis aptis.

Dolor ſympathicus. Hæc de dolore Capitis *idiopathico*: Quod ad *ſympathicum* attinet, diligenter inquirendum eſt cujus partis conſenſu pœnas luat caput, & parti primariò affectæ curatio maximè dirigenda eſt. v. g.

A ventriculo. Vomitus. Si ex *ventriculi* affectu frigido doleat caput; poſt clyſterem injectum & rejectum, die ſequenti detur vomitorium ſeq. ℞ vitriol. alb. ʒj. diſſolv. in ℥iv. vel vj. ptiſanæ vulgaris: capiat mane, & poſt ſingulos conatus bibat

bibat hauſtum poſſeti parati cum flor. chamæmeli. *N. B.* Vitriolum inter omnia Vomitoria ſtomachum optimè evacuat, & poſt evacuationem corroborat. Vel ſi æger ad vomendum minùs pronus ſit, fortioribus Emeticis utatur. Poſt vomitum (vel aliàs à flatibus) ſi adſit ſtomachi dolor, f. fotus ex corroborantibus, *viz.* decocto abſinthii, menthæ, roſar. rubr. flor. chamæmel. ſummit. aneth. ſem. aniſ. fœnic. cortic. aurant. & citri. lign. Rhod. macis & caryophyll. in æq. part. vin. alb. generoſ. & aq. parato, vel ſi ſingultus aut motus convulſivus oriantur, detur theriaca, diaſcordium, *&c.*

Propinetur aliquando mane vel initio paſtûs vinum abſinthites. Horâ dimidiâ poſt ſingulos paſtus ſum. cochl. j. pulveris hujus digeſtivi. ℞ ſem. aniſ. & fœnic. dulc. ana ℥vj. ſem. coriand. præp. ℥iij. corall. rubr. præp. marg. præp. ana ʒjß. cinam. inter. ʒij. oſſis de corde Cervi ʒj. ambr. griſ. ʒß. ſacchar. albiſſ. quadruplum pondus omnium, mſ. f. pulvis ut alkool ad uſum. *Roborantia.*

Summatim, ſumantur quæ ventriculum ſiccent & calefaciant, pituitoſos & viſcidos humores attenuent, & exterminent; contrariáque vel remedia vel diæta vitentur.

N. B. Hemicrania per conſenſum ventriculi omnis, uſu ſpiritûs vitrioli vel in juſculis vel cum ſyr. curatur.

Ab utero. Si ab *Uteri* affectu Cephalæa oriatur, v. g. à menſibus ſuppreſſis, curationem Menagogis aggrediatur Medicus; ſi à paſſione hyſterica, hyſtericis, *&c.* Ut in pauca conferam, Quæcunque pars ſit mali hujus fons, eandem medicamenta potiſſimùm reſpiciant.

Obſervationes. Epiſcopus Ceſtrienſis longo & rebelli capitis dolore vexatus, à quodam qui diutiſſimè eodem affectu conflictatus fuerat, irritis omnibus aliis præſidiis, ſequens accepit remedium, à quo ipſe convaluit, & deinceps plurimos alios curavit. *Linteum imbutum aquâ frigidiſſimâ* toti calvariæ applicetur, aliquoties renovando applicationem; poſtea caput optimè ſiccetur. Credo oportere cautè

cautè eo uti, metu nimiæ refrigerationis Cerebri, à qua Coma, Lethargus, Paralyſis, Apoplexia impèndere poſſunt. Capiti (inquit Celſus, lib. 1. c. 4.) nihil æque prodeſt atque aqua frigida: itaque is cui hoc infirmum eſt, per æſtatem id bene largo canali quotidie debet aliquandiu ſubjicere.

Hederæ ſerpentis ſupra terram virentis ſuffitu importuno D. Ashvvort, bis in die adminiſtrato remedio, curavit intra 9. vel 10. dies Equitem *Sir* Franc. Weinman ex dolore capitis poſteriorem partem obſidente jam ab annis quinque. Idem ſucceſſit Doctori Bate in nonnullis aliis. Fumus autem iſte debet excipi hiante ore, per nares ſaltem attrahendo ſpiritum, herbâ in prunas conjectâ, quæ videtur habere aliquid reſinoſi. Tegumentis undique injectis ad fumum continendum totum caput velandum eſt.

Filia D. Relinger Genevæ magnis capitis doloribus obnoxia utebatur fœliciſſimè aquâ ſeq. ad lotionem frontis & temporum tepidè, cum

ſpongia vel linteo. ℞ *flor. lil. convall.* m. ij. *flor. violæ tricoloris* ſive *herbæ trinitatis* (*jacea*) m. j. vini albi generoſi ℔ij. ſtent in infuſione per hor. 24. in vaſe vitreo, mox f. diſtillatio in balneo. Quotannis menſe Maio vigentibus iſtis plantis bonam aquæ quantitatem pro ipſa præparabat Pharmacopœus.

CAPUT IX.

De Catarrho.

Emplaſtr. EMplaſtrum ſeq. validè omnes fluxiones ſiſtit & diſſipat. Applicetur capiti raſo poſt ſtrenuè per plures dies expurgatum cerebrum. ℞ ficuum pingu. fermenti acris ana ℔ß. ſem. viticis & naſturt. contuſor. ana ℥j. ſem. ſinap. contuſ. ʒij. empl. de mucilaginibus ℥iv. Malaxentur & incorporentur addendo olei laurini quod ſatis fuerit. Formetur Emplaſtrum extend. ſuper alutam, quod toti capiti imponatur, & quotidie mane renovetur. Hoc omnem capitis humorem ſenſim eliciet, quod neque

neque cantharides occipitio admotæ, neque ulcus ſincipiti & commiſſuræ cauterio inductum, neque ſecta in fronte vena effecerit.

Quidam juvenis graviſſimo catarrho in dentes decumbente conflictari ſolitus, mihi retulit ſe Cantabrigiæ D. Butlerum adiiſſe, qui dixit ſe malo nodo malum velle applicare cuneum, & extremum malum extremo remedio profligare. Aſſuetus erat æger *fumo Tabaci*. Juſſit Medicus ut ſine intermiſſione hauriret fumum, donec abſumpſiſſet integram pulveris unciam. Ita ille uno tractu ſucceſſivè hauſit 25. fiſtulas. Primo graviſſiſimè ægrotavit, antequam motus ſit catarrhus: Eo fluere incipiente, paulatim imminuta omnia ſymptomata, & effluxit blennæ quantitas ingens, ultra duas quartas. Illico ceſſavit catarrhus, qui non recurrit poſtea per annos 17. ſed ab eo planè immunis vixit donec à liberiore diæta, & aſſiduo vini clareti potu in conſuetum affectum ſit relapſus. *Fumus Tabaci.*

Piſtachiar. exterior cortex ex viridi rubeſcens ſiccatus, & accenſus *Piſtachiar. ſimpl.*

in fiſtula inſtar Tabaci, fumum dat aromaticum, qui uſu continuato catarrhum ſiſtit & ſiccat. Potentiùs operatur ſi ei admiſceatur ſexta vel octava pars tabaci. Caput non turbat & bonum ſpirat odorem. Hoc viſo pulvis talis à me præſcriptus ad deſiccandum catarrhum à cerebro in
Compoſ. pectus labentem. ♃ cortic. piſtach. optimè ſiccat. citra uſtionem ℥jß. partis lignoſ. nuc. pineæ ℥ß. ramentor. lign. cedr. fragrantiſſ. ſaſſafr. Rhod. ana ʒij. nuc. moſchat. cinam. ana ʒj. tabaci Indic. opt. ¼. ſeu ℥j. mſ. f. pulvis ſervand. loco ſicco. Vel ♃ cort. piſtach. ſicciſſ. ℥jß. part. lignoſ. nuc. pineæ, cort. guajaci, lign. juniper. vel cedr. lign. Aloes vel ſaſſafr. ligni Rhodii, cortic. Winteran. nuc. moſchat. cinam. ana ʒjß. tabaci (à ʒiiij. ad 5. 6. 7.) ℥j. mſ.

N. B. Quæcunque remedia in hujus Libri capite primo pro frigida Cerebri intemperie curanda laudantur, hîc etiam locum habent: Conſulat ergo Lector caput dictum, & hujus brevitati ignoſcat.

Videantur item capita ſequentia, quæ

quæ fluxionum in partes particulares, v. g. oculos, dentes, *&c.* curam docent: nam termini ad quem ſit catarrhus, æquè ac termini à quo, ratio habenda eſt.

CAPUT X.

De Gutta Serena.

CUM *Guttæ ſerenæ* cauſa ſæpiſſimè quidem ſit Nervorum opticorum obſtructio ab humore pituitoſo à cerebro in Nervos iſtos illabente; aliquando autem eorundem adſtrictio ſeu compreſſio ab eodem humore vel alia materia circa illos cumulata: materia obſtruens, vel comprimens ſedulò *evacuanda* eſt, primò *univerſalibus*, poſtea particularibus; tum demum topica locum habent, viſúmque acuentia. *Evacuantia univerſalia.*

Incipiatur evacuatio cum *pil.* ſeq. *Pilula.*
♃ maſſ. pil. coch. minor. ℈j. aggregativ. ʒß. ol. ſtillat. aniſ. gut. ij. mſ. f. pil. nº 5. deauratæ, quas deglutiat poſt primum ſomnum, levi cœnâ præcedente, cum debita cuſtodia, dilato ad 4. horas juſculo.

Vel ♃ maſſ. pil. purgant. chamæpit. (p. 5. præſcript.) ʒij. pil. Macri ʒj. pulv. ſubtiliſſ. fol. helleb. nigri ſiccator. poſt præparationem in pane calente ʒiij. folia terantur in alkool, omniáque mixta cum ſ. q. ſyrupi de ☞ ſpina cervina & pantagogi * noſtri amari redigantur ad conſiſtent. pilular. Doſis ℈j. in ingreſſu lecti ad minus hor. 3. poſt levem cœnam quotidie per 4. dies conſequentes, deinde plures pro ratione operationis.

Extrac. In robuſtioribus dentur *extracti* ſeq. gr. xv. ſeptimo vel octavo quoque die, purgantibus debilioribus fruſtra exhibitis. ♃ ſcammon. ℥jß. fibrar. rad. helleb. nigr. veri ℥ß. pulp. colocynth. ℥j. cinam. opt. ʒvj. zinzib. ʒj. Extrahe cum optimo ſp. vini in frigido per 2. dies, cola & feſtinanter exhala, continuò agitando circa finem coagulationis, in extractum ſatis ſolidum, ut ex eo poſſint formari pilulæ.

Potio. Quibus medicamenta formâ liquidâ magis arriſerint, *potio* vel *apozema* ſeqq. maximè conveniunt. ♃ ſarſæparill. ʒiij. bacc. junip. recent. ʒij.

cremor.

cremor. tart. ℈iiij. fol. ſenn. mundat. minutim inciſ. ʒv. turbith gummoſ. ℈iiij. zinzib. ℈ß. f. omnium decoctio & colatura, in qua reducta ad doſin diſſolv. ſyr. roſ. pallid. comp. cum agaric. & ſyr. de ſpin. cervin. ana ℥ß. mſ. f. potio danda mane in aurora hor. 3. ante juſculum cum debita cuſtodia.

Vel ♃ rad. oxylapath. ℥iiij. rad. fragar. filic. fœm. ana ℥ij. fol. agrimon. hepatic. fumar. ceterach ana m. j. fl. hyperic. ſambuc. herb. paralyſ. euphraſiæ totius ana p. ij. paſſul. mund. jujub. ana ℥j. poma redolent. per fruſta ſecta cum corticibus nº 3. f. omnium decoctio in ſ. q. aq. fontan. in qua priùs maceratæ fuerint per hor. 6. fol. ſenn. mundat. ℥ij. turbith gummoſ. ℥j. tart. alb. ʒx. f. colatura ſæpiùs per manicam, quæ levi cocturâ reducatur ad ℥xx. In quibus diſſolv. ſyr. de fumaria & de cichor. ſimpl. ana ℥j. ſyr. magiſtralis ad melancholiam ℥ij. mſ. f. apozema pro 4. doſ. matutinis, ſumend. diebus conſequentibus vel alternis pro ratione operationis & virium. *Apozema purgans.*

Potus ordina.

Potus ordinarius ſit talis. ℞ raſur. buxi ℥v. raſur. lign. ſanct. ℥iiij. ſarſæparill. ℥vj. lign. ſaſſafr. ℥ij. rad. cyperi ℥jß. cornu cervi, ebor. ana ʒxij. ſummit. ſalv. & roriſmar. ana m. j. betonic. euphraſ. ana m. ij. chamæpit. ceterach, tamariſc. myrrhid. ana m. jß. flor. calendul. herb. paralyſ. pœon. hyperic. ſambuci ana p. iiij. ſem. fœnic. dulc. & nigellæ Roman. ana ℥j. nuc. moſchat. ʒvj. f. omnium decoctio in galonibus v. cereviſ. non lupulatæ & tribus alæ recentis ad duorum conſumption. Adde eorundem liquorum galones tres, ſinatur fieri fermentatio per noctem vaſe probè tecto; mane f. per ſetaceum colatura, quæ indita doliolo juſtæ capacitatis (addito pauco cereviſiæ non-lupulatæ fermento recenti) ſinatur fermentari ad perfectam depurationem. Liquor limpidus ad medias uſque depromatur ex dolio, deinde excipiatur lagenis lapideis probè obturatis recondendis loco ſubterraneo, unde depromantur ad uſum pro potu ordinar.

Evacuantia particularia.

Poſt *evacuationes* generales, ad *particulares* deveniendum eſt, quæ

vide-

videlicet fiunt errhinis, fontanel. gargariſmis, cucurbit. *&c.* poſt hæc ad diſcutientia & roborantia.

♃ majoran. ℥iij. ſalviæ minutæ, roriſmar. ana ℥j. flor. lavend. & ſtœchad. Arab. ana ℥ß. rad. ellebor. alb. ℈j. agaric. albiſſ. ℈iiij. dictamni Cretici ℈ijß. tabaci Indici ad pondus omnium, mſ. f. pulvis ſubtiliſſ. hauriendus in minima quantitate per tubum ſive fiſtulam pyxidis. Poſt hujus pulveris operationem attrahatur aqua tepida ex vola manûs ad narium collutionem: ſi nimia ſit acrimonia aquæ, poterit commiſceri lac in æquali quantitate. *Sternutator.*

Vel ſi mitius *Errhinum* velis, ♃ fol. aſari, quæ ſiccentur optimè in aſſere in furno longè ab exemptione panis; redige in pulverem, qui paulo ante ingreſſum lecti attrahatur in nares, in quibus relinquatur per totam noctem. Mane id quod ex naribus effluet, diligenter emungendo & ſternutando extrahatur.

Applicentur pyrotica, tria, duo pone utramque aurem, unum inter primam & ſecundam colli vertebram; *Fontanel.*

& ab

& ab iis excitata ulcera aperta teneantur immiſſis majoribus piſis, & ſuperponatur emplaſtrum tenax.

Gargariſm. ℞ rad. pyrethr. & ſtaphidis agriæ ana ℥ß. ſummit. majoran. p. ij. fol. laur. minutim. conciſ. m. ß. cubebar. granor. paradiſ. cardamom. ana ʒij. f. omnium decoctio in vino alb. generoſ. ℔jß. aceti ſambucin. ℔ß. ad medietatis conſumption. f. colatura, de qua cape ℥iiij. cereviſ. lupulat. fortior. ℥viij. mellis ℥j. ſinap. ad condimentum præparati ℥ß. mſ. pro *gargariſm.* uſurpand. quotidie mane, ſumend. cochleatim calid. donec hujus mixturæ ℥iiij. abſumptæ fuerint, ſedulò excreando id quod à capite attractum fuerit. Ante gargariſma caput diu multúmque pectatur retrorſum, & fricetur panno aſpero, vel ſacculis in Cap. 1. de frigida cerebri intemperie deſcriptis.

Parari autem poteſt *gargariſma* minori ſumptu & labore, *viz.* ex cereviſ. acida, aceto, melle, & ſinapi. Poſt gargariſm. colluantur fauces frigidâ.

Cucurbit. Paulo ante ingreſſum lecti affigantur *cucurbitæ* ſiccæ humeris cum multa flamma

flamma per hor. quadrant. quibus remotis dum tradet ſe ſomno, applicetur oculis clauſis cataplaſm. ſeq. per totam noctem deſuper continendum; mane autem oculi (clauſi) abluantur calid. propriâ urinâ cum æquali portione vini Canarini mixtâ. ℞ pulp. paſſular. ab arillis mundat. ℥j. ſem. aniſ. fœnic. fœnugr. ana ʒj. terantur terenda ſubtiliſſimè, & incorporentur cum pulpa, addit. pauc. aq. verben. & chelidon. maj. f. veluti *cataplaſma* extendendum in ſtuppis lineis mollibus pexis; applicetur moderatè calid. additis gr. iiij. croci. *Cataplaſm.*

Excipiatur *fumus* ſeq. per tubum inſtar tabaci mane & ſerò. ℞ majoran. ſalv. roriſmar. ana ℥ß. flor. ſtœchad. & lavend. ana ʒiij. ſem. aniſ. fœnicul. ſileris montan. ana ʒij. tabaci Indici quartam partem ponderis reliquorum, f. pulvis craſſiuſculus, cujus quantitas ſufficiens indatur tubo, & inſtillentur guttæ 2. vel 3. ol. ſtillatit. ſuccini. Vel ℞ rad. ſiccar. raphan. ruſtican. ℥ß. fibr. rad. elleb. utriuſque ana ʒij. rad. pyrethr. & ſtaphidis agr. ana ʒjß. fol. ſiccor. majoran. ſalv. lavend. *Fumus.* *Suffitus*

vend. roriſmar. ſerpyl. ana ℈v. capſici, piperis albi & longi ana ℈ij. corticis vvinteran. ℈iiij. ſalis ammoniac. depurat. ʒijß. (pro quo, ſi habeatur, utiliter ſumetur ſal volatile ſuccini) tabaci Indici ad pondus omnium, mſ. f. pulvis craſſiuſculus pro *ſuffitu* excipiendo per tubum, reddendo ſumum ore attractum per nares, manè præcipué. Add. usûs tempore gutta ol. ſuccini.

Diſcutientia & roborantia. Apozema. Ad materiam obſtruentem vel comprimentem *diſcutiendam*, viſúmque acuendum, exhib. *apozema* ſeq. ℞ ſem. pœon. mar. baccar. juniper. recent. ana ℥ß. raſur. buxi rec. ℥j. fol. beton. chamæpit. euphraſ. verben. vulgar. ana m. j. flor. ſambuci p. iij. ſem. nigell. Roman. ʒiij. ſem. myrrhid. & fœnicul. dulc. ana ʒijß. f. omnium decoctio, & colaturæ, quæ clarificata coletur ad ℔ij. adde vini alb. tenuis ℔j. ſp. vitriol. ʒij. agita, mox adde liquaminis ſalis tartari q. ſ. ad extinctionem aciditatis: adde ſyr. pœon. & ſyr. veton. rubr. ana ℥iij, aq. cinam. cochlear. j. mſ. Cap. bis in die ℥v. longè a paſtibus, ſuperambulando.

℞ rad.

℞ rad. chelidon. major. conciſ. ℥jß. rad. ellebor. nigri veri ℥j. betonic. m. j. majoran. roriſmar. ſtœchad. utriuſque ana m. ß. ſummit. abrotani utriuſque, flor. lavendul. ana p. ij. ſem. aniſi & fœnicul. ana ℥ß. raſur. lign. ſanct. ʒvj. lign. Rhod. & ſaſſafr. ana ʒiij. Ex omnibus comminutis f. ſacculi plures iſtius magnitudinis quæ ſufficiet ſaltem ad tegendos oculos. Eorum quatuor ſtent continuò in infuſione in aq. ſtillatit. fœnicul. verben. rutæ ana ℥iiij. vini Canarini generoſiſſ. ℥xij. Mane calefiat liquor, & ſacculis viciſſim applicatis foveantur oculi per hor. dimid. deinde optimè deterſo madore excipiatur fumus ſuprà præſcriptus per tubum inſtar tabaci. Fotus.

Horâ item unâ ante cœnam foveantur oculi liquore ſequenti. ℞ aq. ſtillatit. chelidon. maj. verben. rut. ana ℥viij. vini Canarini generoſiſſ. ℥xvi. croci metall. ſubtiliſſimè pulverizat. ℥ij. vitri antimon. ℥ß. Bulliant ſimul aquæ cum pulveribus donec ℥viij. liquoris conſumptæ fuerint, mox detracto ab igne vaſe vinum addatur,

datur, & ſinatur fieri infuſio. Uſûs tempore calefiat liquor limpidus pro fotu faciendo è ſpongiis mollibus intinctis & leviter expreſſis viciſſim applicandis paulo plus quàm tepidè palpebris clauſis.

Vaporar. ℞ paleæ avenæ conciſ. ℔ß. fol. malv. parietar. violar. ſambuc. betonic. ana m. ij. rutæ, chelidon. major. verbenæ, fœnicul. lauri, pœon. maris ana p. iij. flor. chamæmel. nobilis, melilot. ſummitat. thymi ana p. ij. ſem. aniſ. fœnicul. baccar. juniper. nigel. Rom. ana ℥j. furfuris macri m. jß. Incidantur omnia, & totius iſtius quantitatis pars dimidia coquatur in galon. j. aquæ, quart. j. vini, & pint. j. aceti pro *ſuffumigio* ſeu *vaporario* uſurpando per hor. dimid. mane, vaporem *viz.* excipiendo inclinato & velato capite, & oculis apertis.

Salivatio. Si ex horum uſu Nervi optici non deobſtruentur, ita ut libera ſpiritibus ad oculos tendentibus via concedatur, viſióque renovetur, vide de *ſalivatione* ad colliquationem pituitæ & cerebri ſtrenuam depletionem.

CAPUT

CAPUT XI.

De Ophthalmia.

O*Phthalmia* cùm ſit oculi (præcipuè tunicæ ejus Adnatæ) inflammatio, à ſanguinis plerumque bilioſi fluxione orta; quæcunque eundem revellunt, derivant, repellunt, ejuſdem calorem & acrimoniam temperant, oculum denique ipſum, ejuſdem canthos palpebráſque leniter refrigerant ac refocillant, ad morbi hujus curationem faciunt. *Indicationes curativa.*

Revulſionis & derivationis cauſâ mittatur ſanguis è brachio largâ manu ſi æger ſit plethoricus, & inflammatio magnum dolorem comitem habeat: parciori autem, ſi ſymptomata ſint mitiora. *Phlebotomia.*

Injiciatur ante omnia *clyſter* emolliens & refrigerans circa veſperam, ac mane ſeq. ſum. potionem ſeq. & ad diem proximum differatur phlebotomia, niſi ſymptomata, *viz.* dolor, pruritus, rubedo, tumor, *&c.* urgeant. *Clyſter.*

Clyſter ſit talis. ℞ decoct. comm. emoll. & refrig. pro clyſt. ℔j. elect. catholic. ℥jſs. mellis violac. ſacchar. rubr. ana ℥ij. mſ. f. clyſter.

Potio. ℞ rad. cichor. polypod. ana ℥ſs. glycyrrhiz. ʒij. paſſul. par. iij. flor. bugloſ. p. j. ſem. aniſ. ʒj. fol. ſenn. mundat. ℥ſs. cremor. tart. ʒjſs. f. decoctio in aq. com. & colatura, cui addatur infuſionis ʒij. rhabarb. ſeorſim factæ in aq. endiv. q. ſ. cum ℈ij. ſantal. citrin. Reducantur omnia ad doſin, in qua diſſol. ſyr. roſar. compoſit. cum agaric. ℥j. aq. cinam. parum: mſ. f. *potio*, detur poſtridie clyſt. mane hor. 3. ante juſculum cum cuſtodia.

Alvus ſervetur laxa clyſterem ſæpiùs injiciendo, ac potionem hanc ſubinde repetendo.

Julap. attemperans. ℞ flor. vetonic. rubr. p. iiij. roſ. rubr. p. ij. flor. bugloſſ. borrag. & violar. ana p. ijſs. flor. papav. Rhœad. p. j. aq. fontan. ℔iijſs. vini albi Rhenani ℔ſs. Cum ſpiritu vitrioli extrahatur tinctura. In colatur. diſſolv. ſyr. de pom. redolent. ℥iiij. ſyr. nenuph. & ceraſ. ana ℥ij. mſ. f. julap. exhibend. bis in die longè a paſtibus per 5. aut 6. dies.

6. dies. Vel ℞ ſyr. violac. ℥iiij. ſyr. de pomis redolentibus ℔ß. ſyr. de trifol. acetoſ. ℥vj. julap. Alexandrin. ℥iij. miſceantur & ſerventur in ampulla vitrea. Uſus tempore, iſtius ſyrupi ℥j. agitetur cum ℥vj. aquæ hordei, vel etiam fontanæ aut ciſternæ limpidiſſimæ, & bibatur mane jejuno ventriculo, & poſt meridiem urgente ſiti, loco alterius potus.

Æſtus quoque ſanguinis optimè attemperatur *balneo* aquæ dulcis & lact. tepidul. additis emollient. & refrigerant. cum roſis & floribus nenupharis. *Balneũ.*

Oculo externè adhibeantur ſequentia. ℞ aq. roſar. plantag. ana ℥ij. phlegmatis aluminis ℥iiij. trochiſc. alb. Rhaſis ʒj. tutiæ præp. ℈ii. vitrioli alb. ℈ß. mſ. f. *collyrium*, cujus gutta una vel altera indatur oculis ad majorem oculi canthum. Vel ℞ aloës ʒß. diſſolv. in aq. roſar. ℥ß. adde ſacchar. albiſſ. ʒj. pinſatur cum duobus ovorum albuminibus, additis gr. ij. camphoræ, f. expreſſio cum diſſolutione aloes miſcenda. Vel ℞ aq. ſtillatit. roſ. alb. rut. chelidon. fœnicul. *Collyria.*

ana

ana ℥iij. vin. alb. Hiſpan. ℔j. tutiæ præp. aloës hepatic. ana ℨiij. camphor. ℨj. pulverizentur pulverizand. & infundantur loco tepido in arena per 20. dies : deinde ſervato ad uſum.

Collyrium Lanfranci. ♃ viridis æris gr. vij. aloes ℨj. myrrh. ℨß. maſtich. ℨß. vin. alb. q. ſ. f. injectio.

Aqua ophthalmica. ♃ herb. virid. betonic. fœnicul. euphraſ. chelidon. major. verbenæ, trifol. maculat. maculâ fuſcâ ana m. iij. rad. pœon. rec. contuſ. ℔ij. omphacii ex uvis acerb. vel ſi deſit, ex pomis ſylveſtribus ℔iij. phlegmat. vini poſt ſpiritûs extractionem reſti- bilis ℔ij. vini Hiſpanici ℔j. Miſceantur ſ. a. & in alembico ſtanneo nitido f. diſtillatio ſuperpoſito capitello vitreo, idque in B. vaporoſo, ad ſiccitatem. *Aqua* ſervetur pro toto anno vaſe vitreo forti ad uſum.

♃ iſtius aquæ ℔iiij. croci metall. optimè præp. inſtar. ſmalti aut vitri nitentis in ſubtiliſſim. pulverem reducti ℨvj. Miſceantur & ſtent continuò in infuſione pro lotione oculorum.

Egomet

Egomet palpebrarum pruritu ſummo, inflammatione, tumore, lippitudine laborans, clauſis oculis palpebras dolentes leviter excoriatas ablui cum ſpongia molli hoc liquore tepidulo imbuta quavis horâ diei, maximo cum levamine & omnium ſymptomatum diminutione. Excitat dolorem pungentem primo appulſu hic liquor, ſed fugax eſt & momentaneum iſtud incommodum.

♃ ovum recens, coque in cineribus ad duritiem, aperiatur, extrahatur vitellus, cujus vice cavitas repleatur pulvere ex vitrioli alb. & ſacchar. cand. ana part. æqual. claudatur optimè, ponatur in ℔j. aq. roſarum, atque in ea infunde per dies duos naturales, f. colatura ſervanda ad uſum. *Aqua altera.*

Unguento hoc *de tutia* nihil præſtantius ad ruborem & inflammat. palpebrarum. ♃ butyri recent. inſulſi ℥j. ſebi caſtrati ℥ij. ceræ albæ ℥ß. mſ. ablue: adde tutiæ præp. ℥jß. mſ. optimè, ſerva in aqua. *Vnguentum de tutia.*

CAPUT

CAPUT XII.

De Suffuſione vel Cataracta.

Suffuſio eſt *Cataracta* incepta, *Cataracta Suffuſio* perfecta vel confirmata. Differunt enim non ſpecie, ſed tantùm gradu.

In hoc affectu primò levis quædam viſus obtenebratio contingit, quæ ſenſim augetur, dum materia viſum impediens in pelliculam concreſcat, viſionémque demum prorſus auferat.

Incipienti morbo diligentiſſimè occurrendum eſt, nam confirmati curationis ſpes nulla, niſi ex operatione chirurgica, acûs ope.

Indicationes curativa. Cùm medicamentis locus eſt, totum corpus, & præcipuè cerebrum exactè evacuandum eſt; dein humor viſum obtenebrans diſcutiendus.

Quæ *indicationes* cùm eædem fermè ſint quæ ad Guttæ ſerenæ curationem fuerunt propoſitæ, remedia evacuantia, revellentia, diſcutientia & roborantia ibi laudata hîc etiam aptari poſſunt, ut non opus ſit hîc eadem

fruſtra repetere. Ab Errhinis autem abſtinendum, illa enim omnia nocent.

℞ aloes hepatic. diligenter lotæ inaqua fœniculi ℥ß. caryophyl. nuc. moſchat. mac. ana ʒß. folior. euphraſ. & rutæ ſiccor. ana ℈j. ſem. fœnicul. ʒß. cum ſyr. ex ſucc. euphraſ. & fœnicul. f. maſſa quæ formetur in *pil.* Doſis ʒß. in lecti introitu. *Pil. purg. & roborãt*

℞ flor. violar. ſicc. ℥ß. flor. euphraſ. ʒvj. florum vetonic. vel eorum defectu, foliorum ʒij. ſacchari ad pondus omnium, f. pulvis, cujus portio inſpergatur butyro recenti in pane extenſo, ſumend. initio prandii. Capiti prodeſt & alvum humectat. *Pulvis.*

℞ ſem. coriand. in ſucc. cydon. præparat. ℥jß. conſerv. ſolidæ florum euphraſ. recent. parat. ℥ij. flor. fœnicul. in umbra ſiccator. ℈iiij. fol. euphraſ. ℈ij. macis ℈j. ſacchari cum aqua fœniculi in Roſatum cocti ad pondus omnium, f. pulvis quo utatur è cochleari horâ dimid. poſt ſingulos paſtus. *Alius.*

Quoad *topica*, nihil planè immittatur oculis quod dolorem faciat. *Topica.*

E Pro-

Proderunt *inſpirationes* pueri vel puellæ poſt manſum ſemen aniſi vel fœniculi.

Colum &c. exta. Bis terve in ſeptimana mane poſt evacuatum ab excrementis corpus applicentur oculis *exta columbarum*, vel *pullorum*, aut aliorum animalium juniorum, adhuc palpitantia, iis viventibus per medium ſectis extracta, atque ſuper oculis contineantur donec penè refrixerint; mox abluantur partes clauſis & conniventibus palpebris aquâ mox deſcribendâ, quæ quotidie manè, etiam ſine viſceribus, utiliter uſurpabitur.

Aqua. ♃. ſucc. fœnicul. ſcarleæ, rutæ, chelidon. maj. verben. trifol. maculati, euphraſ. ana ℔j. ſucc. napi, vini Hiſpan. ana ℔ij. mellis albiſſ. ℔jß. urinæ pueri impub. ℔iij. f. in balneo M. diſtillatio ut artis eſt: ſervetur *aqua* uſui, quæ validior reddetur, ſi hujus liquoris ſumatur ℔j. aloës ſuccotrin. ℥j. Ireos Flor. torrefact. ℈iiij. vitriol. alb. depurat. ʒß. ſacchar. cand. ʒj. Agitentur diutiſſimè ſimul, & f. per chartam emporeticam colatura. Temperetur liquore ſtillatit. ſimplici,

ci, ſi dolorem excitet.

Dominus *Packer* paſſus eſt in oculo ſiniſtro cataractam confirmatiſſimam ad minus per annos 23. quam albiſſimam, ſatis compactam & maturam acu deturbandam ſæpiùs ſuaſi; unâ nocte, ſine ulla cauſa externa, evanuit ſuffuſio, &, licèt confusè, mane cœpit & lucem aſpicere & colores agnoſcere. Venit ad me, & oculum oſtendit purum, lucidum ſine ulla humorum perturbatione, obſcuritate aut confuſione. Pupilla minor tantùm fuit, quæ tamen clauſo altero oculo dilatabatur. Non credo fuiſſe diſſipatum iſtud coagulum, ſed pondere forſan ab uvea divulſum fundum petiiſſe aquei humoris eò loci ubi ab acu ſeparata cataracta deprimitur & ſubſidit. Forſan aſcendet denuò, ut ſæpè contingit in cataractis malè depreſſis & locatis ab Operatore, niſi forſan ſubſtantia craſſior & gravis elevationem impediat. *Obſervatio rara.*

Elapſis diebus 15. ad me rediit, oſtendit oculum clariorem, & facilè de omnibus objectis viſibilibus potuit pronunciare. Dixit tamen uxo-

rem aliquoties vidiſſe partem cataractæ denuo aſcendentem ad pupillam, quæ validâ narium emunctione illico ima iterum petiit. Proculdubio recurret, neque enim abſumi poteſt.

Operatio admiranda. Mulier Angla, oculiſta, vidente *My Lord Rich*, filio Comitis *VVarvvick*, acu aperuit corneam ſupra pupillam, & *humorem Aqueum* exhauſit ſive effluere ſivit, qui turbidus & obſcurior factus, viſionem imminuerat, ita ut æger quaſi per velum ſe omnia confusè cernere crederet. Poſt humoris effluxum oculus concidit. Applicata remedia, imperata quies in tenebris; proſpectum inflammationi. Aliquot pòſt diebus poſtliminio ſuccreſcente humore Aqueo, qui eſt excrementitius, non pars corporis, & qui reparari poteſt; intumuit, ſive repletus oculi globus; punctura ejus occluſa & conſolidata, nulla remanente cicatrice. Reſtituta viſionis acies, & perfectè curatus fuit æger.

Nota, Corneam non ſentire.

CAPUT

CAPUT XIII.

De Hypopyo.

AB oculorum inflammationibus non per reſolutionem terminantibus, at in ſuppurationem abeuntibus (item à contuſionibus, *&c.*) pus aliquando ſub Cornea colligitur, qui affectus dicitur ὑπόπυον, aliquando etiam *Unguis*, viz. cùm pus iridis circuitum amplectitur, & unguis reſecti figuram refert. *Hypopyi Cauſa.*

Ad affectum hunc curandum, præmiſſis univerſalibus qualia in cap. de Gutta Seren, *&c.* præſcripta ſunt, diſcutientia (emollientibus permiſta) principem opem conferunt. *Curatio*

Fotus. Foveantur ergo oculi *fotibus* in dicto capite laudatis.

Item *Collyrium* ſeq. tepidè oculo inſtilletur. ℞. ſacch. cand. ℥j. myrrh. ℨß. camph. gr. ij. Indantur duorum ovorum albuminibus, quæ in panno ſtamineo pinſantur ut artis eſt, & f. liquoris expreſſio, cui add. ſolutionis aloës in aq. extinctionis lapid. cala- *Collyrium.*

minaris & ebullitionis tutiæ præp. factæ ℥ß. croci nodulo ſæpiùs exprimendo incluſ. gr. ij. mſ. f. collyrium. *N.B.* Proportio aloës eſt ʒj. ad ℥j. liquoris. Leviuſculum tantum dolorem excitat, non eſt inflammans.

Aqua cærulea ℞. aq. verben. rut. chelidon. roſ. fœnicul. conſolid. ana ℥vj. calc. viv. ℥iij. Infund. in aq. ſupradictis per 24. hor. Colaturæ add. *, ſacchar. cand. ana ℥ij. Ponantur in vaſe cupreo dum *aqua* colorem cæruleum acceperit. Pone guttatim in ocul. bis in die.

Si medicamentis iſtiuſmodi pus reſolvi & diſcuti nequeat, quære annon tentanda ſit talis operatio qualis in cap. præcedenti laudatur ad ſuffuſionem non-conſummatam curandam, *viz.* Corneæ punctura, ita ut pus cum humore aqueo effluat?

CAPUT XIV.

De Epiphora.

POſt evacuantia generalia & particularia, revellentia & derivantia,

tia, quibus cerebrum ab humoribus ſeroſis depleatur; ad fluxionem ſiſtendam utatur æger ſequentibus.

♃. nuc. cupreſſ. gallar. virid. rad. biſtort. ana ℥ß. pulverizentur, & irrorentur aceto acerrimo, & ſiccentur; add. maſtich. ſang. drac. ſandarach. ana ʒvj. ochræ in aceto lotæ & ſiccat. oſſium human. calcinat. lap. hæmatit. ana ʒiij. bol. Armen. alum. rup. ana ʒijß. terebinth. Venet. ceræ ana q. ſ. ht fit *Emplaſtrum*, cujus portio extendatur in panno ſericeo & applic. arteriis temporalibus & ſupra ſupercil. & totâ nocte geſtetur. ***Emplaſtrum.***

♃. aloës è veſica ʒj. tutiæ præp. ʒß. mac. ℈j. Ireos Flor. ʒj. maſtich. ſang. drac. ana ℈ij. vitriol. alb. gr. xv. ſacchar. cand. ʒjß. aq. ſtillatit. fœnicul. euphraſ. roſ. plantag. ana ℥iij. mſ. inſolentur per octiduum, mox f. colatura, de qua cap. ℥j. phlegm. alum. q. ſ. ad contemperandum; inſtilletur gutta in ocul. ſæpiùs in die. ***Colly.***

CAPUT XV

De Ægilope.

HIc etiam evacuationes univerſales primò, dein particulares, ſunt præmittendæ, antequam ad topica deveniatur.

Nota, dum à tumore in majori oculi angulo Ægylops imminere tantum videatur, immo ſi abſceſſus recens tantùm ſit, & os carie non ſit infectum, medicamentis aptis eſt curabilis: ſin os lacrhymale ſit carioſum, & abſceſſus in *fiſtulam* (*lachrymalem* dictam) degeneravit, nulla curationis ſpes, niſi à cauterio actuali.

Collyr. Poſt evacuationem, revulſionem, *&c.* ſufficientes, inſtilletur ſequentis liquoris gutta una vel altera oculi majori cantho, poſt ſedulò expreſſam glandulam. ℞. phlegmatis alum. & vitrioli in quo ſexies extinctus fuerit lapis calaminaris, ℥ iiij. *i. e.* ana ℥ij. aq. roſar. ℥jß. vini albi ℥j. tut. opt. præp. ʒß. ſacchar. cand. ʒj. ſal.

Saturni

Saturni ℈j. vitriol. alb. gr. v. mſ. pro *collyrio.*

Vel ♃ aq. roſar. & plantag. ana ℥ij. ſal. Saturni ʒß. vitriol. alb. ℈ß. ireos Florent. torrefact. ℈j. mſ. digerantur & f. colatura, quæ, ſi opus fuerit, temperetur.

CAPUT XVI.

De Ozæna.

OZ*æna* ſæpiſſimè quidem Luis venereæ eſt ſymptoma; aliquando tamen (licèt rariùs) ab humoribus acribus & ſalſis ad nares decurrentibus (iſtâ lue non venenatis) procedit.

Si à Lue Venerea dependeat, iſtius affectûs curatio generalis inſtituenda eſt; aliàs fruſtra Ozænæ ſanandæ remedia adhibebis.

Undecunque oriatur malum, poſt phlebotomiam, (ſi neceſſaria ſit) purgationem per vomitum & ſedem, derivationem per Veſicator. cucurbit. *&c.* hujuſmodi medicamentis ejus ſanatio tentetur.

Decoctũ traumaticũ & ſudorificum. Toto curæ curriculo *decoctum* ſeq. ab ægro ſumatur. ℞ ſarſæparill. ℥iij. rad. arundin. vallator. vel infimæ partis ejuſdem, rad. bardan. ana ℥v. rad. pœon. mar. ℥iij. raſur, lign. Rhodii ʒx. raſur. buxi, C. C. eboris, oſſium bubulorum maj. raſ. ana ℥jß. fol. betonic. chamæpit. veronic. mar. bugulæ, ſaniculæ ana m. j. flor. herb. paralyſ. p. vj. fl. hyperic. & ſambuc. ana p. iij. Omnia debitè conciſa infund. per hor. 12. in ℔x. aq. fontan. vaſe idoneo probè tecto, mox f. lenta coctio & ebullitio, donec poſt colatum & à fæculenta parte apprimè ſeparatum liquorem, reſtent ejus limpidi ℔iiij. pro 8. doſibus bis in die ſumendis, provocando ſudorem poſt doſin matutinam in lecto vel cupa ope caloris externi per horam unam & alteram habitâ ratione virium. Videndum ut caput bene ſudet, ſine violento exceſſu tamen.

Magmati hujus decocti affundantur ℔xx. aq. fontan. addendo paſſularum integrarum ℔ß. f. decoctio ad ℔v. conſumptionem. Liquor reſtibilis agatur per manicam: aromatizetur

tur cinamomo vel coriandro pro *potu ordinario.*

Niſi *fluat alvus* toto horum usûs tempore (quod ſit per 2. vel 3. ſeptimanas) ſubducatur liquore quodam cathartico admiſcendo doſi decocti pomeridianæ, quæ citra ſudoris provocationem propinabitur. *Alvus ſit fluida.*

Singulis matutinis poſt deterſum ſudorem & corpus refrigeratum, utatur *gargariſmate* ſeq. ſi ozæna palatum verſus vergat, ut ſæpe accidit. *Gargariſm.*

℞ fol. caprifol. betonic. aquat. ana m. j. veronic. virg. aur. ſaniculæ, bugulæ ana m. ß. roſ. rubr. p. ij. raſ. ligni ſancti ℥ß. f. omnium decoctio in oxycrato: In colaturæ ℔j. diſſolv. mell. trachelii ℥j. alum. rupis ʒj. adde usûs tempore vini clareti optimi circiter quartam liquoris partem tunc uſurpandi. Ita colluto ore utatur liquore ſequenti indendo utrique nari calidè è penicillo lineo vel ex ſyndone rara cui inſuta fuerit ſpongia mollis.

℞ lign. guaiac. ſaſſafr. Rhod. ana ʒij. radic. peucedani ℥ß. rad. ariſtoloch. utriuſque & ireos Florent. ana *Mixtura naribus indenda.*

 ℥iß.

ʒjß. ſol. ſcord. card. benedict. betonic. aquat. & vulgar. veronic. maris & chamæpit. ana m. ß. caprifolii m. j. roſ. rubr. p. jß. f. omnium decoctio in ſ. q. aq. & colatura, de qua cap. ℥viij. vini de Malaga ℥iv. mellis Ægyptiac. à ſedimento penitus liberat. ℥ß. mſ. ad uſum dictum. Adde huic quantitati liquoris aloës è veſica, myrrh. elect. ana ʒj. gr. xviij. Vel in colatura cum vin. mixt. diſſolv. mell. caprifolii & anthoſati ana ʒvj. olei myrrhæ præparati per album. ovi indurat. ℥ß. mſ. pro *injectione* facienda in nares bis in die per ſyphonem, vel attrahatur per nares tepidè ore aquâ pleno.

Injectio.

Fumus.

Horâ dimidiâ poſt narium lotionem utatur *fumo* ſeq. ♃ gumm. guaiac. ſuccini ana ʒij. gumm. animæ, benzoini ana ℥ß. nuc. moſchat. caryophyll. ana ʒj. fol. ſicc. ſalv. majoran. roriſmar. tabaci ana ℥iij. cinnab. ℥j. gr. 45. carbon. ſalicis tantum quantum cinnabaris, f. omnium pulvis primò ſubtiliſſ. qui excipiatur aquâ gummatâ, leviter poſtea ſiccetur in hypocauſto vel ante ignem, &

teratur

teratur craſſiuſculè : hujus ℈v. abſumantur pro vice, & ex eo in fictilibus fiſtulis accenſo fumus ore hauſtus reddatur per nares ut fit ex tabaco.

Vel poſt factam injectionem & optimè deterſum ulcus penicillo è ſpongia molli tangatur os nudatum *aquâ aluminosâ* Fallopii. *Aqua alum.*

Sumat item doſin *Electuar.* ſeq. ♃ farin. ſarſæparill. ℥iv. rad. ſiccar. pœon. garyophyllat. tormentill. bardanæ ana ℥jß. fol. ſiccor. betonic. veronicæ maris, virgæ aureæ, chamædryos, chamæpit. ana ʒiij. raſur. cran. human. uſti & non uſti, C. C. uſti præparati ana ℥ß. carn. viperin. debitè præp. ℥jß. diaphoret. antimon. fixiſſ. ℥iij. Omnia in alkool redacta mixtáque excipiantur ſ. q. ſyr. ex vino Canarino infuſionis veronic. & betonic. aquat. apprime colatæ ſine coctione præparati, f. Electuar. inſtar Opiatæ, cujus doſis ſit ℥j. mane, ut dictum eſt. *Elect.*

CAPUT

CAPUT XVII.

De Surditate.

S*Urditatis* cauſa vel in exteriore, vel in interiore Auris parte quærenda eſt.

A Cauſâ externâ. Curatio

Si *cauſa* ſit in *parte exteriore*, ſurditas non integra eſt, ſed auditus tantùm gravior fit. Ad hujuſmodi ſurditatem amovendam, abluatur ſine violentia via quæ uſque ad tympanum pertingit, vino Malvatico, Cretico ſeu Hiſpanico calentibus quò ſordes omnes auri exteriori inhærentes eluantur.

Interna

Immo licèt *cauſa* ſit in *parte interiore*, tamen cùm ad topica devenire tempeſtivum ſit, primò ab omnibus contentis expurgandus eſt meatus auditorius, quò medicamentorum vis ad aurem internam meliùs pertingat.

Curatio

In cauſa autem interna, ante topicorum uſum, de generali (immo & particulari) evacuatione primò deliberandum eſt. Nam cùm humores

res pituitoſi nervum auditorium vel obſtruentes vel comprimentes, plerumque ſint ſurditatis cauſæ internæ, humores iſti viis aptis diligenter expurgandi ſunt.

Potio igitur ſeq. primò exhibeatur. ♃ ſarſæparill. ℥iij. fol. betonic. chamæpit. ana m. ß. ſummit. floridar. roriſmar. p. j. flor. herb. paralyſ. p. ij. ſem. aniſ. & coriand. ana ʒß. crem. tart. ʒij. fol. ſenn. mundat. minut. inciſor. vino albo nutrit. ℥v. f. omnium decoctio & colatura, in qua ad doſin aptam reducta diſſolv. ſyr. Auguſtan. de rhabarb. & roſ. pallid. cum agaric. mann. Calabr. ana ℥ß. ſp. vitrioli gutt. iv. mſ. f. potio danda in aurora hor. iij. ante juſculum cum debito regimine. *Potio.*

Vel *pil.* ſeq. ♃ maſſ. pil. ſine quibus, cochiar. aggregativ. ana ʒij. f. maſſa, de qua cap. ʒj. pro doſi, idque poſt primum ſomnum, levi cœnâ præcedente, cum debita cuſtodia, dilato ad 3. horas juſculo. Cap. primò has pilulas ter, interpoſitis duobus diebus inter ſingulas doſes, vel etiam tribus pro ratione operationis. *Pil.*

Ità

Cerebrum deplendum & ſiccandum.

Ità purgato corpore, *exſiccationi* cerebri ſedulò incumbendum eſt; humoris item pituitoſi *derivationi*. Quibus indicationibus ſatisfacient uſus quotidianus *gargariſmorum*, *frictiones capitis* matutinæ retrorſum cum ſacculis farctis pulveribus ſalviæ, majoranæ, rad. cyperi, raſur. guaiaci, lign. Rhod. bâcc. laur. junip. additis ſpeciebus aromaticis in mediocri quantitate, ſuccino multo, & pulvere violato qui cæterorum baſis eſſe debet: *ſuffitus* item ſiccantes operimentorum capitis, necnon per eoſdem aëris cubiculi correctio. Proderunt *balſama* ex oleis chymicis ſalviæ, majoranæ, roriſmar. præſertim verò ſuccini, quæ unguento aurantiorum & butyro nuc. moſchat. excipiantur, ad inungendas nares interiores & capitis raſi ſuturas, idque mane poſt frictionem prædictam. Non inutilia erunt *Sternutatoria*, ſed blanda admodum ſine elleboro & euphorbio. Sufficient primò aurantiorum vel citri cortices extimis naribus inditi, aut aſari folia convoluta. Noxia omnis vehemens

capitis concuſſio, quæ non niſi quando impactum aliquid magno conatu excutiendum eſt, locum habere videtur. Melius erit partem hanc principem à ſuperfluitatibus quotidiano proventu ſuccreſcentibus exhaurire per derivationem, quam egregiè præſtabunt *fontanellæ* duæ utrinque ad ſpinæ latera prope ſuperiorem homoplatæ angulum excitatæ, quæ pluribus immiſſis piſis continuò apertæ teneantur.

Bona ſit *victûs* ratio, moderatè calefaciens & ſiccans: & præſcribatur *potus diæteticus* ſeu *cereviſia medicata* ex ſarſaparill. rad. chinæ, ligno lentiſci, ſaſſafr. betonica, plurimâ chamæpit. ſummitat. roriſmar. flor. tiliæ & herb. paralyſ. nuc. moſchat. *&c.* quæ omnia vel decoquantur vel pendeant in zytho recent. coct. qui liquor defæcatus per fermentationem ſufficientem lagenis lapideis recondatur ad uſum. *Victus. Potus diætet. vel cereviſ. medic.*

Poſt ſordes meatui auditorio inhærentes ablutas, excipiatur *vapor* decocti convenientis cephalici & nervalis, vel ex lagena, vel ex tubo ligneo *Topica. Vapor. Suffitus.*

ligneo canali ex æolipyla prominenti affixo. Proſunt etiam *juffitus* ſicci ſurdis auribus inſufflati, ut ex tabaco, ipſóve ſulphure ſi malum hæreat pertinaciùs.

Liquor inſtilland. Poſtea *liquores* ſeq. auribus inſtillentur. ℞ ſucci porri ℥ij. ſucci allii & cepæ ana ℥j. fellis anguillæ ʒij. ſpiritûs vini optimi ʒx. miſceantur & digerantur per aliquot dies, mox f. per chartam colatura. Hujus liquoris quotidie aliquid inſtilletur auribus, quæ claudantur poſtea bombace permiſto pauco zibetho. Vel ℞ rad. enul. ſiccar. & brion. ana ʒij. cortic. Winteran. ʒjß. fol. ſicc. majoran. ſalv. ana ʒiij. flor. lavendul. & ſtœchad. Arab. ana p. j. cinam interior. cubeb. cardamom. caryophyll. ana ʒj. ſpir. vini opt. q. ſ. ut ſupernatet mater. un. digit. f. digeſtio in arena per biduum, mox colatura, cui indatur nodulus continens ambr. griſ. gr. viij. moſch. gr. iv. zibet. gr. ij. Utatur inſtillando in aurem mane & veſperi guttam unam & alteram, aures obturando bombace eodem liquore imbuto & leviter expreſſo.

Vel ℞ zibeth. gr. iv. moſchi gr. ij. olei ſtillatit. ſalv. & roriſmar. ana gutt. iv. mſ. atque hâc mixturâ imbibatur bombax quo obturentur aures. *Mixtura.*

Interim *alvus* ſervetur *laxa* injecto ſubinde enemate. Vel quarto quoque die ſum. ℈ij. maſſæ ſeq. horis duabus poſt levem cœnam ſine cuſtodia. ℞ maſtich. ʒj. majoran. ſicc. ʒß. aloës roſat. ʒjß. ſpecierum hier. picr. ℈ij. f. omnium pulvis ſubtiliſſimus, excipiendus ſucco caulium viridium probè ſaccharato; f. maſſa pilular. *Alvus laxanda.*

Si ex horum omnium uſu auditus non recuperetur, æger conferat ſe ad *thermas ſulphureas* [quales ſunt Bathonienſes] paſſurus ſtrenuam & longam capitis irrigationem ex alto cum aqua ſulphurea: hinc enim ſpes eſt ut impactus humor liquetur, & ſpiritui animali detur per auditûs organum commeatus liber. *Thermæ ſulph.*

Nota, Si membrana tympani rumpatur, *ſurditas* inde pendens eſt *incurabilis*: ut & ea quæ à nativitate eſt. *Surditas Incurab.*

CAPUT

CAPUT XVIII.

De Dentium dolore.

IN *Dentium dolore*, primò quærendum eſt quænam ſit iſtius cauſa; & ſecundùm varia cauſarum genera, varia & appoſita remedia ſunt adhibenda.

A Catarrho in ſolo. Curatio

Dentes *dolere* ſolent, 1. ab humorum in eos & partes adjunctas *influxu*, licèt dentes ipſi non ſint vitioſi. Hoc caſu ante omnia *purgetur* patiens hydragogis fortioribus; hinc enim humores vel pituitoſi vel ſeroſi per ſedem educti, à dentibus derivantur, unde eorum dolor protinus ceſſat. Revulſio etiam per cucurbit. vel veſic. prodeſt.

A carie vel cavitat. Curatio Topica.

Vel 2. à catarrho in *dentes carioſos* vel *concavos* delabente. Hic etiam purgatio imprimis utilis eſt; at *topica* ſæpe etiam ſunt neceſſaria, eáque ſæpiſſimè *opiata*. Ut ℞ olei caryophyll. ſtillatit. ℥ß. in qua diſſolv. camphor. ʒj. adde tinctur. opii cum optimo ſp. vitriol. priùs digeſti, deinde cum

cum vin. ſp. extract. & ad mellag. reduct. ℥ij. tinctur. croci ℥ß. ambr. griſ. ℈j. moſch. gr. v. mſ. ſerv. in pyxide argentea bene clauſa, vel vitro latiuſculi orificii veſicâ occluſo. Urgente dolore intingatur goſſypium & indatur concavo denti.

Aqua hæc *Crollii* magnæ eſt efficaciæ. ♃ origan. ſerpyl. ſalv. mentaſtr. hydropiperis, ſeu perſicar. raſur. guaiac. raſ. tamariſc. & buxi ana m. j. affunde ſpiritum vini opiatum, id eſt à præparatione Laudani reſiduum, ad eminentiam quatuor digitorum. Extrahatur infuſione tinctura. De hoc ſpiritu tincto tantillum in ore teneatur parte illâ ubi ſunt dolentes dentes, poſtea iterum expuatur. Reiteretur ſi opus ſit. Si dens ſit concavus, goſſypium intiuctum imponatur.

Vel fiſtulæ *tabaci* circa tubi medium indatur filo ferreo aliquid goſſypii aut linamenti carpti; caput tubi repleatur pulvere tabaci pro more, accendatur, & totus fumus exſugatur donec pulvis redigatur in cineres: frangatur tubus, & eximatur

goſſypium *oleo* tabaci madens, quod indatur denti cavo: illico ceſſat dolor.

Sic oleum ſtillatitium *buxi* denti cavo inſtillatum dolorem compeſcit certo experimento.

Remedium ſequens non fallit. ℞ *lithanthracum* pinguium partes tres, *ſulphuris vivi* partem unam, pulverizentur ſimul in mortar. ſtann. & diſtillentur in retorta lento igne: primò exibit fuliginoſa ſubſtantia nigra & pinguis, tunc auge ignem, & exibit aliquid unctuoſum, quod ſeorſim clauſum reſervetur; poſtea ſepara oleum à liquore: oleum rectifica; ſerva; applica cum bombace.

Trochiſci ſeqq. cavis dentibus inditi mirè dolorem ſedant. ℞ ſem. opii ʒj. ſem. hyoſcyam. ʒij. ſtyrac. calamit. maſtich. ana ℈ij. pyrethr. piperis longi ana ʒß. caſtor. croci ana ℈j. camphor. gr. v. opii præparati ʒjß. mſ. & cum balſamo Peruv. q. ſ. f. maſſa, ex qua trochiſci.

Denique hæc *aqua* nulli ſecunda eſt. ℞ ſucci allii ℔ij. opii ℥ij. caryo-

phyll.

phyll. ℥iij. vini Malvatici vel Canarini ℔j. macerentur per quatriduum, deinde f. diſtillatio ad ſiccitatem in B. vaporoſo vel ſicco. Aquæ ſtillatit. adde camphor. per vini ſpiritum ſolutæ ℥ß. *mercur. anodyni* in opt. vin. ſp. ſoluti ʒvj. mſ. ſerva vaſe optimo clauſo, applic. denti eroſo è goſſyp. *Mercurius anodynus* hic eſt. ℞ merc. ſublimat. q. v. huic affunde aq. fact. ex nitr. i. & vitriol. ij. q. ſ. & f. cohobatio decies aut duodecies donec inſtar olei fluat, & in frigido cryſtallizetur: cryſtallos ſpir. vini ſolve, exhala ad ſiccitatem; ſolve iterum, exhala ad pelliculam, & in cella ut a. e. cryſtalliza.

N. B. Ut fœtor ab opio removeatur (docente Saladino) piſtetur ℥j. opii cum duobus capitibus allii: deinde diſtilletur hæc mixtura per alembicum: De iſtâ aquâ detur in potu ſecundum diſcretionem, qui mirabiliter provocat ſomnum & erit ſine fœtore. Quod pulchrum ſecretum non eſt omnibus revelandum.

℞ opii

Auri applicand. ℞ opii ℨij. caſtor. ℨj. croci ℨß. addito pauco balſamo Peruviano nigro f. maſſa, ex qua turundæ, quæ involutæ ſyndone rariſſ. indantur *auri* lateris dolentis.

Temporibus. ℞. maſſ. iſtius ℨij. maſtich. cum vin. ſpir. emollit. ℨj. gum. elemi & tacamahac. ana ℨß. mſ. f. emplaſtrum, cujus portio extendatur in holoſerico, & applicetur *arteriis temporalibus* ad fluxionem inhibendam.

A vermibus. *Curatio* 3. Dentes aliquando dolent à *vermibus* qui in iis geniti eos exedunt. Hi enecantur vel ab aquâ Mercuriali ſuprà præſcriptâ, vel ab aloë ſuprà laudatis medicamentis admixtâ.

Dentiū evulſivum. Si dolor [undecunque oriatur] nullis remediis cedat, dens dolens ferro extrahendus eſt: quam operationem ſi præ metu refugiat æger, tentetur medicamentum empiricum ſequens ad dentes ſine dolore evellendos. ℞ ranas virides arboreas quot voles, has in ſufficienti roris Maialis quantitate probè obturato vaſe vitreo in cinere vel arenâ locato; tamdiu fac coquere donec liquan-

liquantur & aqua fiant : hanc in fimo equino vel balneo inter ſerraturam abiegnam putrefac, & ſupernatantem oleoſam pinguedinem, quoties apparuerit, corneo cochleari aut ligneo aufer ; nullâ ampliùs adveniente, reliquum, ut inutile, abjice. Hæc allecta pinguedo dentes à ſuis radicibus vellit, adeò ut ſi fœnum hâc illinatur, bos aut equus hoc fœnum vorans in ipſo præſepi dentes amittat. Linitur lignellum hoc unguento & circum dentem ducitur, qui ſtatim à tali illitu poſtea facilè ſeparatur.

CAPUT XIX.

De Scrofula.

" CUm Collum Iſthmus quaſi ſit " per quem à Capite ad Tho- " racem tranſitur, iſtius affectum uni- " cum huic Libro ſubnectere non in- " eptum opinatus ſum. Neque de " *Scr fulæ* curatione agendi hunc in- " opportunum locum arbitrabar, " cùm Collum ſæpiſſimé tumorum

" ſcrofuloſorum ſit ſedes; licèt hujus " morbi fomes & radix altiùs ſint " quærendæ. Antequam verò ad ma- " teriæ medicæ formulas pro ſtrumis " curandis perveniam, præmitten- " dam duxi Conſilii partem pro ſcro- " phuloſo, ab Authore noſtro miſſi " ad D. D. *Robertum Cunningham* " Medicum Edinburgo-Scotum, Idi- " bus Novemhris, 1649.

Conſilium de Scrofula. ———— Tumores quibus ſub aure utriuſque lateris & circa Jugulares Venas conflictatur æger, indolentes omnes, duri & immobiles, ſine ullâ manifeſtâ intemperie, ut optimè cenſes, ſcrofuloſi ſunt. Strumarum ſtolones licèt ſub cute præſertim circa adenes erumpant; attamen altas habent in viſceribus radices, præſertim glandulis Meſenterii, quæ in pleriſque nè dicam omnibus, hoc genus morbi patientibus, tumidæ, inæquales, duræ apparent, ejuſdem planè materiæ cum ea quæ in mobilibus ſcrofulis novaculâ diviſis conſpicitur. Nôſti tria eſſe maxima corporis humani emunctoria, ſub auribus, ſub alis, ad inguina. Tumores hoſce

hoſce præter naturam quos pituita congeſta creat, facit viſcerum κακο-πραγία, ventriculi præſertim & hepatis, cujus infortunia cum ſanguine facillimè gliſcunt in partes remotiſſimas. ——— Huic malo debetur frequens purgatio cum iis quæ phlegma præcipuè ducunt; etſi non negligligendum putem ſuccum melancholicum in quem humores omnes tractu temporis tranſeunt. Ex tribus, *elleboro nigro* vero, *colocynthide* & *ſcammonio* In *reſinam* reducto, præparo pilulas efficaciſſimas quæ potenter operantur in parvâ doſi, ad ſummum gran. 24. Hoc velim eſſe unicum, vel ſaltem præcipuum purgans morbi admodum refractarii ἀλεξίκακον. Id dabis aliquando ſolitarium, ſæpius granis 12. admiſcebis gr. 20. *merc. dulcis*, vel *præcipitati albi* (ex mercurio cinnabaris per aquam fortem diſſoluto, atque per muriam ſeparato & optimè loto) gr. 8. vel 10. vel 12. ex quibus fiant pilulæ deglutiendæ mane horis tribus aute juſculum ſedulâ cuſtodiâ. Mercurius ubique mirabilis, quem

quocunque modo exhibeas, dummodo in ipſo præparato per additionem ſalium, eorum aculeus retundatur, nihil eſt periculi. Do in hiſce caſibus *Merc. crud.* in conſervis, vel electuario idoneo ex ſpecificis concinnato, idque per plures ſeptimanas ſine ullo diſcrimine. Do itidem *cinnabarin nativam* & *factitiam* cum *floribus ſulphuris* & *argento vivo* puriſſimo ſimul ſublimatis, necnon *cinnabarin antimonii.* Tu omne feres punctum ſi cum parte unâ auri puriſſimi & partibus decem argenti vivi ex cinnabari vulgari (additâ duplâ quantitate calcis vivæ) extracti per retortam in phiala oblongiſſimi colli ſolius ignis miniſterio facias præcipitatum rubicundiſſimum inſtar papaveris rhœadis, cujus quotidie des duo grana aut tria in electuario prædicto. At forſan dices *ptyaliſmum* ſubſequuturum tot mercurialia, id quod non ſemper accidit; & ſi contingat, illud ſymptoma licèt ſit laborioſum & importunum, attamen eſt ſalutare. Hoc mihi vulgare eſt, ut in ſtrumoſis, quaſi

labo-

laborarent lue Venereâ, vel frictionibus vel fumo provocem ſalivationem cum effectu non pœnitendo, præſertim quando circa collum tumores iſti extuberant. Mercurius incidit, attenuat, colliquat, eliminat per ſputum blennam, & plus præſtat quàm mille topica, quæ tamen nullo modo ſunt negligenda.

In *externorum* cenſu duo præcipua ſunt; alterum, litus glandularum cum *oleo bufonum* præparato cum additione vitrioli; alterum, *emplaſtrum ex gummi ammoniaco diſſoluto* in *ſucco cicutæ* & *cynogloſſæ*, cujus partes duæ permiſceantur parti uni *emplaſtri diachyl. ireati*; addantur *Mercurius crudus* & *pulvis* ſubtiliſſimus *bufonum* ad ſolem ſiccatorum cum portione *camphoræ*. Iſta, ſi opus ſit, liquentur paucillo ſtyracis liquid. Suſpendatur autem collo *radix cynogloſſæ*, quæ antequam exaruerit penitus, renovetur. *Potus ordinarius* eſto cereviſia medicata cum radicibus cynogloſſæ, ſcrofulariæ majoris, filipendulæ, graminis bulboſi, addito guaiaco admodum reſi-

noſo & bonâ quantitate ſpongiæ bedeguaris: Addantur etiam huic potui ramenta ſtanni Cornabiani puri putiſſimi in ea proportione, ut ſint hujus metalli ℥iij. ad ſingulos quos vocant galones. ——— In quibuſdam haſce glandulas litu quotidiano *balſami arſenici*, materiâ attenuatâ & per cutem reductâ diſcuſſi. Balſamum autem illud conſtat ex cryſtallis aut oleo arſenici mixtis cum axungia viperæ vel oleo bufonum. In aliis [non ſine dolore tamen] putrefactos tumores (qui jam ulcerati erant) perductóſque ad ſuppurationem, ſuſtuli radicitùs. Vidi etiam ſæpiùs, vulneratis ad centrum uſque tumoribus ſcalpello, & indito plagæ grano ſublimati Mercurii corruptas glandulas excidiſſe, idque Monſpelii. ——— *&c.* Hæc ibi ille.

Diæta ſcrofuloſis apta. *Veſcatur* æger cibis boni ſucci, coctu facilibus, & qui minimum excrementi deponant; carnibus juniorum animalium aſſis potiùs quam elixis. Abſtineat à ſalſis, piperatis, acribus. Carnem ſuillam vitet, vaporoſa omnia, piſces, lacticinia. Aliquando

quando jejunio calorem nativum incitet ad ſuperfluitatum abſumptionem, *Potus* delectum poſtulat eò magis quòd videre eſt eos qui in montibus habitant frigidis, & congelationi aptis aquis [liquidum ſaxum ſuá ſubſtantiâ occultantibus] utantur, ſtrumis infeſtari utplurimùm. Itaque ſitim extinguat, vel aquâ vinoſâ uvarum paſſarum, quæ inter fermentandum medicata reddatur ramentis ligni lentiſci; vel decocto dilutiore radicis chinæ vinum rubellum oligophorum quàm optimè diluat. Noxia ſunt generoſa vina (quale Hiſpanicum) aromatibus condita, mulſum, zythum & cereviſia.

Ritè inſtitutâ Diætâ, everrantur primæ viæ ſtrenuè primò, mox ſucceſſione quâdam ad alias cura transferatur. Ventriculus cum meſenterio (cujus glandulæ ſunt vulgò ſtrumarũ centrum) ſubinde repurgetur. Temperetur hepar, ejuſdémque obſtructiones reſerentur. In liene ſanguinis fæx corrigatur, præſertim in tertiis qualitatibus quas formales vo- *Ordo agendorum.*

 cant.

cant. Venoſum genus liberetur ichore ſuperfluo & maligno per ductus urinarios. Siquid emunctoriis impactum, diſſipetur. Tunc demum ad Topica deveniendum eſt, ſive ſtrumæ in ulcera eruperint, ſive non. Harum enim averruncationem (ita ut non recrudeſcat malum) niſi præmiſſis univerſalibus, & extinctâ ſi fieri poſſit generali labe, ſperare aut polliceri non eſt artificis.

Evacuatio. Clyſter. Emetic. Alvus inprimis & ante omnia ſubducatur *clyſtere*. Die proximo exhibeatur *Emeticum*, viz. vitriol. alb. depurat. ℨj. diſſolut. in quovis liquore. Si vitriolum ſit mitius æquo vomitorium, vel ejuſdem ſapor ingratus videatur, detur infuſio croci metall. Si laboret plus æquo ventriculus in vomendo, poſt ſingulos conatus tantillum juſculi capi ſorbeatur. Vomitus in reſerandis obſtructionibus & mundandâ partium naturalium ſentinâ tanti eſt momenti, ut quater in anno vel etiam ſæpiùs eum provocare neceſſarium perinde atque utile videatur.

Interpo-

Interpoſitis duobus diebus (quibus cibo & potu laudabili vires inſtaurandæ erunt) exhibeantur *pilulæ* ſequentes. *Purgãtia.*

℞ pil. coch. min. calomel. ana ℈j. olei aniſi gutt. ij. mſ. f. pil. pro doſi ſumend. in aurora. *Pilul.*

Mox contumaces humores præparantur ſimul & per ἐπίκρασιν aliquot diebus evacuentur, ut ſublatis craſſis ſuccis tenues faciliùs fluant.

℞ fol. ſenn. mundat. fol. ellebori nigri veri in pane hord. præparator. ana ʒiij. aloës ℥ß. gumm. guajac. naturalis ʒij. myrrhæ ʒj. diaphoretici vulgaris ʒijß. f. omnium pulvis ut alkool, excipiend. ſ. q. balſami Peruv. formetur maſſa *pilular.* de qua cap. ℈ij. ſingulis matutinis per dies xij. *N. B.* f. initium à ℈j. deinde procedatur ad ʒß. tandem ad ℈ij. Horâ unâ poſt aſſumptionem pilularum iſtarum exhib. juſculum capi, alteratum borrag. bugloſſ. oxylapath. ſummit. lupul. chærephyll. calendul. ophiogloſſ. flor. primul. veris, in quo diſſolutum fuer. ʒj. cremor.

tartari albi, vitrioli cum ſpiritu corallato.

Tandem interpoſito uno die vel altero repetatur pilularum primò præſcriptarum doſis, quod remedium deinceps cæteris omnibus præferendum erit, quoties ſtrenuæ purgationis incidet neceſſitas.

Aq. purgant. Loco pilularum mitiorum, liceat ægro, ſi magis arriſerint, *aquas purgantes* (quales ſunt Ebeshamenſes) bibere per plures ſeptimanas.

Ellebor. *Ellebori* (nigri) in eradicandis pertinaciſſimis morbis, quos humores exuſti, in corporis centro geniti, & ad remotiſſimas partes delati creant, valida eſt efficacia. Is licèt in parvâ quantitate aſſumatur, ſi diu tamen & ſine intermiſſione, tandem inſignes prodit effectus. Foliorum pulvis aliquot granorum pondo quotidie devoratus, corpus renovare creditur. Quòd à magnis morbis & hepatis, & cerebri & artuum liberet, certo certius eſt. *Folia* in pane hordeaceo præparentur, ut artis eſt, exhibenda poſt omnia ad renovationem univerſalem, & ſan-

ſanguinis ultimam depuratioenm. Ex *radicib.* tempore idoneo effoſſis, juxta Bovii Veronenſis proceſſum, Extractum ſive mellago fiat, aut per ſe danda à gr. 5. ad 8. 10. 12. aut cum Mercurio dulci prædicto.

N. B. In Medicamentis fortioribus exhibendis Medici cum ſecuritate procedant, à minori doſi (quæ tamen agat) paulatim aſcendendo ad quantitatem cauſæ morbificæ tollendæ aptam, naturæ non gravem, ventriculo non infenſam, & citra perturbationem id quod in votis nobis eſt præſtituram. *Cautio Medica.*

Ita repurgato uſque & uſque corpore, de ineundá diæta ſudorifica, alterantibúſque exhibendis erit cogitandum.

♃ rad. ſcorzon. condit. ℥ij. pulv. rad. contrayerv. ʒj. rad. tormentill. valerian. minor. vincetox. petaſitid. ana ℥ß. conſ. flor. anth. & ſalv. ana ℥v. conſ. alkerm. & de hyacintho ana ʒiij. carnis viperin. præparat. per ſiccationem & ſubſtiliſſimam pulverizationem ʒx. oculorum cancri ʒvj. diaphor. vulgar. ʒvij. vel Hartmanni *Electuar. diaphoret.*

 pro

pro ſingulis drachmis gr. iij. mſ. & cum ſapa cydon. f. *Electuar.* inſtar Opiatæ, de quo cap. ad quantitat. jugland. ſuperhauſtâ *decocti* ſequentis doſi, provocando ſudorem ſuperpoſitis ſtragulis, & circumpoſitis lagenis aut veſicis bubulis aquâ calidâ plenis.

Diaphoret. ♃ rad. chinæ ℥jß. ſarſæparill. ℥ij. rad. tormentill. cyperi, ſcorzoneræ, contrayervæ, pentaphyll. bardanæ. petaſitid. ana ℥j. rad. ſcrofular. major. filipendul. chelidon. minor. ana ʒx. fol. ophiogloſſ. pimpinell. agrimon. agerati, piloſell. bugulæ, brunell. pyrolæ recent. ana m. j. Omnibus ut decet præparatis & conciſis affundatur ea quantitas aq. ulmar. ſcabioſ. card. benedict. bugloſſ. quæ ſupernatet 8. digitis, f. digeſtio per biduum in B. M. deinde poſt leviuſculum fervorem decantatio & per chartam filtratio pro 6. doſibus matutinis poſt doſin Opiatæ ſumendis. Reddatur hoc *decoctum* acidul. guttis aliquot ſpirit. vitrioli. In horum uſu perſeverandum per 12. vel 15. dies.

Aliud.

Vel ℞ ſarſæparill. ℥iijß. cortic. ſign. ſanct. ʒx. raſur. buxi ℥iij. rad. petaſit. & bardan. ana ℥jß. rad. rub. tinctor. recent. & garyophyllat. ana ℥ij. C. C. ad albedinem calcinat. ʒx. Infund. ſ. a. in parte una vini Rhenani & part. 3. aquæ, pro 5. doſibus, poſt Electuar. doſin bibend.

Tertio quoque die loco Opiatæ deglutiat ante hauſtum decocti ʒß. pil. mitiorum ſuprà præſcriptarum: & in medio & fine purgetur pil. fortioribus cum calomel.

Electuar. ſpecif. alterãs.

℞ conſ. florum ſalv. & herb. paralyſeos ana ℥ij. conſ. meliſſ. & ſummitat. roriſmarin. ana ℥j. pulv. ſubtiliſſ. ſarſæparill. ℥iij. pulveris heben. ℥jß. rad. ſcrofular. major. chelidon. min. filipendul. ſaxifragiæ bulboſ. ana ʒx. pulv. fumar. & chamæpit, ana ℥j. ocul. ♋. præparat. coral. rub. præp. cum ſucco limonum, ſuccini albi præp. ann ℥ß. dentis equi marini triti in alkool ʒvj. antimon. diaphoret. vulgaris ſive ceruſſ. mineral. Salæ fideliter præp. ℥ij. mſ. & cum ſyr. de pom. redolent. f. *Electuarium* inſtar Opiatæ, de quo cap. ℥ß. pro doſi quotidie

quotidie mane, ſuperhauſto *cereviſiæ medicatæ* momento, idque per menſem unum & alterum.

Cerevíſ. medicat. ℞ ſarſæparil. alb. & medulloſ. ℥x. rad. chin. raſur. hebeni nigerrimi ana ℥vj. rad. filic. fœmin. & oxylapath. ana ℥xij. rad. ſcrofular. major. chelidon. min. filipendul. gramin. bulboſ. ana ℥v. raſur. C. C. eboris, dentis equi marini ana ℥iij. ſolior. ſiccor. agrimon. chamæpit. ceterach, cuſcut. beton. c. ana m. ij. flor. herb. paralyſ. ſummit. meliſſ. ana p. vj. ſummit. ſalv. & roriſmar. ana p. iij. nuc. moſchat. ℥j. Bulliant. in galonibus vj. cereviſ. lupulat. recent. ad duorum conſumptionem. Sinatur fieri infuſio per noctem vaſe tecto; mane f. per ſetaceum colatura, cui adde ejuſdem cereviſiæ galones 4. Sinatur fieri fermentatio addendo ſucci naſturtii & becabung. ana ℔j. ſucc. cochlear. ℔ij. Liquor limpidus includatur lagenis lapid. probè obturat. reſervandis loco ſubterran. pro *potu ordinar.* cujus uſus ſit per plures menſes.

Pro effectu pil. cum calomel. repetatur

petatur earundem exhibitio ſemel ſingulis meuſibus ultimâ Lunæ quadrâ; atque ab hoc remedio (ſi ægri naturæ conveniens id eſſe demonſtret experientia) certiſſimam curationis partem expectet. Atque ſemel in ſeptimana purgetur pilulis mitioribus ſuprà laudatis, vel pil. ex tribus Fernel. ſumend. à ℈j. ad ℈ij. ante levem cœnam. Vel, ſi mavis, loco ſuperioris alterantis, ſum. *Elect.* ſeq. purgans, à quo ſatis purgabitur æger. ℞ rad. ſiccar. cynogloſſ. ſcrofular. major. filipend. ſaxifrag. bulboſ. ana ʒvj. rad. ruſci & ſem. ejuſdem ana ʒv. fol. betonic. chamæpityos, chamædr. fumar. ana ℥ß. ſpong. mar. ſiccat. interior. oſſ. ſepiæ ana ʒivß. C. C. ad ſummam albed. uſti, antimon. diaphoret. fixiſſ. ana ℥j. ocul. ♋ præp. pulv. ſubtiliſſ. Jovis ana ℥ß. curcum. ʒij. turbith. gummoſ. ʒxij. Terantur omnia ut alkool, & excipiantur ſ. q. ſyrup. præparat. ex ſuccis ſaponar. & ſcrofular. major. cum ſaccharo ſine magno calore, f. *electuar.* inſtar Opiatæ. de quo capiat quotidie mane primò ʒvj. deinde ʒj. donec

Elect. Specif. purgans

nec tota iſta quantitas abſumpta fuerit.

Alia cereviſ. medicat. Loco *cereviſiæ medicatæ* ſuprà præſc. ipt. hanc ſequentem (minoris apparatûs & pretii) aliquando præſcribo. ♃ ſarpæparill. rad. ruſci, ononid. ſcrofular. major. ana ℥vj. rad. cynogloſſ. ℔j. ſaponar. m. viij. beton. m. iv. flor. herb. paralyſ. hyperic. ſambuc. pœon. mar. ana p. vj. ſem. cochlear. Batav. ℥jß. nuc. moſchat. ℥j. Omnia debitè ſiccat. & præparat. pendeant in galon. viij. cereviſ. lupulat. cum ℥xvj. ramentorum Jovis. Sinantur fermentari pro *potu ordinar.*

N. B. In liquorum ad potum ordinariinm præparatione id quæratur, ut poſt alimenti diſtributionem, aperiente & diuretica facultate, ſerum copioſè per vias urinarias eliminent. Omne enim tulit punctum in ſcrofularum curatione, qui tartarum adhuc liquidum & aqueo humore dilutum, ante ſui coagulationem, ad renes ablegare, & per veſicam expurgare citra concoctionis præcipitationem potuit.

♃ dia-

℞. diaphoret. antimon. fixiſſ. ℥ß. C. C. ad ſummam albed. calcinat. cranii human. eodem modo præparat. ana ℥ij. corall, rubr. præp. marg. præp. ocul. ♋ præp. ana ℥j. cinam. interior. ℈iv. ſacchar. albiſſ. ad pondus omnium. Terantur ut alkool, excip. ſ. q. mucag. rad. alth, extract. in aq. beton. addend. parum mucag. gumm. tragacanth. extract. in aq. cinam. f. paſta ex quâ formentur *tabellæ* pond. ℨij. ad levem calorem ſicc. & reſerv. loco ſicco. Cap. unam mane jejuno ſtomacho ſuperhauſto cereviſ. medicat. momento, dilato ſi fieri poſſit ad hor. 3. cibo. Capiat etiam unam in ingreſſu lecti à cœnâ levi. *Tabellæ ſpecif.*

Vel ſi *pilulas* facilè deglutire poſſit æger, ſum. duabus hor. medicis pil. 5. ad pond. ℈ij. ex maſſa ſequenti. *Pil. balſam. alterantes.*

℞ terebinth. Cypr. in aq. plantag. & roſar. indurat. ℥ß. corall. rubr. præp. gumm. guaiaci, benzoin. partis alb. mollis, conch. oſtreorum, ſuccini albi præp. ana ℨij. ocul. ♋. præp. ad pondus omnium, f. alkool excipiend. ſ. q. balſ. Peruv. nigri fragrantiſſimi, f. maſſa pilular.

Hu-

Hucuſque de medicamentis internis, quorum ope ſperare liceat vel ſtrumarum diſſolutionem ſi nondum in ulcera eruperint; vel etiam ulcerum ſanationem faciliorem, topicorum propriorum uſu. Strumæ etiam nondum ulceratæ citiùs diſſolvuntur topicorum quorumdam applicatione. Fruſtrà autem, ut ſuprà dictum eſt, horum per remedia externa curationem quis aggredietur, ſine internis præmiſſis & comitantibus.

Cum topicis incipiatur circa medium alterantium.

Scrofulas non-ulceratas diſſolventia. Cataplaſma. ♃ farinam ſeminis lini & radices recentes ſcrofular. major. ſubigantur longâ trituratione cum axungiâ ſuillâ, & f. *cataplaſma* applicandum *ſcrofulis non-ulceratis*, quas potenter diſcutit hoc medicamentum.

Linimentum. *Linimentum ſpecificum.* ♃ bufones terreſtres magnos vivos nº ij. virgis bis terve cædantur ut emingant urinam venenatam; colubros maximos nº ij. cortic. mandrag. rad. cicut. cum toto, hyoſcyam. ana ℥ij. rad.

rad. gladioli recentium, aſphodeli, ſcrofular. utriuſque ana ℥iv. verm. terreſt. ℔j. olei lini recent. expreſſ. ℔ß. ol. amygd. dulc. ol. olivar. ana ℥viij. axung. ſuill. recent. ℔ij. ſucc. malv. ſapon. ſcrofular. utriuſque ana ℥vj. vin. Hiſpan. ℔j. Calefiant ſucci cum oleis, iiſque bullientibus injiciantur animalia viva cum vermibus lotis, coquantur ad putrilaginem & tabefactionem, carniúmque ab oſſibus ſeparationem, tandem addantur radices, f. decoct. ad ſuccorum conſumptionem & decrepitationem, mox f. expreſſio per canapatium & ſervetur oleum, quod vel per ſe uſurpetur, vel (præſertim in partibus cerebro non adeò vicinis) additâ quartâ parte olei arſenici dulcis. Fricentur cum hoc linimento partes tumentes quotidie mane diu; mox detergeatur optimè pars linteo mundo & molli.

Noctu verò geſtetur *Emplaſtrum* ſequens extenſum in ſerico. ♃ maſſ. emplaſtr. diachyl. alb. ℥vj. gumm. ammon. in ſucc. cicut. & ſcrofular. majoris diſſoluti & coagulati ℥iij. *Emplaſtrum.*

gum.

gum. carann. & tacamahac. in vini ſpiritu diſſolut. ana ℥jß. olei ex bufone præſcripti ℥ij. pulv. ſubtiliſſ. rad. ſigill. beatæ Mariæ, gladiol. fol. cupreſſ. ana ℥j. amalgamatis ex parte una merc. crudi, & partibus tribus ♄ præp. & in pulverem reducti, ℥iiij. diaphoret. antimon. vulgaris ℥iij. ceræ flavæ q. ſ. f. *Emplaſtrum* applicand.

Simpl. diſſolventia. *Simpliciora diſſolventia* ſunt ſequentia: *Oleum Arſenici*, quo ungantur glandulæ decies vel duodecies, donec puſtulæ effloreſcant quæ fundant ſaniem. *Emplaſtrum Opodeldoch* à Wirtzio chirurgo deſcriptum, quod ſuperponatur addito mercurio ex cinnabari extracto, & tandem lamina plumbi mercurio eodem illita, quibus ſi provocetur ptyaliſmus, citiùs & feliciùs rebelles iſti tumores reſolventur.

Emplaſtrum ſequens plurimùm valet: ♃ maſſ. empl. diachyl. ireati & de munilag. ana ℥iiij. empl. de ranis quadruplicato mercurio ℥ij. cinnab. ſubtiliſſimè pulverizat. merc. dulc. ana ℥ß. pulv. ſubtiliſſ. rad. brion.

& ſigill. B. Mariæ ana ʒiij. camph. ʒj. mſ. & cum ſ. q. balſam. Peruv. f. emplaſtrum, cujus portio extendatur in aluta molli, & glandulis applicetur.

Item hoc: ♃ maſſ. empl. de minio ℥iv. diachyl. alb. ℥ij. plumbi alb. cum ſucco ſcrofular. major. ſubacti in porphyrite & ſiccati ℥j. amalgamatis ex plumbo & mercurio facti in tenuiſſimum pulverem reducti ℥jß. pulv. bufon. exſiccat. ʒvj. mſ. & addito pauco oleo aliquo idoneo f. emplaſtra tumoribus applicand.

♃ olei litharg. colophon. mumiæ, ana ℥j. ol. ex vitellis ovorum q. ſ. f. unguentum. Oleum litharg. ſic fit. Coq. albumen & litharg. in aceto donec albeſcant, & poſtea donec in oleum abeant, quod fit multâ coctione.

Si hiſce remediis tumores non cedant, tunc ad *ſuppurationem* perducendi ſunt, applicatione gummi Arabici in ſucco ſcrofulariæ cocti & inſpiſſati; vel ſumatur pars una gumm. ammoniac. & duæ gumm. Arabic. *&c.* *Suppurantia.*

Si

Vlsera. Si tumores vel ſponte, vel maturantibus admotis fiant *ulceroſi*, *ulcera* curentur ſequentibus.

℞ tutiæ præp. ℥j. ſalis nitri puriſſimi ʒij. ſublimati optimi ℥j. ceruſ. Venet. ℥j. mſ. f. pulvis ſubtiliſſimus, applicetur manantibus ſcrofulis inſperſus unguento baſilic. ter, quater, quinquies, donec deciderint eſcharæ, vel glandulæ; deinde vel baſilic. ſimpl. vel unguent. diapalm. (cum alumine uſto ſi ſupercreſcat caro) curetur ulcus.

Proſunt lotio ex ſaccharo Saturni; aquâ aluminosâ Fallopii, vel ex aquâ decoctionis arſenici: in malignioribus ſuffitus ex cinnabari. Si *ulcera ſordida* fuerint aut *calloſa*, adhibetur cautè oleum arſenici, vel antimonii, unguento aliquo detergente exceptum; præcipitat. item rub. cum baſilic. unguent. vel Arcei balſamo.

Oſſa corrupta. *Oſſa* ſi fuerint *corrupta*, maximum opus exfoliationis Naturæ committendum, quæ etiam erit adjuvanda. Liquor ex catagmaticis in optimo vini ſpiritu infuſis inſpiſſatus melle

capri-

caprifolii. abſinthii, centaur. min. inſtilletur fiſtulis ad oſſa penetrantibus. Liquamen ex oleo caryophyllorum ſtillatitio & camphora. Diſſolutio lapidis medicinalis Crollii per ſiphonem ſinubus vel fiſtulis injiciatur. *Nudata* ſi ſint oſſa, nihill æquiparandum euphorbio, quod uno die multùm operatur & os alterat, ex Dioſcoride.

Optimum *exfolians* eſt aqua aluminoſa magiſtralis Fallopii. ♃ aq. plantag. & roſar. ana ℔j. alumin. roch. merc. ſublimat. ana ℥ij. terantur, bulliat aqua ad medias; ſinatur fieri reſidentia per quinque dies, limpidum decantetur à fæcibus. Utere per ſe in oſſium carie, vicinis partibus circummunitis filamento ſicco: alibi cum duplo, triplo, vel quadruplo aq. roſac. Agit ſine vel cum pauco dolore. *Exfoliantia.*

Vel ♃ rad. peucedani ℥j. ariſtoloch. utriuſque, ireos Florent. ana ℥ß. opopanacis & ſagapeni ana ℥ij. cortic. guaiac. ℥iij. caryophyllor. ℥ijß. camphor. ℈iiij. Omnia conciſa & contuſa ponantur in phialam, iiſque

affun-

affundatur ea quantitas optimi ſpiritûs vini quæ ſupernatet 4. digit. f. digeſtio per quadriduum, mox expreſſio fortis, & per lentam exhalationem reducatur liquamen ad conſiſtentiam julepi. Liquor hic vel inſtilletur ulceri ita ut ad os perveniat, vel ſiphone injiciatur.

Trochiſci exfoliantes. ♃ euphorb. ʒiij. rad. peucedan. ireos Florent. ariſtol. rotund. ana ʒj. camphoræ ʒij. terantur omnia, excipiantur paucâ micâ panis, vel glutine ex farinâ & lacte, aut aq. ſpermat. ranar. Fiant *trochiſci*, quibus addatur uſus tempore gutta una olei caryophyllor. Serventur in pyxide. Applic. ſoli oſſi exfoliando, partibus vicinis munitis. Superponatur filamentum carptum ſiccum & emplaſtrum defenſivum.

Sarcotic. Poſtquam os exciderit, curetur ulcus balſamo ſequente. ♃ ol. hyperic. ℥ij. olei nucum ſine igne expreſſi, olei abietini ana ℥jß. gummi elemi puriſſimi ʒx. liquentur ſimul, addit. viridis æris depurat. ʒij. fiat agitatio ad coloris viridis intenſionem,

nem, mox f. balſami per linteum colatura, dum adhuc calet: ſerv. ad uſum. Si rubrum velis, attamen non minùs ſiccans, color procuretur radice anchuſæ.

In ſtrumarum curatione proficuæ erunt *Fontanellæ* in locis aptis excitatæ. *Fontanellæ.*

N. B. Si quis ſcrofulas purgantibus, alterantibus, *&c.* methodicè curare velit, per plures menſes, immo ſæpe annos ægris medicamenta exhibere neceſſe habebit. *Nota.*

Vidi Doctorem *VVright* Medicum à quo hunc accepi proceſſum, qui puer x. ann. curatus fuit ſequenti remediorum ſerie, abſque ulla purgatione aut ſudore ſicco, à quibus profeſſus eſt exacerbatum fuiſſe malum; eámque hujus affectus eſſe naturam, ut mutationem remediorum topicorum expetat. Vidi manûs ejus digitos oſſibus detractis mutilos curatos. *Hiſtoria ſcrofuloſi curati.*

Decoctum vulnerarium. ℞ garyophyllat. angelic. ſylveſtr. quinquenerv. artemiſ. conſolid. major. bellidis totius, taraxaci, abſinth. menth.

ſummitat. rubi, ſcabioſ. agrimon. betonic. ſylveſtr. ana m. j. ſanicul. bugulæ ana m. ij. Bulliant per vj. hor. in galon. ij. aq. fluvial. vaſe probè clauſo, ita ut nihil expiret, addendo poſt ebullitionem dimidiam pintam mellis, vel plus ad ſaporis gratiam. Dentur ægro cochlearia decem vel ampliùs ter in die. Sumpſit autumnali tempeſtate per duos menſes conſequentes; ſequenti vere iterum ſumpſit per duos menſes, mox thermas ſulphureas adiit Bathonienſes ſecundo & tertio, in quibus aquam bibit cum ſale & ramulo roriſmarini, quâ purgabatur; ſudavit; lutum applicavit ulceratis tumoribus. Evacuato balnei alveo ſive receptaculo, ſupra fumantes ſcaturigines calidiſſimas, partes ulceratas tenuit ad excitandum ſudorem. Domum reverſus nihil applicabat ulceribus præter petias aquâ balnei madefactas. Sic iterato labore perfectè convaluit. Eâdem uſus methodo in nepote ex ſorore eum ſanitati reſtituit. Empiricus à quo habuit remedium, ulceribus applicabat unguentum geniſtæ

ex filis carptis. Unguentum geniſtæ fit ex floribus ſæpiùs infuſis in butyro Maiali & expreſſis inſtar olei hyperici.

Nonnullus magnas perficit curationes in ſcrofulis etiam ulceratis, linendo ulcera oleo ex bufonibus terreſtribus diſtillato per deſcenſum, inſpergendo eorum uſtorum ad nigredinem pulverem, exhibendo eundem pulverem nigrum diebus alternis pro diaphoretico, & ſuperponendo emplaſtrum ex gumm. variis, pulvere bufonum & floribus digitalis rubr. *Remedia Empirica.*

Quidam eas *non apertas* diſcutit litu ex oleo decoctionis bufonum & vitrioli Romani (aliquando albi) uſurpando mane & veſperi ante ingreſſum lecti, ſuperpoſitâ veſicâ; & diu propinat decoctum vulnerarium felici utplurimùm ſucceſſu. In *ulceratis* propinat etiam decoctum: applicat autem ad mundificandum & digerendum vulgare digeſtivum ex terebinthina & vitello ovi. Item ipſi πάγχρηστον unguentum in omnibus ulceribus quantumvis malignis ex he-

dera terreſtri cocta cum butyro, cum quo miras perficit curationes.

Alexius Pedem. curat ſcrofulas eas vulnerando ſcalpello, mox indendo foramini granum merc. ſublimati, eſcharam digerendo, detergendo, & ſiccando.

Vidi fœlicem iſtius methodi ſucceſſum in muliere, quæ Monſpelii pleroſque, ferè omnes pueros, ſcrofuloſos curabat, non tamen ſine magno dolore.

Præparentur placentæ (*macarons*) cum radice ſcrofular, & comedendæ pluribus diebus conſequentibus exhibeantur. Hoc pro arcano dedit Doctori Diodati Lugduno-Batavorum diſcedenti Heurnius ſenior vir doctiſſimus.

Spongia uſta in crucibulo vel ollâ fictili probè tect. operculo, & clauſis luto optimo juncturis, ſi quotidie diu detur ad ℥ß. plus minúſve in vehiculo idoneo perficit curationem tractu temporis. Memento quàm ſit efficax hoc remedium ad diſcutiendam bronchocelem.

℞ Herb. paronychiæ m. ij. magnos,

gnos, bulliat in quarta una cereviſiæ lupulatæ generoſioris ad medietatis conſumptionem: Colatura ſit pro 2. doſibus, ſumendis bis in die tribus ante & duobus poſt novilunium & plenilunium diebus, idque aliquod menſibus conſequentibus, ſine ullo alio medicamento, obſervatâ tantùm bona victûs lege. Generoſa quædam matrona Doctori *Bates* expertiſſimum hoc commendavit remedium ad ſcrofulas ulceratas agentes cuniculos.

LIBER SECUNDUS.

De Affectibus Thoracis.

CAPUT I.

De Cordis palpitatione.

HOc ſymptoma aliquando eſt *periodicum*, incertis invadens recurrénſque intervallis, ex abrupto incipiens & deſinens; aliquando *continuum*.

Mali origo. Ab hypochondriis ſæpiſſimè *origo mali*; naturalium viſcerum adeſt κακοπραγία, ſed etiam vitalibus partibus inuſta labes. Dyſpnœam utplurimum conjunctam habet.

Nota: Notandum eos qui diu partium ſpiritalium, pulmonum, *&c.* vitiis laborant, utplurimum incidere in hydropem thoracis, & tandem poſt ingentes

gentes anguſtias & recurrentes reſpirationis difficultates ſuffocari.

Obſtructiones viſcerum potenter aperi: ſubinde humores & craſſos & tenues evacua habitâ virium ratione: flatus diſcute: naturalia viſcera corrobora: à vitalibus revelle, deriva: cor refocilla, ac conſtringe cardiacis refrigerantibus, vel additis ſtypticis cum iis quæ penetrandi vi pollent. Conſiderationem ſcorbuti noli prætermittere. *Intent. curativ.*

Ad obſtructiones aperiendas, malignitatem humoris melancholici retundendam, vapores diſſipandos, &c. magna ineſt vis *chalybi*, quem vel in ſubſtantia ſumere poteſt æger; vel capiat ſal ſive vitriolum Martis, vel Martem potabilem. *Chalybeata.*

℞. rad. vincetox. cochlear. Batav. ſicc. ana ℥ij. rad. raphan. ruſtican. ſicc. ſem. naſturt. aquat. ana ℥j. rad. enul. calam. aromat. ireos Florent. ana ℥ß. cortic. rad. ſaſſafr. lign. aloës, lign. Winteran. flaved. arantior. & citr. ana ʒiij. herb. ſiccar. abſinth. vulgar. menth. meliſſ. coſti hortenſ. agerati, rutæ, chamædr. hyperic. *Elect. chalybeat.*

centatur. min. ſalviæ rubr. majoran. roriſmar. flor. lavend. ana ℥ij. ſem. angelic. ſativ. aniſ. fœnicul. paſtinac. cardam. macis ana ℈v. maſtich. terebinth. Cypr. coctura indurat. ana ℥iij. cremor. tartar. utriuſque ana ℥v. magiſter. corall. perlar. oculor. cancr. C. C. præp. ana ℥ijß. cum ſyr. ex vino Canarino per ſolam ſacchari diſſolutionem præparat. f. *Electuarium*, cui adde pro ſingul. ℥xvj. ol. cinam. & ſuccin. rectificat. ana ʒß. Omnia exactiſſimè permiſceantur. ℞ hujus Elect. ℥ß. vitriol. Martis vel animæ ☞ hepatis *noſtr. gr. x. mſ. aſcendendo paulatim uſque ad ℈j. & ultra uſque ad ʒß. Cap. quotidie manè per dies 30.

Alternis autem diebus immediatè ante cœnam ſum. ℈j. pil. Ruff. vel iſtiuſmodi ad alvi aſtrictionem præcavendam.

Pil. balſam. chalybeat. Vel loco iſtius Elect. ſumat æger doſin pil. ſeq. ℞ gum. guaiac. aloës ana part. æqual. f. pulvis ſubtiliſſim. excipiend. ſ. q. balſam. Peruvian. nigr. f. maſſa pilular. de qua cap. ℈j. vitriol. Martis gr. x. mſ. formentur pil. nº 3. deaurat.

deaurat. additâ guttâ unâ ol. cinamomi, exhib. mane horis quatuor ante prandium per dies 30. vel plures, ſi opus fuerit. augendo quantitatem Martis, & pro re nata addendo gr. j. vel alterum extract. Alhandal.

Ad diſſipationem vaporum melancholicorum. ♃ terebinth. Cypr. maſtich. puriſſ. ana ℥ij. gumm. guaiac. benzoin. ana ℥j. ambr. griſ. ʒß. moſchi ℈j. ſal. abſinth. ℈ij. balſam. Peruvian. q. ſ. mſ. f. maſſa pilular. Doſis ʒj. per dies 8. vel 10. manè. Vel dentur gutt. ij. vel iij. ol. ſuccin. rectificat. in pane format. in pilulas. *Ad vapores melancol.*

Ad palpitationem cordis *pilulæ* hæ multùm valent. ♃ magiſter. perlar. corall. ocul. ♋ ana ʒj. lap. contrayerv. viperin. Virgin. ana ʒß. ultramarin. ℈ij. lap. gagat. præp. ʒj. ambr. griſ. ʒß. moſch. ℈j. cum extracto hyperic. f. maſſa pilular. Doſis ʒß. per dies 20. aut plures, ſuperbibend. vini Viperini momentum, quod ipſum eſt remedium haud contemnendum. *Pilulæ ſpecificæ*

Item *Tabellæ* hæ: ♃ ceruſſ. anti- *Tabellæ*

mon. ℨß. magiſt. corall. perl. ocul. cancr. corn. cervi ad albedinem calcinat. ana ℈ß. confect. alkerm. ℈j. ſacchar. cryſtall. ʒj. Optimè miſceantur & excipiantur ſ. q. mucilag. gumm. tragacanth. f. paſta ex qua tabell. lento calore ſiccand. Tales tabellæ præparentur n° xx. Sumantur mane vel per ſe, vel cum liquore aliquo convenienti ad faciliorem deglutitionem.

Ad hepatis duritiē remedia.

Si *hepati* malè ſit, tactuíque iſtud *durum* appareat, eidem applicetur *Emplaſtrum pro hepate noſtrum**. At ne confirmetur durities in ſcirrhum, & ut unâ operâ emolliendo aperiamus, & per urinas ducamus, *pilulæ* ſeq. efficaciſſimæ ſunt. ☞

Pilulæ.

℞ rad. ari præp. terebinth. Venet. cocturâ indurat. gumm. guajac. natural. ana ʒij. maſtich. ʒiij. extract. abſinth. ſolid. ℥ß. ſalium abſinth. cardui benedicti, corall. ocul. ♋ ana ℈ij. gumm. ammon. in ſuccis depuratis meliſſ. & cochleariæ Batavæ diſſolut. & inſpiſſat. ad pondus omnium. Mſ. & cum ſ. q. balſami Peruv. f. maſſa pilular. de qua capiat æger

per

per plures dies conſequentes (30. 40.) ℨj. quotidie manè, ſuperhauſto cerevisiæ antiſcorbuticæ momento, horis 4. ante prandium.

Extractum abſinthii. ℞ abſinth. vulgar. m. iij, rad. ſchelidon. major. ℥ij. rad. aſari ℥j. fol ſiccor. chamædr. chamæpit. menth. meliſſ. rutæ ana m. j. coq. in vino Canarino, exprime, coagula.

CAPUT II.

De Tuſsi.

ALvus ſolvatur; catarrhus ſiſtatur; humores, ſi tenues, incraſſentur; ſi craſſi, attenuentur; eorum acrimonia temperetur; ſomnus concilietur, non narcoticis (quibus pulmones obſarciuntur) ſed blandis hypnoticis; interdiu expectoratio promoveatur; tandem purga. *Indicationes.*

Si alvus adſtricta ſit, primò enemate ſolvatur; dein in corpore plethorico ſanguis mittatur. Poſtea *catarrhus ſiſtatur* ſequentibus. *Catarrhus ſiſtatur. Electa.*

℞ conſ. roſ. rubr. & flor. nenupha-

ris (vel papav. rhœados) ana ℥j. pulpæ paſſularum, medullæ ſem. melon. in aq. roſar. per tres horas infuſ. ana ℥ß. magiſt. perlar. & corall. dulcis ana ʒj. gumm. tragacanth. & Arab. ſubtiliſſimè pulverizat. ana ℈j. ſyr. de papav. rhœad. & de papav. comm. ana ℥ß. Mſ. f. *electuarium* inſtar Opiatæ, de quo cap. inſtar jugland. ter vel quater in nycthemero urgente tuſſi, tenendo in ore & ſenſim deglutiendo quod diſſolvetur.

℞ pulp. paſſular. per ſetaceum traject. ℥iij. pulv. glycyrrhiz. ʒiij. terr. ſigillat. nuc. moſchat. aſſat. ana ℈ij. ſtyrac. calamit. ʒj. ſacchar. in aq. roſ. & betonic. ſolut. ℔j. Ex arte f. *Electuarium*: vel addatur mucago rad. alth. ſymphyt. ſem. malv. extracta in aq. prædict. & f. *tabellæ* ſine coctura, ut *a. e.* Hæ incraſſant, & ſiſtunt fluxionem tenuem, ſi in ore teneantur, ſenſim deglutiendo quod diſſolvetur.

Tabellæ

Potio fluxionem à pulmon. derivãs

A pulmonibus derivetur fluxio tenuis potione ſeq. ℞ rad. glycyrrhiz. polypod. ana ℥ß. rad. tuſſilag. ʒiij. paſſular. par. iij. prun. dulc. par. ij. ſol.

ij. fol. ſenn. mund. ʒvj. crem. tartar. ʒij. ſem. aniſ. & fœnicul. ana ʒjß. f. decoctio & colatura ad ℥iiijß. In quibus diſſolv. mann. Calabr. colatæ puriſſ. ſyr. roſ. pallid. comp. cum agaric. ana ℥j. mſ. f. *potio.*

Ad *roborandum cerebrum* & ſiſtendum à capite fluentem catarrhum. *Cucufa cerebrũ roborans.* ℞ rad. pœon. maris ℥ij. rad. cyperi ℥iij. ireos Flor. ℥jß. roſ. rubr. ℥ijß. maſtiches ℥j. ſem. coriand. nigell. Rom. macis ana ℥ß. ſuccini, C.C. ad albedinem uſti, oſſ. hum. & cranii calcin. ana ℥iiij. f. pulvis craſſiuſculus excipiendus bombace & ſyndone interbaſtat. & f. *Cucufa* continuò geſtanda.

Vel ℞ maſtich. ſandarac. ana ℥ß. *Suffitus.* roſ. rubr. ʒiij. ſtyrac. calam. benzoin. ana ʒj. coriand. præp. ſem. nigel. Rom. ana ʒij mſ. f. pulvis craſſiuſculus pro *ſuffitu* operimentorum capitis uſurpando mane & veſperi.

Catarrhum ſiſtunt, & humorem *Pil.* defluentem per ſedem eliminant *pil.* compoſitæ ex aloë roſat. vel pil. coch. min. addit. gr. aliquot pil. de ſtyrace vel cynogloſſa: hæ autem ſumantur

mantur ſub ingreſ. lect.

Expectorantia. Ad *expectorationem* promovendam, cùm pulmones humoribus pituitoſis jam obfarcti ſunt, ſequentia in uſum trahantur.

Elect. ℞ rad. tuſſilag. recentium mundat. & minutim inciſ. ℔j. Coq. cum aq. ejuſdem donec molleſcant & contundi poſſint, aqua per ſetaceum ſeparetur, radices in mortar. marmor. contunde, & pulpam reſerva trajectam: dein ℞ pinear. amygdal. dulc. ana ℥iij. pulp. paſſul. exemptis arillis ℥ij. diligenter trita miſceantur cum pulp. radicum, & cum decoct. ſupraſcript. & ſacchar. ℔ij. coq. ad conſiſtentiam. Doſis quantitas nucis moſchat.

Acrimoniam humorum corrigunt corall. marg. ocul. 69 terr. Lemn. bol. Armen. omniáque teſtacea & terrea, quæ pro re nata elect. dict. inſpergi poſſunt.

Syrupus magiſtralis. ℞ glycyrrhiz. Hiſpan. ℥iiij. rad. alth. ſymphyt. maj. ana ℥iij. ſcabioſ. totius, tuſſilag. totius, veron. mar. ulmar. heder. terreſtr. ana m. iij. pulmonar. arbor. hepatic. adianth. polytrich.

lytrich ling. cervin. marrub. alb. ana m. j. flor. herb. paralyſ. veton. rubr. ana p. viij. fl. ſambuc. p. iiij. ſummit. hyſſop. p. ij. dactyl. ficuum, jujub. ſebeſten. paſſul. ana ℥jß. ſem. fœnicul. dulc. aniſ. ana ℥j. ſem. malv. bombac. ana ℥ß. Coq. in aq: hord. q. ſ. Colaturæ clarificatæ ℔iv. adde mell. alb. deſpumat. ſacchar. cand. alb. ana ℥xij. mell. paſſul. ℥x. f. ſ. a. *ſyrupus*, & indatur nodulus ſæpe comprimendus ex iride Flor. coriand. præp. ana ℥ß. nuc. moſchat. cinam. ana ʒij. mſ. ♃ hujus ſyrupi ℥iiij. *ſyr. ex rapis* ℥ij. ol. ſulph. per campan. ʒß. mſ. f. linctus cum bacill. glycyrrhiz. delambend. *Syrupus* verò *ex rapis* f. ex ſtratificatione rapar. ſub cinerib. coct. & in taleolas inciſ. cum pulvere ſeq. in vaſe idoneo. ♃ ſacch. ℔j. glycyrrhiz. ſem. coriand. pulv. ana ℥j. ireos Flor. ℥ß. mſ. f. pulvis. Cacabo aquæ ferventis indantur, in vaſe fictili vitreato bene tecto priùs locata, relinquantur per hor. vj. & liquamen effundatur ad uſum. *Syrupus raparũ.*

Optimæ *tabellæ* pro tuſſi in genere ſunt ſequentes. ♃ ſem. papav. alb. *Tabellæ ad tuſſim.*

rec.

rec. ℥iiij. Infund. per hor. vj. in aq. papav. alb. & rhœad. ana q. ſ. Poſt intumeſcentiam teratur in mortar. marmor. & cum eadem aqua f. Emulſio ſpiſſa. ♃ ſacchar. alb. ℥xvj. glycyrrhiz. Hiſpan. pulv. ℥j. amyl. ℥ß. bol. armen. pulv. aut terr. ſigillat. C. C. uſt. ana ʒij. f. alcohol, & cum emulſione dicta & mucag. gumm. tragac. q. ſ. f. paſta pro *tabellis*. Pro diverſis intentionibus addi poſſunt pulv. roſ. rubr. flor. papav. alb. rhœad. *&c.*

N. B. Conveniunt tuſſi decocta pectoralia, hydromel, eclegmata, & trochiſci poſtea in Cap. de Phthiſi deſcript. ut emulſiones, hordeata, ſulphurata, omniáque papaverina.

Cerevisia medicata. In Catarrho inveterato bibatur *cereviſia medicata* ſeq. pro potu ordinario. ♃ ſarſæparill. ℔j. rad. arundin. vallatoriæ ℔ß. lign. ſaſſafr. ℥iij. raſur. lign. lentiſc. ℔ß. ligni roriſmar. ℥iiij. raſur. C. C. & eboris ana ℥iijß. rad. tuſſilag. ʒviij. nuc. moſchat. per fruſta ſect. ℥j. alæ fortioris galon. vj. Includantur ſpecies ſacculo è te-

la rara, pendeant in cereviſia inter defæcandum. Poſt defæcationem ſervetur cereviſia in lagenis optimè obobturatis in uſum dictum.

Ad tuſſim puerorum convulſivam (Echi cough dictam) convenit panis toſtus cum butyro & melle pro jentaculo. Item mucilago malvæ vel althææ coct. in lacte & traject. addito ſaccharo. Aut flores ſulphuris in tabellis. Præ omnibus verò *mures* exenterati detractâ cute, vino abluti, deterſi & exſiccati in clibano donec poſſunt pulverizati, ad n. 2. aut 3. intra tres dies. Sum. mane à prandio, & lecti ingreſſu. *Tuſſis puerorũ convulſiva.*

In *pulmonum repletione in infantibus* optimum eſt *ſemen naſturtii* quantum duobus aut tribus digitis poteſt contineri linteo incluſum, aquâ calidâ aut vino infuſum, mane expreſſum, & expreſſioni addit. urin. pueri & mell. roſ. ana cochl. 1. Sumatur totum mane, & ſæpiùs repetatur. Eſt medicamentum nulli ſecundum in pulmonum infarctu, imo ubi ſtertore fere ſuffocantur infantes. Optimum quoque eſt liquor *raphani*, ſi in taleolas *In pulmonum repletione in infantibus.*

leolas ſcindatur radix & ſtratificetur cum ſaccharo in vaſe nou poroſo, unde extillabit ſyrupus qui cochleatim eſt exhibendus.

CAPUT III.

De Aſthmate.

Intentiones curativ. TOtum corpus evacuatione generali primò deplendum eſt, dein à pulmonibus revellendum, denique partes illæ ab obſarctu liberandæ ſunt & à corruptione immunes tuendæ.

Venæſectio. In plethoricis, poſt clyſterem injectum & rejectum, *ſanguis* imprimis *mittendus* eſt è brachio: dein ſi ventriculus humorum ſaburrâ gravari videatur, *Emeticum* aliquod lenius propinandum eſt. *Vomitus.* Poſtea ad *purgantia* per alvum pergendum eſt, quorum hæ ſint formulæ. *Purgatio.*

Potio. ℞ ſartiæparill. ℥iij. raſ. ligni ſancti ℥jß. lign. ſaſſafr. ℥ß. ſummit. hyſſop. & marrub. alb. ana p.j. crem. tartari ʒij. fol. ſenn. mundat. minutim inciſor. vino albo odoro nutritorum

℥v.

ʒv. turbith gummoſ. ʒjß. zinzib. ℈j. f. omnium decoctio & colatura: In qua reduct. ad doſin mediocrem diſſolve diaphœnic. ʒij. ſyr. roſ. pallid. comp. cum agaric. mann. Calabr. ana ℥j. Mſ. f. *potio* danda in aurora horis tribus ante juſculum, cum exactâ cuſtodiâ. Vel.

℞ ſarſæparil. rad. chin. ana ʒiij. rad. tuſſilag. ſcabioſ. pulmonar. glycyrrhiz. ſem. aniſ. cartham. ana ℥ß. fol. ſenn. ℥ß. agaric. ʒij. f. decoctio & colatura. in quâ diſſolv. ſyr. roſ. comp. cum agaric. & mann. Calabr. ana ℥j. f. *potio* pro unâ doſi, bis térve (prout opus fuerit) repetendum diebus paucis interpolatis.

Vel ſi *pilulæ* magis ægro gratæ ſint, ad minus ſemel in ſeptimana purgetur pil. ſeq. ſumendis horis duabus poſt cœnam levem. ℞ maſſ. pilular. de hierâ cum agarico, & maſtichinar. Fernel. ana ʒij. pilular. Macri ℥ß. mſ. & cum ſucco caulium ſaccharato f. maſſa, addendo olei aniſi gutt. xij. Capiat à ʒß. ad ℈ij. vel ʒj. *Pilulæ.*

Toto

Syr. lenitiv. ex prunis. Toto curationis decurſu alvi adſtrictio caveatur, quod optimè f. medicamento ſeq. ℞ prunor. major. ſiccor. Turonenſ. (ſi haberi poſſint) ℥xvj. Coq. in ſ. q. & æq. part. aquæ fontanæ puriſſimæ & vin. alb. tenuis non acidi donec perfectè intumeſcant; *ſyrupus* ſive ſuccus prunorum ab iis ſeparetur: Seorſim verò ℞ fol. ſenn. mundat. cort. med. frangul. ſicc. ana ℥j. cinamom. inter. ʒß. Omnia infundantur per hor. 24. in prædict. liquoris ſ.q. ad levem balnei vel cinerum tepidulórum calorem: f. expreſſio & colatura, in qua diſſolv. ſacchar. cryſtall. mann. Calabr. granatæ ana ℥iiij. f. autem ad leviſſimum calorem hæc diſſolutio, quæ reducta in *ſyrupum*, & permiſta ſucco prunorum reſervato affundatur prunis, quæ ſerventur in vaſe fictili vitreato idoneo ad uſum. Cap. quotidie mane pruna ad minus quatuor & cochleare unum ſyrupi.

Revelſentia. Clyſter. Ingruente paroxyſmo tentetur ſtrenua *revulſio clyſtere* acriori, cujus liquori incoxerit ſenna, in colatura verò diſſolvatur diaphœnic. confectio

ctio Hamech, hiera diacolocynth. Immò ſi potentiùs revellere ſit animus, ʒjß. vel ʒij. pulpæ colocynthidos macerentur per diem naturalem in ℥viij. vini albi. Expreſſio miſceatur cum ℔j. juſculi omaſor. & inteſtin. vervecis, atque injiciatur.

Revellendum quoque *frictionibus, cucurbitulis*, & *veſicatoriis*, quæ ex mediano viburni cortice potiùs fiant quàm ex cantharidibus. *Chirurgica.*

Suſpendatur fluxio à capite in pulmones *Emplaſtro* ſuturis applicito ex ladano, maſtiche, thure, ſandaracha, ſtyrace, benzoin. roſ. rubr. ol. cydon. paucâ ſtyrace liquidâ & ſ. q. ceræ exceptis. Vel ℞ empl. de betonic. partes duas, empl. contra herniam part. 1. ſuccin. ladan. ana ½. Incorporentur cum balſamo Peruviano, & ſuturæ ſagittali admoveantur in alut. extenſ. *Emplaſtrum capiti admovend.*

Ad pulmones ipſos ab obfarctu liberandos exhibeantur ſequentia.

℞, rad. enul & Ireos Florent. ana ℥jß. rad. tuſſilag. ℥ij. rad. alth. ʒvj. glycyrrhiz. raſ. ʒx. fol. hyſſop. marrub. alb. pedis cati ana m. j. bacc. junip. recent. *Expectrãtia ſpecifica. Syrupi.*

recent. contuſar. ℥j. ſem. tabaci ℥ß. f. omnium decoct. in ſ. q. aq. ſcabioſ. tuſſilag. card. bened. Colatura clarificetur, cui add. mellis Narbonenſ. deſpumati ℔j. Levi coctura reducantur in *ſyrupum* perfectè coctum, qui acidus reddatur ſ. q. ſp. ſulph. Utatur è bacill. glycyrrhiz. contuſ. vel è cochl. ſenſim lambendo & deglutiendo, bis vel ter in die, præſertim cum viſcidior pituita bronchiis impacta hærebit.

℞ rad. enul. per tenues taleolas ſect. ℥j. glycyrrhiz. Hiſpan. itidem diſſect. ℥ß. ſummit. ſiccar. marrub. alb. & hyſſop. ana ʒij. ſem. aniſ. recent. contuſor. ʒv. flor ſulph. ℥ß. Hiſce omnibus in paropſide ſtannea affund. aq. vit. quæ habeat circiter quartam partem phlegmatis ℔ij. ſacchar. alb. ℔j. mell. albiſſ. ℔ß. Incendantur ſuper lento igne, & f. continua agitatio, donec liquor fuerit reduct. ad *ſyr.* conſiſtentiam: f. colatura per pannum ſtamin. cujus portio reddatur acidula pauc. gutt. ol. ſulph. per campanam extract. ſumend. ex cochlear. urgente ſpirandi difficultate

&

& ſtertore, ſedulò extuſſiendo id quod attenuatum à pulmonibus aſcendet.

Oleum item *ſacchari* utile eſt, quod paratur ex ſacch. cum aq. vit. quæ habeat aliquid phlegmatis, accendantur, & f. continua agitatio donec conſumpto ſpiritu remaneat veluti ſyrupus, cui ad majorem penetrationem aliquid aq. cinam. & ol. ſulph. poterit admiſceri. Incidit potenter in Aſthmate, multò verò magis ſequens *Compoſitum.* ♃ rad. ireos Flor. ℥ij. enul. camp. ℥j. rad. tuſſilag. & glycyrrhiz. ana ℥ijß. fol. ſicc. ſcabioſ. roris ſolis ana m. j. ſummit. ſicc. hyſſop. & marrub. alb. ana p. ij. flor. aut lact. ſulph. ʒij. Omnia minutim conciſa infunde in tribus partibus optimi ſpiritûs vini & una aq. roris ſolis, & eâ quantitate quæ ſupernatet iiij. digit. per 3. dies vas quotidie agitando, mox fiat colatura, cui add. dimid. pondus ſacchari. Incende ut ſuprà, & fac veluti ſyrupum, continuò agitando. Huic adde tertiam partem *mellis paſſulati.* Utere ex bacill. glycyrrhiz. aut cochlear. Mel paſſula-

Oleum ſacchari ſimplex.

Compoſitum.

ſulatum ſic fit. ℞ uvar. paſſar. ℔iv. aq. ℔xij. Macerentur hor. 24. deinde coquantur ad remanent. tertiæ partis; colentur; Colatura coquatur ad mellis conſiſtentiam; deinde reponatur.

Pulveres. ℞ flor. ſulph. ter ſublimatorum ℥j. flor. benzoini bis ſublimatorum ℥ß. croci orientalis ſubtiliſſimè trit. ʒij. mſ. Capiat ʒß. ſingulis matutinis ex ovo ſorbili horis 3. ante prandium.

℞ flor. ſulph. gr. v. part. alb. benzoin. ſuccin. præp. ana gr. vij. ſacchari roſati gr. x. mſ. f. *pulvis* ſubtiliſſ. ſumend. ut priùs, ſuperhauſto cereviſ. medicatæ poſteà deſcribendæ momento.

Bolus. Vel ℞ flor. benzoin. vel, ſi deſint, unguium ejuſdem ſive part. alb. flor. ſulph. ana ℈j. myrrhæ elect. ℈ß. f. pulvis ſubtiliſſimus excipiendus paucâ terebinth. Venet. in aq. hyſſopi ad albedinem lotâ, f. *bolus* exhibendus mane ſuperhauſto alæ maciatæ calentis momento, ſuperambulando leviter, dilato ad 4. hor. prandio.

Repetatur

Repetatur per 8. vel plures dies conſequentes.

Prodeſt *Electuarium* ſeq. ♃ rad. enul. recent. optimè mundat. & contuſ. ℥v. paſſularum ſolis exarillatarum ℥xij. ficuum mollium, uvar. Corinthiac. ana ℥iiij. glycyrrhiz. Hiſpan. per taleolas ſect. vel contuſ. & conciſ. ℥iß. Coquantur omnia donec molleſcant in ſ. q. aq. hyſſop. eryſim heder. terreſtr. & enul. terantur dein in mortar. marmor. & trajiciatur pulpa per ſetaceum, quæ cum reſiduo decoctionis lentè coquendo inſpiſſetur: Ad hujus ℥xij adde mellis albiſſ. deſpumati cum aq. dict. ℥iiij. ſacchari cryſtallini ℥vj. macis ſubtiliſſimè pulverizat. ʒj. caryophyllor. ʒß. croci in in alkool reduct. ℈j. ol. ſtillatit. aniſi gutt. xxx. acetoſit. ſulph. q. ſ. ad gratum ſaporem: Mſ. f. *Electuarium* inſtar Eclegmatis, de quo capiat ſubinde ex apice cultri ad quantitatem fabæ ſenſim deglutiendo moleſtantibus & ingraveſcentibus dyſpnœâ, ſtertore & tuſſi. *Electuarium.*

Vel ♃ glycyrrhiz. Hiſpan. per tenues taleolas ſect. ℔ß. Inſunde in ſ.

q. aq. hyſſop. per 3. dies & totidem noctes, f. colatura, cui adde ſacchar. albiſſ. ℔j. pulp. rad. enul. longâ contritione in mortar. marmor. in pulpam redact. ℥iiij. f. *Elect.* de quo cap. ſubinde ad quantitatem avellanæ, tenendo in ore, ſenſim deglutiendo id quod diſſolvetur.

Mumia ex pulmonibus. *Mumia ex pulmonibus* inſignis eſt efficaciæ. ℞ pulm. hom. ſan. violentâ morte interempt. vel ejus defectu, vulpis, agni vel vituli; ſecetur plurimis diviſuris, ita ut vaſa omnia, ſive aſpera, ſive lævia aperiantur. Exprimantur optimè contenta, mucus & ſanguis; abluantur vino generoſiſſimo albo, Hiſpanico aut Græco, ſiccetur linteo, ſecetur in particulas, atque in aſſere ſiccetur in clibano poſt exemptum panem. Hujus in minutiſſimas partes redacti ℞ ℥vj. ireos Florent. ℥iij. ſtyrac. calamit. ℥j. mſ. & cum aq. roris ſolis per digeſtionem in balneo roris f. tincturæ extractio, liquoris tincti per chartam filtratio, & evaporatio in extractum mellagineum, cujus ℥iiij. addatur ℥ß. flor. benzoin. albiſſimor. non fœtidor.

fœtidor. ab empyreumate. ℞ tuſſilag. tot. in umbra ſiccat. (id quod de cæteris ſimplicibus etiam intelligendum eſt) ℥vj. glycyrrhiz. rec. ʒiv. rad. enul. camp. ℥ij. ſcabioſ. totius ℥iij. roris ſolis, pedis cati ana ℥jß. marrub. alb. eryſimi, hyſſop. ana ℥j. cum hydromelite malvatico limpidiſſimo, vel cum aq. pectorali paretur Extractum mellagineum, ut ſuprà.

℞ extract. primi ex pulmon. ℥ij. extract. ſecund. ℥iiij. mellis parati ex ſex partibus paſſul. quatuor dactyl. & duab. jujub. ſimul in hydromelite coct. ℥viij. penid. mell. deſpumat. albiſſ. ſacchar. violat. ana ℥v. lact. ſulph. non fœtent. ℥ij. rubin. ejuſdem non fœtid. ℥ß. pulp. rad. alth. & ſymphyt. maj. extract. per decoct. in hydromel. malvat. vel per coct. ſub cineribus ana ℥ijß. mucilag. ſem. cydon. pſyll. & malv. æqual. proport. mixtor. eodem liquore extract. ℥j. mſ. agitentur diutiſſimè, inſolentur, vel in ſimili calore ſerventur per dies 40. ad perfectam fermentationem, quotidie ſpatulâ ligneâ ſedulò agitando.

Dulcis. Confectio iſta optimè fermentata in duas partes dividatur, altera ſervetur uſurpanda in affectibus pulmonum qui irritationibus non indigent, et fluxione-ferinâ, tuſſi ſiccâ, tabe ſine ulcere, pleuritide etiam & peripneumoniâ, ſatis per phlebotomiam ſublato inflammationis periculo. In ſumma, ſit dirigens & præſervans hoc remedium, cui juxta indicationes varias & mixtas idonea addere licebit. —

N. B. Putredinem & corruptionem ex pulmonibus perbellè arcebit *Mumia*, quæ ob ſimilitudinem in partem affectam aget potentiſſimè.

Acida. Pars altera reddatur *acida* inſtillato ſulphuris oleo, eiſque juxta neceſſitatem addatur quarta aut ſexta pars olei ſacchari compoſiti ſuprà deſcript. (ubi hæret in bronchiis pituita viſcidiſſima) olei aniſ. gutt. aliquot. Valet in Aſthmate, catarrho ſuffocante, *&c.* ubi expectoratione opus eſt.

Tabella. ℞ ℥j. mucilag. rad. althææ extractæ per decoct. in ptiſana, ſive decoct.

decoct. rad. enulæ, ireos, glycyrrhizæ & comarum hyſſop., pulveris diaireos ℨiij. florum vel potiùs lactis ſulphuris in ſp. vini ſæpiùs infuſ. & ad ſolem vel ſimilem calorem ſiccat. ℥ß. flor. benzoin. ℨij. ſacchar. albiſſ. ℥viij. mſ. & addito pauco hydromelite malvatico f. *tabellæ* ponderis ℨij. quarum unam ſenſim deglutiat ſingulis noctibus in ingreſſu lecti.

Vel ♃ fol. tuſſilag. ſiccor. dempto tomento alb. ℥ß. glycyrrhiz. ℨvj. pulv. rad. alth. ℨiij. ſacchar. cryſtal. ℥viij. lact. ſulph. (vel ſi deſit, flor.) ℥ß. exactè redacta in alkool excipiantur mucagine gumm. tragacanth. ſatis liquid. extract. in aq. ſtillatit. hyſſop. & marrub. alb. f. paſta ex quâ *tabellæ* hypoglott. ad uſum ordinarium.

♃ ſuccini albi præp. oliban. maſtiches, ſandarac. ana ℨß. gumm. anim. pellucidiſſ. myrrhæ ana ℨj. gum. guaiaci ℈ij. croci ℈j. Trita omnia ut alkool excipiantur ſ. q. balſam. Peruvian. nigri, f. maſſa *pilular.* ex cujus ℨj. formentur pilulæ n° vj. Cap. quotidie mane pilulas primò tres, deinde *Pilulæ.*

 ſucceſ-

ſucceſſivè 4, 5, 6. ſuperhauſto cereviſiæ medicatæ ſeq. vel alæ maciatæ calentis momento, dilato ad 2. vel 3. horas cibo.

Victus. A cibis flatulentis, & craſſum viſcidúmve ſuccum præbentibus abſtineat æger; coctu autem facilibus, partibúſque tenuioribus conſtantibus veſcatur.

Potus. *Potus ordinarius* ſit iſtiuſmodi. ♃ rad. chinæ per taleolas ſect. ℥iiij. raſur. abiet. recent. reſinoſ. ℥vj. ſantali albi & rubri ana ℥ij. lign. Nephrit. ℥iij. raſ. C. C. & ebor. ana ℥jß. betonic. & veronic. mar. ſcabioſ. ſicc. ana m. jß. flor. herbæ paralyſ. p. viij. flor. ſalviæ & roriſmar. ana p. iiij. nuc. moſchat. ℥ß. Hiſce conciſis, ſacculo ex tela rara incluſis & conjectis in doliol. juſtæ capacitatis affund. cereviſ. non-lupulat. gallon. vj. cereviſ. lupulat. rec. gallon. ij. ſinatur fieri fermentatio ad perfectam depurationem per octiduum; liquor limpidus ad medias uſque depromatur ex vaſe uſûs tempore; reliquum excipiatur lagenis lapideis apprimè obturandis.

♃ rad.

℞ rad. chin. ℥ij. ſarſæparil. ℥iiij. lign. ſaſſafr. ℥j. rad. enul. ℥ß. tuſſilag. ſcabioſ. pulmonar. marrub. hyſſop. ana m. j. Coq. in aq. com. q. ſ. ad ℔ iiij. additâ octavâ mellis parte f. *hydromel* condiendum pulvere ireos Florent. Cap. per plures ſeptimanas bis in die longè à paſtu ℥viij. Sufficient hæc in ſex doſes. *Hydromel.*

Præter medicamenta *interna* jam tradita, *externa* quædam quandoque utiliter adhibentur. v. g. *Externa.*

Suffitus ſiccus. ℞ ſulph. ʒij. oliban. ℥ß. ſuccini ʒiij. trita omnia ut alkool ſubigantur cum duobus ovorum vitellis in porphyrite inſtar pigmenti pictorum; hæc mixtura illinatur foliis latis tuſſilaginis: ſiccentur omnia, & f. pulvis craſſiuſculus pro ſuffitu interioris lecti, uſurpando paulo ante horam ſomni. Pro ratione tolerantîæ excitetur idem fumus in cubiculo mane circa horam nonam, videndo nè quid nimis, ut ei paulatim æger aſſueſcat. Vel f. ſuffitus cum aviculis Cypriis ex ladano, ſtyrace, benzoin. thure, maſtiche, carbone ſalicis, *&c.* *Suffitus.*

Suffitus humidus ex lavendulâ, thymo, hyſſopo, ocymo, caryophyllis, cortice citri flavo, maceratis in vino albo generoſo & tantillo aceti.

Fumus per tubum. *Fumus per tubum* exceptus. ♃ rad. enul. ſicc. ſol. marrub. alb. & hyſſop. ana ʒij. tabaci Indici ʒiij. auripigment. ℥ß. f. omnium pulvis ſubtiliſſ. qui excipiatur vitell. ov. & lævigetur in porphyrite inſtar pigmenti pictorum, atque extendatur penicillo in foliis tuſſilag. & ſinantur omnia ſiccari perfectè. Incidantur folia uſûs tempore inſtar tabaci, & fumus excipiatur ex tubo ſeu fiſtula mane jejuno ventriculo, & paulo ante ingreſſum lecti valde extuſſiendo.

Vel ♃ fol. tuſſilag. ſiccor ℥j. fol. roriſmar. ʒiij. tabac. Indic. ʒij ſuccin. ℥ß. f. pulvis cui inſtillentur paucæ guttæ ol. aniſ. ſervetur in pyxide, atque ejus *fumus* attrahatur ex tubo, præſertim mane jejuno ventriculo, & aliàs longè à paſtu dyſpnoeâ premente.

Fotus. Expectorationem procurat *fotus* ex decocto tuſſilag. juniperi, hyſſopi, marrubii, enulæ, tabaci, mixto

cum

cum parte una hydromelitis malvatici, & partibus duabus olei communis.

Emplaſtrum ſeq. præſertim hyeme, toti pectori applicat. & continuò geſtat. decimo quoque die renovand. ſuperpoſito panno laneo molli, valde proficuum eſt. ℞ emplaſtr. diachyl. ireati ℥xvj. picis Burgund. depurat. ℥viij. ol. hyperic. ℥jß. terebinth. Venet. ℥ß. Liquentur ſimul lento calore, mox addantur ſequentia ſubtiliſſimè pulverizata, *viz.* rad. enul. ſem. cumin. ana ℥j. ſem. aniſi, agaric. albiſſ. ana ʒvj. fol. marrub. alb. hyſſop. flor. chamæmel. ana ℥ß. cort. rad. ſaſſafr. ʒiij. ſulph. viv. ℥ij. croci ʒij. Redigantur in maſſam *Emplaſtri*, addit. ſ. q. ceræ flavæ. Hujus portio extendatur in aluta molli formæ debitæ. *Emplaſtrum.*

Veſicæ denique aptis locis (v. gr. brachiis) excitatæ aliquando levamen aliquod ferunt. *Veſicatoria.*

CAPUT IV.

De Hæmoptoë.

“ANtequam praxin in hoc ſymptomate Mayernianam deſcribam, præmittendam duxi (Lector) Epiſtolam doctiſſimi Doctoris *Bate*, conſilium ab Authore noſtro petentis de quodam hæmoptoïco cui remedia communia parum profuêre; unà cum Authoris noſtri reſponſione. In his enim quæcunque ferè ſymptomati huic opem potiſſimam ferunt, deprehendes.

Amico ſuo honoratiſſimo

Theod. Mayerne, *Eq. Aur.*

Excellenteſſime Vir,

NObilis Eques cui anno noviſſimo tua fœliciter ſubvenit ἰατρείᾳ, ad idem novis conſtitutus anguſtiis confugit aſylum. Præcedentibus

tibus (quos tuum conſilium & nuncius in memoriam refricabunt) eluctatus eſt affectibus. Diu nè catarrhi vel tuſſis veſtigium extitit : Sola per circuitus erraticos laceſſebat hæmoptoia; leviuſcula tamen & quæ ſuâ ſponte intra biduum ſiſti ſolebat. Longior ero hiſtoriâ præſentium retexendâ.

Circa duos retro menſes ab equeſtri curſu per octo milliaria concitatiſſimo conſueta ſupervenit hæmoptoia , quæ moras trahebat ſolitò longiores, & nullis oppugnata pharmacis per clandeſtinos progreſſus ingruit rapaci adeò torrente, ùt parum abſuerit quin extremo funderet cum ſanguine vitam. Ipſe in conſilium acceſſitus , repetitâ medianæ , nec non ſaphœnarum *phlebotomiâ* , *ligaturis & frictionibus* extremorum dolorificis , *cucurbitulis* lienis hepatíſque regioni, ſuris plantíſque pedum adhibitis; *julapiis* ex tincturâ roſarum rub. & ſantali rub. cum aq. roſ. & ſp. vitrioli, latice fontano cum album. ovi, cretæ alkool & ſyr. nymphææ tranſvaſat. ſtillatitiis aquis ſperm. rana-

rum, & portulacæ cum magiſterio corall. & ſyr. conſolidæ; *eclegmatibus* ex conſerv. roſ. & conſolid. cum lap. hæmatit. & terra ſigillat. & bolo ſyrupóque roſ. ſicc.; *mucilaginibus* ex ſem. cydon. & gum. tragacanth.; *pulveribus* ex amylo, bolo, *&c.* non intermiſſis *urticæ ſucco, muſco de cranio humano, ſanguine arefacto, laudani* grano non ſemel adjecto, materiæ torrentis minuendæ, convertendæ, incraſſandæ, nec non illius orgaſmo compeſcendo, indeſinenter incubui. Sed fruſtra diu, donec poſt tres dies indefeſſis victi conatibus, alveis recondi propriis hi fluctus inceperunt. Deinde *ſp. vitrioli* aliquantulo, pauculíſque *aceti roſ.* guttis *ſyr. jujub.* nec non *conſolidæ* immiſtis θρόμβους exciere ſpiritalibus ſtudui. Poſtremò *quietem* imperavi; *victum* refrig. & viſcoſum & analepticum ex *gelatinis* de pedibus ovinis & vitul. cum raſura C. C. eboriſque coctis cum ſem. frigid. majoribus & auricula muris; *panatellis hordeaceis*, cum radice conſolidæ coctis præſcripſi. *Potionem* ordinavi *traumaticam*, & le-

vem ſuccivam ex hydragogis cathartic. *Ceratum ſantalinum* regioni pectoris & hepatis adhibui. Quibus ſtimulo ſanguinem privare, venam ferruminare, vires reſarcire habitúmque fas erat. Iſtis dum diligenter incubuerit, bellè ſe videbatur habere; ne ſpecimen ſanguinis intra ſex vel ſeptem ſeptimanas vetitum affectabat iter, habitu viribúſque priſtinis eo ſpatio redeuntibus.

Circa octo novémve dies retrò ab hoc tempore, ex violentiori brachii motu (frigore tunc temporis ingruente) fluctuabatur denuò ſanguis, leniter tamen adeò ut leviſſimis compeſci medicamentis ſimularet per 3. vel 4. dies. Poſtliminio tamen ſubitaneam fecit eruptionem, & magis quàm priùs effrænem, nec minori molimine potuit in ordinem redigi. Jam fractus per 3. dies ſuccubuit impetus; ſed nulla fiducia pacis. Tumultus in ſiniſtro latere (quod mali minera) ſæpè ſentiuntur; lachrymatur adhuc frequenter vena, & ſanguine ſputum inficit. Vires tanto Nectaris diſpendio vitales fatiſcunt, habitus

habitus inediâ defraudatóque genio extenuatus, ut facies parùm ab Hippocratica diſtare videatur. Macies in corpore toto. Tuſſis inſtat (mitis autem adhuc) ——— & perſæpe quædam ſpiritûs anguſtia premit. Fugaces infeſtant genarum rubores, & aliquando phlogoſis univerſalis. Hæmoptoia ſemper prænuntium habuit roſorium lateris ſiniſtri dolorem. —— —— Affectus ipſe fatetur ideam; & de differentiis, cauſis aut affecta parte parum ſcrupuli. Cura verò negotium domitori faceſcit Herculi. Tu ergo, noſtri gloria chori (petunt obnixè quotquot amici Nobilis præſentes ſunt) in iſtam hydram ſtringas hygeiæ tuæ tela. Quâ ratione vires reſarciendæ, & Patiens Phthiſeos faucibus excipiendus: Annon *aſinini lactis* uſus quadraret iſtis? vel *decoctum limacum* in *lacte vaccino*? Quâ ratione vena poteſt obſignari & præcaveri reditus? Ut & quid agendum, ſi canalibus iterum erumpat ſanguis? Hi angunt nodi: de his precor impartire ſententiam; & prætet gratitudinem

dinem Patienti, injicies nexus officii Gordianos.

Novemb. 8.
1641.

Servo tuo

Georgio Bate.

RESPONSUM.

Vir doctiſsime

UTinam in præſentis affectûs (quem inexpugnabilem fore metuo) depulſione tam propitium artificioſis & accuratis tuis conatibus velit eſſe Numen, quàm cordatè & gnaviter medicam inſtruis aciem ad debellandam hanc hydram, quæ ægrotantis, non Medici, culpâ, novâ ſubinde fœturâ, cum ingenti diſcrimine repullulat. Doleo moroſum forſan ægrum & nimis delicatum non annuiſſe conſilio dato de latere aperiendo, dum poſt pleuritidem

dem ſtagnans in thoracis cortina ſanies purulenta molle pulmonum parenchyma infeliciter allueret. Quippe licèt naturalis via ſit per ἀνακάθαρσιν, fieri tamen non poteſt quin ſubtus à pulmone mnlto ſale tartareo prægnans humor, dum viſcus perlabitur, & in aſperæ arteriæ tubos lento progreſſu ſeſe inſinuat, partem corrumpat, & vaſorum membranas attenuet, eâque magis obnoxias reddat diſruptioni. Sed ſiquidem quod factum eſt, infectum eſſe nequit, id quod nunc inſtat agamus.

Ancipitis & funeſti, immò præcipitis eventus generoſum ægrum fatigat hæmoptoë, ad quod formidabile ſymptoma meritò poſcit conſilium æger, quoniam utplurimum divulſis aggeribus & hiantibus vivifici Nectaris canalibus, qui graviter confligantur hoc affectu, purpuream animam vomere conſueverunt. *Vitanda* hîc quædam, alia *facienda*.

Alterum caput eſt in rebus *non-naturalibus*, in quarum cenſu maximi eſt momenti *quies*, tam animi quàm corporis, quæ potiſſimùm imperan-

peranda eſt pulmoni, cujus ſlabellatio indeſinens plurimùm officit cutationi fracti vaſis, malè in motûs ad vitam neceſſarii continuitate, fidam admiſſuri ferruminationem. In cæteris ſatis abs te proſpectum ex literis tuis colligo, & peritiæ tuæ confido.

Circa *agenda*, præcautioni diræ tempeſtatis per ſanguinis inſpiſſationem, ejúſque plus æquo fervidi contemperationem, & vaſis aperti conſtrictionem incumbendum. Paroxyſmi autem præſentis furori uſque & uſque reſiſtendum, donec ſedato æſtu dranquillitas denuo illuceſcat. Præter *diatam* abs te jam præſcriptam, ad προφύλαξιν & θεραπείαν facient *lactis aſinini*, *ſaccharo roſarum perlato* & *corallato conditi*, uſus; *Lac* illud abs te exhibitum *bubulum coctum cum limacibus* & eodem ſaccharo dulcoratum, cui *aquam ſpermatis ranarum* adjici velim; *Ferculum ex lacte aſinino*, vel *vaccino chalybeato*, cui incoctæ fuerint *ſymphyti majoris radices*; Imprimis verò aſſumptio *lapidis hæmatitis* in omnibus

bus exhibitionibus, circa quem conſule Alexand. Trallianum, *lib. 7. cap. 1.* cui titulum fecit, *de ſanguinis rejectione.* In *mineralibus* magis quàm in *vegetabilibus* fixæ ſunt virtutes, illæ præſertim quæ à ſubſtantiæ ſecundis qualitatibus pendent. In *ferro* (mirum dictu) æqualiter triumphant vis aperiens & aſtrictoria, quæ licèt adverſis frontibus inter ſe pugnare videantur qualitates, attamen forſitan ſimul & ſemel in hoc ſubjecto ſunt profuturæ, præſertim ſiquæ ſit (ut proculdubio eſt) debilitas, ſiquæ obſtructio in partibus naturalibus, earúmque principe hepate, cui in omni hæmorrhagia unicè eſt conſulendum. Ex *ſyrupo corallorum* exactè facto, *ſyr. de ſymphyto*, & *ſaccharo Martis* in *tinctura Roſarum* diſſoluto concinnetur medicamentum potens, cujus cochleare j. ex *aqua plantaginis* bis in die longè à paſtibus propinetur. Deinceps pro re nata & ægri εὐφορίᾳ magis ſpecificus liquor chalybeatus poterit inſtitui. *Corallo rubro* particularis vis ineſt ad hepar roborandum & ſanguinem

guinem rectificandum. Proderit quocunque modo, ſive *magiſterium* per alumen præcipitatum aut vitrioli ſpiritum, ſeu *ſal* edulcoratus, ſive *tinctura* per acidum quercûs ſpiritum extracta propinetur. *Purgetur* aliquando corpus *Caſſiâ* & *Mannâ* in potione; aut *Electuarium diacaſſiæ cum manna* deglutiendum præbeatur. Sæpiùs (etiam non erumpente per os ſanguine) *tundantur venæ* brachiorum & malleolorum ſucceſſivè ad 3. vel 4. uncias pro vice. Fiant *frictiones partium inferiorum* quotidie. Denique conſtanter pergat in iis quæ abs te hactenus fuêre præſcripta. At ſi ingruat infortunium ex latebris veluti proſiliens, fiant *revulſiones* jam factæ. Propinetur *decoctum pimpinellæ totius & radicis tormentillæ*, præparatum in *oxycrato ex aq. plantaginis & ſpermatis ranarum & aceto roſaceo*. Pectori applicetur *cataplaſma ex ſantalis, albo & rubro, cortice quercûs, ſubere, radicibus ſymphyti, biſtortæ, tormentillæ, ſanguine bubulo ſiccato, oſſibus humanis & C. C.* ad ſummam albedi-

bedinem calcinatis, *ſuccino, ſeminibus plantaginis & ſophiæ chirurgorum, roſis rubris & myrtillis* in ſubtil. pulverem reductis & exceptis *melle deſpumato* cum *ſuccis ſempervivi maj. plantaginis & decocto* tenui *ichthyocollæ:* applicetur è ſtuppis lineis pexis linteo duplici aſſutis antè & retrò. *Bufo* ſiccatus ſacculo ex ſyndone tenui incluſus ſuſpendatur è collo, ita ut nudam attingat cutem. Si quæ expectari vel ſperari poſſint ſuppetiæ, per ſelecta iſta medicamina præſtabuntur σὺν θεῷ. At ſuper omnia *lapidem hæmatitem* tibi commendatum eſſe velim.

Ægrum meo nomine ſaluta, ipſíque agito gratias ob collatum in me munus. De omnium eventu (quem fœlicem vix poſſum portendere) fac me certiorem. Vale & me nomini tuo addictiſſimum eſſe crede.

Datum Londini
Novem. 10.
1641.

Th. Mayerne.

Inten-

Intentiones curativæ ex antedictis ſatis innoteſcunt, *viz.* ſanguinis à pulmonibus revulſio, ejuſdem acrimoniæ & fervoris correctio, impetûs domatio, & vaſorum hiantium conſtrictio & ferruminatio. *Intentiones curativa.*

Revellunt ſanguinem, præcipuè quidem *Veneſectio*, vel è brachiis vel tibiis, ſed & *cucurbitulæ* regioni hepatis & ſub mammis applicatæ, ac *frictiones* deorſum coxarum & tibiarum. *Revellentia.*

Sanguinem *attemperant tinctura Roſarum* præpatata cum ſp. vitrioli & roſis rubris in aq. plantag. portulac. oxalid. tormentil. è ſperm. ranar. *&c. lapis prunellæ* in ptiſana, *ſaccharum Saturni* à gr. v. ad x. cum conſ. roſ. rub. *Emulſiones* ex ſem. frig. in aq. prædictis, vel hordei; *Cereviſ. medicata* cum C. C. ebore, plantagine, piloſella, pimpinella, ſeminibus oxalidis, portulacæ, oxylapathi, ſantalis, braſilio, *&c.* Abſtineat æger ab omni generoſo *potu*, præſertim vino. *Victus* ſit ex pedibus vervecinis, vitulinis; capitibus animalium eorúmque partibus nervoſis; gelatinâ carnium, *Attemperantia & incraſſantia.*

nium, oſſium bubulorum, eboris, chinæ, præſertim C. C. paratâ cum aq. plantag. & fol. tenell. quercûs. Victus ejuſmodi acrimoniam humorum obtundit, ſanguinémque incraſſat.

Impetũ. ſang ſiſtentia. Sanguinis *impetum* domant & *ſiſtunt*, præſertim *ſomnum conciliantia*, v. g. Laudanum & diacodium; item *incraſſantia* & *attemperantia* ſupradicta; *ligaturæ* denique in brachiis & cruribus factæ.

Vaſa cõſtringẽtia & ferruminantia. In hæmoptoes autem curatione cùm intentio præcipua ſit vaſorum ruptorum vel hiantium conſolidatio & conſtrictio, ad hunc ſcopum materia medica utplurimum dirigenda eſt, quæ in variis formis, ad Patientis placitum, exhiberi poſſunt.

Purgatio. Notandum verò, cùm hujus generis medicamenta alvum adſtringendo dejectiones debitas impediant, *alvum* ſæpiùs *movendam* eſſe vel enemate injecto, vel mitioribus purgantibus per os exhibitis, *viz.* præp. ex rheo, caſſia, tamarindis, manna, *&c.*

Decocta *Decoctum* ſequens pro Arcano habetur. ℞ rad. tormentill. millefol.

totius

totius ana ℥iij. pimpinell. ſanguiſorb. m. ij. aut iij. Coq. in aq. f. ℔vj. ad med. Colaturæ adde conſerv. roſ. rub. antiq. ℥j. pro quaque libra. Doſ. ℥vj. aut ℥viij. bis in die.

Vel ℞ ſcabioſ. pimpinel. ulmar. plantag. veron. utriuſque bugul. ſanicul. burſ. paſtor. ana m. j. ſem. bombac. ʒij. aut iij. cancr. fluviatil. furno exſiccat. ℥ß. Coq. in aq. f. ℔iiij. ad med. Colaturæ adde ſacchar. roſ. ℥iiij. Mſ. Doſis ℥vj. aut ℥viij. bis in die. Decoctum hoc vulnerarium, ſi metus ſit ph:hiſeos, nulli ſecundum eſt. *Syrupi.*

℞ rad. ſymphyt. maj. tormentill. ana ℥j. plantag. totius m. ij. portulac. ſanguinar. centinod. piloſell. pimpinell. totius ana m. j. ſummit. archang. alb. p. iv. roſ. rub. p. ij. tamarind. rec. ʒx. prunor. Brignolenſ. par. 12. ſumach ʒvj. Coq. in aq. hord. ℔iv. ad med. Ex colatura cum ſacchar. roſ. q. ſ. f. *Syrupus.* Aromatizetur ʒij. ſantal. citrin. & ʒij. ſem. coriand. nodulo incluſ. & aciduletur guttâ unâ aut alterâ, exhibitionis tempore, ſpiritus vitrioli corallat. aut ſucco berber.

ber. Doſis ʒvj. ſenſim deglutiendo, mane & hor. 5. p. m.

Syrupus quoque ex album. ovi multùm præſtat, *viz.* ℞ album. ovi fortiter agitat. ℥ij. ſacchar. roſ. ℥iij. amyl. ʒij. Incorporentur ut f. Lohoch. Addi poteſt lap. hæmatit. ad ʒij.

Iulapia. ℞ ſyr. è corall. ℥vj. ſyr. mororum rub. Idæi, rob de rib. ſyr. ex ſucc. tormentil. totius & plantag. præparat. ana ℥ij. ſyr. noſtr. Martial. ſeq. ℥xij. miſ. Cap. hujus mixturæ ℥j. primò, dein paulatim augendo uſque ad ℥ij. ex aq. tormentil. & plantag. quotidie mane.

☞ Syr. Martialis. ℞ * animæ hepatis ʒvß. diſſolv. in ℥iiij. aq. tormentill. vel plantag. aut portulac. Adde ſacchari roſat. tabulat. ℥ij. ſyr. ex ſucc. tormentill. vel plantag. vel portulac. ℥iiij. vel v. ut f. juſtum pondus animæ hepatis gr. 24. ad ſingulas uncias ſyrupi. Omnia ad levem balnei vaporoſi calorem miſceantur, & f. ſypus ſervandus ſedulò in ampullâ vitreâ probè obturatâ.

Iulapia f. ex tincturâ roſarum cum aq. plantag. & ſp. vitrioli extractâ, vel cum

cum aceto fortiſſimo, addit. ſyr. moror. rub. Idæi aut de corall.

Utiliter ſumi poteſt *brodium* ſeq. poſt ſingulas doſes ſyrupi ſuprà præſcript. ♃ hord. mund. p. ij. paſſul. non exacinat. ℥j. rad. ſymphyt. maj. tormentill. ana ℥ß. Includantur omnia ventri junioris galli, qui conſutus elixetur cum fruſto poplitis vitulin. addend. ſub finem coctionis portulac. plantag. ana m. j. pimpinel. piloſel. pulmonar. ana mß. flor. borag. bugloſ. archangel. alb. beton. ana p. ij. macis florem unum aut alterum: redige ad quantitat. ℔ij. pro 4. doſ. in quarum ſingulis diſſolv. margarit. corall. rub. cum ſucco limon. præp. ana gr. x. Mſ. ad uſum prædictum. *Brodiũ.*

Tabellæ ſeq. ſæpiſſimé in ore teneantur, ſenſim deglutiendo id quod diſſolvetur. ℞ lapid. hæmatit. rubicundiſſ. in tenuiſſim. alkool reducti ℥j. C.C. ad ſummam albed. uſti & præp. cum aq. tormentil. plantag. & roſar. ʒij. ſang. drac. boli Armen finiſſ. loti iiſdem aquis, roſ. rub. ana ʒj. ſacchar. roſat. triplum pondus omnium. Mſ. & cum ſ. q. gumm. tragacanth. diſſoluti *Tabellæ*

in decoct. limpidiſſ. glycyrrhiz. Hiſpan. f. paſta, ex qua trochiſci hypoglottid s. *N. B.* Totum artificium eſt in ſubtilitate pulverum.

Vel ℞ lap. hæmatit. præp. ℥ß. croci Martis corallin. ʒij. C. C. vitriolat. (ſpodii ex ebore itidem vitriolat.) oſſium humanor. aut cervi vitriolator. ana ʒj. rad. tormentil. biſtort. ana ℈ij. cinamom. craſſioris ℈iiij. alum. roch. crud. ad pondus omnium, f. omnium alkool excipiend. mucag. gum. tragacanth. extract. in aq. roſ. rub. vel ſpermat. ranarum, f. paſta, addito, ſi opus ſit, pauco amylo triticeo, ex quâ formentur globuli in hypocauſto ſiccandi, ad uſum continuò donec ſubſtiterit ſanguis.

Ex eodem pulvere cum gumm. tragacant. ſive ovi albumine ſiccato ad ſolem & ſyrupo ex aq. ſpermat. ranar. & ſacchar. roſar. f. *Lohoch.*

Cerevisia medicata. *Cereviſia medicata* ſeq. ſit pro potu ordinario. ℞ rad. ſarſæpar. chinæ per taleolas ſect. ana ℥viij. rad. tormentill. lapath. ſanguinei, pimpinell. ana ℥iiij. ſantal. alb. rubr. raſ. eboris

eboris, C. C. oſſium bubulor. major. ana ℥ij. ſem. portulac. plantag. ſophiæ chirurgor. ana ʒx. nuc. moſchat. ℥j. gum. Arabic. ℥iiij. ferri fruſtulatim diviſi ℔j. Pendeant omnia in ſacculo ex tela rara in galon. 6. cereviſ. non lupulat. poſt ſufficientem defæcationem promend.

In vaſe ex quo bibatur liquor, ſit nodulus ſeq. quotidie renovandus. & ante potum cochleari verſandus.

℞ lap. hæmatit. priùs in porphyrite cum aq. tormentill. plantag. ſpermat. ranar. lævigat. ℥jß. C. C. calcinati, ſpodii ex ebore, oſſium pedum vervecin. calcinat. ana ʒij. mſ. f. pulvis impalpabilis: hujus ℥ß. ſit pro uno nodulo ex ſudone coccineâ rarâ parato.

Si medicamenta parabiliora & ſimpliciora vel ægro, vel Medico magis arrideant, hæc ſunt haud infimæ notæ. *Succus vincæ pervincæ* ad ℥ij. in vin. rub. *Succus urticæ rubræ* (urentis) potatus fluxum ſanguinis ex quacunque cauſa, ſive per os, ſive per nares, ſive per menſtrua, ſive per *Medicamẽta ſimpliciora.*

hæmorrhoid. ſive per plagas optimè reſtringit. Item *pulv. virg. paſtoris* ad ʒj. in brodio, vel iſtius herbæ decoctum. *Linteum* ineunte vere imbutum *ſpermate ranarum*, ut a. e. totum anteriorem thoracem tegat, idque vel ſiccum, vel oxycrato ex aq. ſperm. ranar. & aceto roſaceo imbutum, præſertim ſanguine profuſiùs, qua data porta, ruente. *Centinodia* in ore contenta, aut linguæ ſuppoſita. *Fruſtum aluminis* in ore contentum ſenſim deglutiendo. *Lapis ſciſſilis Hib rnicus* cum conſerva roſarum rub. an iquâ eodem modo.

Obſervatio. Quidam Miles in bello Anglico inter Regem & Parlamentum 1644. Windſoriæ glande plumbeâ transfoſſus fuit à pectore in dorſum. Vulnerati pulmones primis diebus ſatis largam ſanguinis fudêre copiam. Perrexit animosè Chirurgus *Langley* in applicatione omnium remediorum vulneri & periculoſo ſymptomati debitorum. Hâc methodo utcunque lenitum malum. Cùm autem aliqua certior affulgeret ſalutis ſpes, ecce nocte intempeſtâ vocatus Chirurgus invenit

invenit ægrum continuo cruorem exſpuentem tam profuſè, ut rejectâ unâ & alterâ pelvi, planè deploratus æger videretur. Chirurgus conſilii inops, remediis fere deſtitutus ad obvia & parabilia confugit. Erat in camini conclavis inferioris angulo *calx viva* in cumulo, hujus bonæ quantitati in medium conclave tractæ affudit *aquam cum aceto*; & *lapidem hæmatitem* calcinatum, quem fortuitò geſtabat tunc in pera, inſperſit. Fumus à calce humectata pro more evaporans totum replevit locum, & vapore iſto plenus aër plenis buccis inter reſpirandum hauſtus pulmonibus, unde ſanguis illico ſubſtitit. Qui effectus, poſtea recurrente bis eodem hæmorrhagiæ ſymptomate, certitudinem experimenti felici ſucceſſu comprobavit. Æger hic reddidit etiam urinas cruentas, quæ etiam poſt iſtum vaporem ad priſtinum ſtatum redierunt. Tandem perfectè convaluit æger σὺν Θεῷ.

CAPUT V.

De Pleuritide.

venaſectio. PRæmiſsâ *phlebotomiâ*, quæ in omnibus internis inflammationibus, præſertim verò partium ventrem medium conſtituentium, eſt unicum remedium; ac etiam *clyſtere*, qui morbi decurſu ſæpiùs repetendus eſt, ni alvus reſpondeat; remedia ſequentia ſunt mihi expertiſſima.

Ol. ſem. lini. ℞ *olei ſemin. lini* ſine igne extract. ℥iij. vel ℥iiij. pro doſi. Propinetur cum aqua ſtillatitia, vel decoct. bardan.

Antimon. diaphoret. *Antimonium diaphoreticum* potenter prohibet humorum coagulationem, & jam coagulatos diſſipat; unde initio pleuritidis incipiente phlegmone tutò poteſt exhiberi in aquis idoneis, ſcabioſæ, aparines, *&c.* cùm præſertim manifeſtâ omni qualitate careat, nec calefaciat. Si ſudor profluat, bonum; ſin minùs, etiam operabitur.

Lapis

Lapis prunellæ bis térve in die per biduum aut triduum primis morbi diebus exhibitus, mirabiliter calorem extinguit, febrem ſedat, & pleuritidis materiam deducit per urinas. *Lapis prunella.*

Stercus equinum recens vino albo dilutum & expreſſum utiliter multis exhibui, qui poſt copioſum ſudorem, aliàs deſperatis rebus convaluerunt. *Stercus equinũ.*

℞ ſucci naſturt. aquat, recenter expreſſi, ſive etiam naſturtii hortenſis, aceti roſacei ana ℥j. olei olivarum ℥ß. ſal. commun. ℈j. mſ. f. *hauſtus.* *Hauſtus.*

Pomum excavetur & *olibano* repleatur, atque operculo proprio tectum coq. in foco igne lento, ut liquatum olibanum faciliùs poſſit penetrare pomi medullam, quæ tandem à cortice ſeparata ſenſim lambendo deglutiatur. Optimè maturat lateris apoſtema, ejúſque expectorationem promovet. *Oliban. ex pomo*

Pulli gallinacei juniores per medium fiſſi applicentur calentes lateri dolenti. *Pulli gallin.*

Nota. N.B. In ſero acri latet ſal pungens & membranam vellicans, unde dolor; hoc ſerum ſi divertatur, ſublatâ causâ proculdubio tolletur effectus.

Obſervatio. Ego Thomæ de Vaux Londini, poſt omnia facta quæ Pleuritidi conferunt irrito labore, perſeverante lateris dolore intolerabili cum febre ſumma, *&c.* parti ipſi dolenti juſſi applicari amplum *Veſicatorium*, à quo per plures dies attracta & evacuata ingens ſeri ſive ichoris copia, ſublatus dolor, & æger variis morbis attritus & moribundus convaluit.

Hæc in Pleuritide remedia maximè ſpecifica habeo; alia verò, qualia in Tuſſi, Empyemate, Phthiſi, *&c.* invenire eſt, pro re nata neutiquam ſunt contemnenda: illa præcipuè quæ expectorationem promoveant.

CAPUT VI.

De Empyemate.

SIgna ſunt gravitas cum fluctuatione (præcipuè cùm ab uno latere in alterum decumbant) in thoracis cavitate, ſi Pleuritis aut Peripneumonia præceſſerunt, reſpiratio difficilis, ſputum purulentum & fœtens, febris hectica, & aliquando ſudores nocturni frigidi. *Diagnoſis.*

Indicationes ſunt puris excretio per expectorationem, urinas, aut alio quocunque modò, ulceris deterſio & conſolidatio, & febris hecticæ ablatio. *Indicationes.*

Primò injiciantur *Clyſteres* lenientes, emollientes, & carminativi, & repetantur, ſi alvus non reſpondeat. Purgetur æger *potione* ſequenti. *Clyſteres.*

℞ rad. enul. ʒj. glycyrrhiz. ʒij. ſem. aniſ. fœnicul. dulc. ana ʒj. crem. tart. ʒß. fol. ſen. mund. vin. alb. odorif. nutrit. ʒv. Coque, & Colaturæ ℥iv. aut vj. adde diaphœnic. ʒij. ſyr. roſ. ſolut. cum agaric. ℥j. Mſ. f. *Potio* ma- *Potio purgãs.*

ne ſumenda cum regimine.

Si vires ferant & febris urgeat, inſtituatur *venaſectio* in brachio.

Venaſectio.

Victus.

Victus ſit tenuis & ſiccans. ex aſſatis potiùs quàm elixis. Sæpiùs comedat pineolas, avellan. amygd. dulc. ficus, paſſul. *&c.*

Potus ordinarius.

Potus ordinarius ſit hujuſmodi.

℞ ſarſæp. ℥vj. ſaſſafr. ℥ij. lign. ſanct. ℥ijß. glycyrrhiz. ℥jß. paſſul. ℥iij. aq. hord. ℔xxiv. Infund. & coq. ad tertiæ partis conſumptionem. Coletur & aromatizetur ℥j. pulv. coriand. ad uſum ſervetur in lagenis lapideis.

Decoctū ex lign. ſanct.

Vel ℞ raſur. *lign. ſanct.* inter. nigerr. ℥iv. rad. ſymphyt. maj. ℥vj. rad. tuſſilag. ℥v. ſcabioſ. veronic. caryophyllat. botry. ana m. ij. glycyrrhiz. recent. ℥ij. Infund. in ℔viij. aq. f. vaſe probè occluſo, mox coq. in alembico ſuperpoſito capitell. ad ℔ij. conſumpt. Colatura ſumatur bis térve in die ad ℥vj. vel viij. quâvis vice longè à paſtibus.

Apozema.

℞ rad. chin. ℥ij. enul. ℥j. tuſſilag. ℥iij. caryophyllat. totius, ſcabioſ. ana m. ij. fol. beton. pulmonar. piloſell.

ſell. heder. terreſt. eryſim. ana m. j. ſummit. marrub. alb. hyſſop. ana m. ß. paſſul. purgat. par. xx. jujub. par. x. dactylor. ficuum ana par. iiij. Coq. in hydrom. dilut. ℔vj. ad ℔ij. conſumptionem. Colaturæ adde ſyr. capill. ven. ℥iv. ol. ſacch. ℥ij. Mſ. f. *Apozema.* Doſ. ℥vj. bis in die longè à paſtibus per octiduum.

℞ rad. enul. rec. ℥j. urtic. urent. ℥ij. glycyrrhiz. Hiſpan. ʒx. fol. veron. mar. cum toto, heder. terreſt. botry. ana m. jß. eryſim. m. ij. ſummit. hyſſop. marrub. alb. ana m. j. Coq. in hydrom. vinoſ. defæcat. fiat Colatura, in qua clarificata macera paſſul. mundat. ℔jß. ficuum ping. ℥viij Bulliant, extrahe pulpam, quæ cum liquore reſiduo lentè coquatur in Electuarium. ℞ hujus Electuarii ℥iv mell. deſpumat. cum phlegmate ex deſtillatione olei aniſ. ℥iij. ſacc. cand. ℥v. vin. de Malaga ℥vj. Coq. lentè ad conſiſtentiam *eclegmatis*, inſtilla ol. ſulphuris per campanam, q. ſ. ad gratam aciditatem. Mſ. & lambatur inſtar linctûs. *Eclegma.*

Oleum ſacchari compoſitum

Aliquando *oleum ſacchari* hujuſmodi præſcribo. ℞ rad. enul. ℥j. ireos Flor. ℥ß. glycyrrhiz. ʒvj. fol. ſicc. marrub. alb. hyſſop. ſcabioſ. heder. terreſt. eryſim. ana ʒv. rad. caryophyl. ſicc. ʒx. cort. rad. ſaſſafr. ʒiij. ſem. aniſ. fœnic. dulc. ana ʒvij. contuſ. affund. aquæ vit. ad iv. digit. ſupernatationem, infunde per quatriduum: Colaturæ ℔ij. adde ſacchar. cryſtal. pulv. ℔j. flor. ſulph. ℥j. accende liquorem in paropſide ſtannea, & agita donec inflammatio ceſſat, cola per linteum, & adde mellis paſſulat. quartam partem, f. *Eclegma.*

Trochiſci.

Si ſputa ſint purulenta, & tuſſis urgeat, ℞ Pulp. rad. alth. & paſſul. in aq. ſcabioſ. & hyſſop. ſimul. coct. piſt. & traject. ℥ij. pulv. ſubtiliſſ. fol. tuſſilag. glycyrrhiz. Hiſpan. ana ℥jß. ireos Flor. ʒij. lact. ſulph. ʒiij. ſacch. cryſtal. pulv. ℥viij. cum pauca aqua hyſſopi f. Paſta pro *trochiſcis* hypoglott.

Lohoch de Thure.

Si opus ſit majori deterſione, convenit *Lohoch de thure.* ℞ Thur. maſcul. ʒij. ſacch. cryſtal. ℥ij. pulv. includ. cavitate majoris pomi dulcis,

quod

quod proprio operculo tectum torreatur, & pulpa bene cocta à ſuperfluitatibus ſeparetur, addendo pulp. rad. enul. in hydromel. ad putrilag. coct. piſt. & traject. ℥j. pulp. paſſul. ℥ij. pulv. hyſſop. & fol. tuſſilag. ana ʒiij. ireos Flor. ʒij. ſucc. glycyrrhiz. ℥ß. ſyr. de eryſim. heder. terreſt. roris ſolis ana ℥iij. flor. vel lact. ſulph. ℥ß. Mſ. f. *Lohoch*.

Potens admodum eſt remedium Saponea ſequens magiſtralis. ♃ rad. enul. rec. ℥ij. alth. ℥iv. paſſul. maj. ℥iij. Coq. ad putrilaginem in hydrom. malvar. piſtentur, trajicianrur per ſetaceum, de pulpa ſume ℥ij. ſuc. glycyrrhiz. ℥ß. ireos Flor. ʒij. ſem. aniſ. fœnic. dulc. ana ʒjß. ſem. angel. cardam. ana ʒß. maſtich. olib. ana ʒj. cinam. inter. ʒij. croci ℈ij. Terantur terenda in alcohol, adde duplum ſaponis Venet. alb & cum ſyrupo pectorali f. *Electuarium*, addend. ol. aniſ. ʒß. doſ. quant. nuc. moſcat. bis térve in die. *Electuariũ ſpecificum.*

Mel Paſſulatum de quo ſæpiùs ſuprà dictum eſt. ♃ Paſſul. ℔iv. aq. f. ℔xij. macera per hor. 24. dein coq. *Mel. Paſſulatum.*

ad

ad tertias. Colatura coquatur ad mellis conſiſtentiam, & uſui ſervetur.

Tabellæ de Althæa. *Tabellæ de Althæa* de quibus mentio ſuprà facta eſt. ℞ ſpec. diatrag. frig. pulv. glycyrrhiz. ana ℥iiijß. ſem. papav. alb. ℥iij. ireos Flor. ℥ijß. ſacch. alb. ℔jß. cum pulp. alth. q. ſ. f. *Tabellæ.*

Poſt deterſionem, ſi opus ſit validâ exſiccatione, uſurpetur *ſuffitus* talis.

Suffitus. ℞ Auripigm. ex cineribus vitis vel cum flor. ſulph. ſublimat. ℥ß. Tabaci Indici opt. ʒiij. tuſſilag. rad. enul. calam. aromat. ana ℈iv. lign. aloës, benzoin. gum. guaiac. naturalis ana ʒjß. f. pulvis ſubtiliſſ. & cum tereb. Venet. q. ſ. vel balſam. Peruv. f. trochiſci nº 12. pro *ſuffitu*, cujus fumus excipiatur cum infundibulo.

Tabacū compoſitum. Sæpiùs *Tabacum* compoſitum ſequens præſcribo. ℞ fol. tuſſilag. ſiccat. ʒß. laur. ſalv. malabathr. ana ʒij. rad. enul. ʒijß. cort. guajac. gum. ejuſdem ana ʒjß. tabac. Indic. ʒiijß. ſuccin. oliban. ana ℈vij. auripigm. flaviſſ. ſcintil-

ſcintillant. ʒß. Auripigmentum, ſuccinum, oliban. cort. & gum. pulverizentur, & cum cæteris craſſiuſculè inciſis miſceantur; & capiat fumum inſtar *Tabaci* vulgaris, idque paulò ante aſſumptionem apozematum pectoralium bis térve in die.

Si Empyema per latus alterutrum viam moliatur, latus affectum foveatur *fotu* ſeq.

℞ rad. alth. lil. alb. ana ℥ij. brion. ari ana ℥jß. enul. ℥iij. fol. malv. parietar. ſenecion. ana m. j. ſcabioſ. heder. terreſtr. marrub. alb. ana m. ij. ſem. fœnugræc. ʒx. ſem. aniſ. fœnic. ana ℥iij. Coq. in aq. f. part. xij. mell. part. ij. acet. ſcillit. part. j. Colaturæ adde ol. violar. ℔j. chamæm. rut. ana ℔ß. Mſ. & cum ſpongiis eodem madidis f. *Fotus* mane & veſperi per horam integram. *Fotum.*

Poſt fotum optimè deterſâ parte applicetur *Emplaſtrum* ſequens lateri affecto.

℞ Empl. diachyl. ireat. ℥iv. pic. Burgund. ℥iij. ladan. ℥ij. gum. caran. tacamahac. ana ℥j. pulv. flor. chamæm. melilot. trifol. odorat. ana ʒß. *Emplaſtrum.*

pulv.

pulv. cumin. rut. flor. ſulphuris ana ℥vj. croc. ℥ij. balſ. Peruv. terebinth. Venet. ana ℥vj. cer. flav. q. ſ. f. *Emplaſtrum.* Aut applicari poteſt Emplaſtrum Diaſulphuris Rulandi.

Fontanellæ. Si adſit catarrhus, conveniunt *fontanellæ*, vel in ſutura coronali, vel in homoplatis.

Aquæ Thermales. *Aquæ Thermales ſulphureæ* hîc maximè conveniunt.

Paracenteſis. *Paracenteſis* antequam vires ſint nimis conſumptæ, ſemper fere fœliciter ſuccedit, aperto latere inter quintam & ſextam coſtam (ab inferioribus numerando) eo in loco ubi ſub infimo exortûs pectoralis muſculi angulo muſculus ſerratus major & epigaſtri obliquus externus dentatim junguntur, ſcalpello acuto panniculo obligato deorſum natante mucrone, ſervatâ rectitudine fibrarum intercoſtalis muſculi, & cutem ipſam cum ſubjectis partibus audacter dividat Chirurgus, adactâ in ſuperiorem coſtæ quintæ partem acie. *N. B.* Potiùs antrorſum aliquantulum quàm verſus ſpinam ſecandi ſunt omnes Empyematici, ſalvis

vis diaphragmate & pulmonibus qui in iſta parte vulnerari nequeunt, ſumpto inter ſecandum exſpirationis momento. Dein fiant injectiones vulnerariæ, detergentes, & poſtea exſiccantes & conſolidantes.

CAPUT VII.

De Phthiſi.

HAud raro ab hæmoptoë, pulmonum vomica, pleuritide (cum peripneumonia conjunctâ) malè judicata, empyemate, *&c.* ulcus pulmonum exoritur, quod febris lenta, corporis totius extenuatio, *&c.* conſequuntur. Quod mali genus ſpecialiter *Phthiſis* dicitur.

Indicationes. In hujus curatione humores peccantes leniter ſunt expurgandi, catarrhus, ſi adſit, ſiſtendus, humorum acrimonia obtundenda, ulcus detergendum & conſolidandum, calor febrilis temperandus, & carnes conſumptæ reſtaurandæ.

Venæſectio. In Phthiſeos principio, *venæſectio* &

& lenis purgatio per alvum tutò & utiliter ſæpe celebrantur: non item in phthiſi confirmata.

Potio. Si purgare velis, *potio* ſequens aptiſſima eſt. ♃ fol. ſenn. mundat. ℥ß. glycyrrhiz. ʒvj. polypod. ℥j. fol. ſcabioſ. pulmonar. ana m. ß. fl. violar. p ij. dactyl. par. ij. jujub. par. iij. Coq. in aq. f. q. ſ. ad ℥iiij. Colaturæ adde mann. opt. ℥jß. ſyr. roſ. cum agaric. ℥j. mſ. f. potio mane ſumenda.

Clyſter. Ubi purgatio non tentanda eſt, alvus ſi ſit obſtructa, ſollicitetur *clyſteribus* emollientibus cum elect. cathol. lenitiv. *&c.* in iiſdem ſolutis.

Nota. *N. B.* In phthiſi confirmata cùm vires ad extremum languoris reductæ ſunt, cùm corporis totius marcore, in reſumptivorum uſu Medicus non debet de purgatione eſſe ſolicitus; ſed corporis evacuatio differatur, donec vires conſtent: ita tamen ut ſubinde primarum viarum ſaburra clyſteribus everratur. Neque nos turbet aphoriſmus, *Corpora impura quanto magis nutries, tanto magis lædes:* Quippe hæc Enunciatio de plethoricis in quibus humores computruerunt,

runt, non de exſuccis & tabidis laborantibus ab exhauſto eſt intelligenda.

Victus ſit refrigerans & humectans; abſtineat à ſalſis, acribus, aromaticis, *&c.* *Victus.*

Potus ordinarius ſit hujuſmodi. *Potus.*
℞ rad. chin. ℥vj. lign. ſanct. inter. ℥iiij. rad. enul. ℥iij. fol. botryd. veron. mar. roris ſolis, gnaphal. montan. beton. ana m. j. flor. tuſſilag. herb. paralyſ. calend. ana p. iiij. ſem. cochlear. Batavic. naſturt. hortenſ. ana ℥j. nuc. moſchat. nº iiij. Conciſ. ſacculo includantur cum Jovis ramentorum ℔j. Affunde alæ recent. cong. v. adde mell. deſpumat. ℔ijß. iij. vel iv. pro ventriculi tolerantia. Adde flor. alæ rec. ℔j. fermentetur ad depurationem & lagenis vitreis aut lapideis arenâ ſepeliendis indatur ad uſum.

℞ rad. ſarſæp. ℥vj. chin. ℥viij. guaia. inter. (ſi calor non ſit nimius) ℥v. rad. enul. ℥iv. garyophyllat. ℥iijß. rad. filic. fœm. ℔j. cichor. taraxac. ſcorzoner. Hiſpan. ana ℥iiijß. ſcabioſ. totius, tuſſilag. totius ana m. ij. heder. terreſt. marrub. alb. pulmonar. quercin. *Hydromel.*

ana

ana m. jß. ſummit. hyſſop. roris ſolis ana m. ijß, beton. totius m. iij. ſem. myrrhid. fraxin. ana ℥j. naſturt. hortenſ. ʒvj. cochlear. Batav. ℥ß. ficuum arid. paſſul. jujub. ana ℔j. nuc. moſchat. nº vj. Conciſ. f. omnium decoctio in gallon. 12. aq. f. ad duorum conſumpt. Colaturæ clarificatæ adde mell. albiſſ. gallon. j. Coq. ad ſupernatantis ovi terminum ſedulò deſpumando. Colatura refrigerata indatur vaſi addend. decoct. flor. lupuli tincturâ ſaturiſſ. ferment. alæ rec. ana ℔iiij. Fermentetur ad depurationem, & ſervetur pro potu, unde ſumat ℥vj. bis in die longè à paſtibus. Quò vetuſtior, eò melior.

Aut ℞ rad. tuſſilag. ſcabioſ. ana ℥j. enul. camp. ʒiij. glycyrrhiz. raſ. ℥ß. fol. pulmonar. utriuſque veronic. maris, garyophyllat. capillarium omnium ana m. j. ſummit. hyſſop. p. jß. flor paralyſ. beton. ana p. iij. jujub. ſebeſt. dactyl. ficuum ana ℥ß. hord. integr. furfur. macr. ana p. ij. Coq. in *hydromel.* dilut. q. ſ. ad ℔ijß. Aromatizetur cum ʒij. ſem. coriand. pro 7. doſibus

doſibus bis in die ſumendis longè à paſtibus.

N. B. In pulmonum ulceribus (omnibuſque aliis internis) perfectè per ſtrenuam exſiccationem curandis nulli ſecundum eſt *Guaiacum*, cujus non eſt metuendus calor, cùm abundet radicali humido, reſinoſo, balſamico, quod ejus ſiccitatem temperat. Adde quòd cùm in ejuſmodi affectu febris continua lenta, planè ſit ſymptomatica, & cor vicinum à putri exhalatione quam ulceris ſanies fundit, inficiatur; ſublatâ putredine, ejúſque emendatis qualitatibus, neceſſe eſt ut febris ipſa faceſſat. Quoniam autem duæ indicationes contrariæ concurrunt, altera ſiccandi ulcus, altera emaciati corporis replendi, ne remedium alteri noceat, ſequenti modo temperatum poterit propinari. *Guaiaci uſus.*

♃ raſur. lign. ſanct. interior. nigerrim. ℥iiij. rad. ſymphyt. major. ʒvj. rad. tuſſilag. ʒv. ſcabioſ. veronic. garyophyllat. botrydis ana m. ij. glycyrrhiz. recent. ℥ij. Infund. in lib. viij. aq. font. vaſe probè occluſo, mox

coq.

coq. in alembico ſuperpoſito capitello ad ℔ij. conſumpt. Colatura ſumatur bis térve in die ad ℥vj. vel ℥viij. quâvis vice longè à paſtibus.

N.B. In valde exſucco corpore Guaiacum ſaltem infundatur citra cocturam, vel maceretur per noctem in aqua tepidula, atque hæc prima infuſio abjiciatur.

Ubi ſimul ſiccandum & renutriendum, pullus farciatur hordeo mundat. radic. tuſſilag. paſſul. dactyl. & raſ. guaiaci, & paretur juſculum.

Syrupo reſumptivo addatur ſyrupus guaiaci, ſenſim lambendus è cochleari.

Chinæ uſus. Radix *Chinæ* eam habet vim, ut ſiccando humidum excrementitium abſumat, radicale ſuſtentet, & corpus repleat; ideo addatur juſculis, decoctis, aliiſque. Immo, ſi videbitur, ab ea ducatur initium, ejúſque præcedat uſus ad aliquot dies ante uſum guaiaci.

Debent autem iſta decocta, & *guaiaci* & *chinæ*, ad vj. ſeptimanas vel duos menſes exhiberi.

N.B. Si ab horum uſu aliqua reſtet

reſtet intemperies, uſu *lactis Aſini* cum ſaccharo roſato poteſt emendari. Hujus autem uſus poſtea docebitur.

Aquæ minerales ſulphureæ multis profuerunt; cur non magis, ſi ſimplicia appropriata iiſdem fuerint infuſa? *Aquæ minerales.*

Specifica habetur *aqua omnium florum*, i.e. aqua è ſtercore bubulo diſtillata (præſertim menſe Maio.) *Aqu. omn. flor.*

Ad expectorationem promovendam utatur æger *ſyrupo* ſeq. pro linctu. ℞ rad. alth. tenerior. mundat. ℥ij. rad. conſolid. maj. & tuſſilag. ana ℥ijß. rad. enul. camp. & ireos Florent. ana ʒx. glycyrrhiz. raſ. ℥iv. fol. ſcabioſ. ſucciſ. pedis cati, pulmonar. meliſſ. tuſſilag. ana m. ij. roris ſolis, ſummit. heder. terreſtr. ana m. iij. ſummit. marrub. alb. & hyſſop. ana m. jß. paſſul. exacinat. jujub. ana ℥ij. pulp. dactyl. ℥jß. ſem. malv. ℥j. f. omnium decoctio in aq. comm. vel ſtillatit. tuſſilag. Colatura clarificata reducatur levi cocturâ ad ℔iij. quibus add. mell. Narbonenſ. deſpumat. vel ſacchari cand. ℔iij. recoq. in ſyr. *Syr. pectoralis.*

Aro-

Aromatiſ. nodulo croci, &, ſi lubet, gr. x. moſchi orient.

Nota. Ad tuſſim urgentem ſedandam, reſpirandi difficultatem levandam, catarrhum ſiſtendum, aliáque hujuſmodi ſymptomata phthiſi cum tuſſi, aſthmate, catarrho, *&c.* communia curanda, conſultat Lector capita in quibus horum cura ſuprà docetur: ſupervacaneum enim foret, quæ ibi traduntur, hic repetere.

Linctus Ad ulcus ſanandum *Linctus* ſeq. eſt ſummæ efficaciæ. ℞ mumiæ pulmonum dulcis ſuprà in cap. *de Aſthmate* præſcriptæ ℥iv. pulp. radicum ſymphyt maj. extract. cum decoct. piloſell. pulmonar. garyophyllat. veronic. utriuſque ſcabioſ. hederæ terreſtr. buglæ, brunellæ, parato ex ſiccis in hydromelite commun. ℥j. (pulpa autem cernatur per ſetaceum, vel etiam ſi lubet extrahatur ex radice cocta ſub cineribus in foliis tuſſilag.) gum. guaiac. factitii ℥ſ. rad. ari præp. ʒij. mſ. inſolentur, & quotidie moveantur. Addatur tantillum ſyr. ſuprà præſcript. vel alius appropriati, & f. *Lohoch* ſenſim deglutiend.

Item

Item in ulcere, & calore intenſiori proſunt *aq.* & *ſyr.* ſeq. ♃ pulmon. vitul. recenter occiſ. per fruſta ſect. & optimè lot. numero ij. cord. vitul. recenter mactat. lot. & conciſ. numero vj. fol. veronic. utriuſque, bugul. prunel. ſanicul. rec. ana m. iv. ſucc. ceraſ. nigr. ℔iv. ſucc. moror. rub. Idæi & fragor. ana ℔ij. caudar. cancror. optimè lot. limac. à cochl. mundat. & lot. ana ℔ß. flor. veton. rub. p. viij. bugloſſ. borag. ana p. iiij. vin. Rhenan. ℔vj. Diſtilla in M. B. Liquor diſtillatus ſervetur ad uſum, ex quo *julapia* conficiantur cum ſyr. ſeq. *viz.* ♃ aq. ℥iv. ſyr. ℥j. mſ. ſumat bis in die. Syrupus autem hic eſt. ♃ moror. rub. Idæi ℔ij. fragor. maturor. ℔j. ſucc. ceraſ. maturor. ℔ß. ſucci Limon. ℥iv. flor. veton. rub. p. viij. bugloſſ. borag. prunel. ſcabioſ. ana p. iv. Mſ. & in vaſe ſtanneo indantur cacabo aq. calid. pleno ad hor. 24. ut extrahatur tinctura. Exprime, filtra, & cum ſacchari Maderenſis dimidiâ parte levi coctura f. ſyrupus. *Iulap.*

N. B. *Sulphur* proprietate inſitâ impedit pulmonis corruptionem: *Sulphuris uſus.*

Quare vel lac ejus, vel flores utiliter linctibus, electuariis, *&c.* admiſcentur. Electuarium ſimplicius iſtiuſmodi parari poteſt. ℞ ſacchar. roſ. ℥viij. flor. ſulph. vel lact. ℥j. cum mucag. aut pulpa rad. alth. vel potiùs ſymphyt. maj. f. electuar.

Speci ficum. *Specificum* habetur remedium ſeq. ℞ lactis ebutyrati ℥viij. aſſervetur hor. vj. noctu ſub dio, dein fortiter agitetur & deſpumetur, adde bol. Armen. ſubtil. pulverizat. ʒij. ſem. urtic. cinam. pulverizat. ana ℈ß. ſacchar. Roſar. ℥ß. m. ſ. Uſus tempore agitetur vas. Singulis octo horis propina hanc mixturam, quæ deſperatis plurimis profuit.

Pandaleon. *Pandaleon* hoc linctûs vicem ſupplere poteſt; expectorationem juvat & tabem arcet. ℞ amygd. dulc. mundat. pineor. non rancidor. in aq. tuſſilag. vel roſ. infuſ. ana ℥viij. medul. ſem. melon. cucurbit. (citrulli) recent. eodem modo infuſor. ana ℥iv. pulp. paſſul. dactyl. & jujub. extract. per decoction. in ptiſan. vulgar. ex hordeo & liquirit. ana ℥ij. pulp. rad. alth. & tuſſilag. ana ℥j. ſacch. alb. vel

cand.

cand. duplum triplúmve pondus omnium. Terantur nuclei & ſemina diutiſſimè in mortar. marmor. adjectis pulpis & affuſâ paucâ aq. roſar. mox addito ſenſim ſaccharo f. paſta, ex quâ formari poſſunt morſelli, qui extenſi ſuper obeliis in vaſe placentario tecto lentiſſimo igne coquantur. In ulcere pulmonum addatur ℥j. rad. ſymphyt. majoris; ſi incraſſandum ſit, gum. Arab. ℥ß. coral. rub. marg. præp. ana ʒiij.

Si *dolor in latere* urgeat, præſcribo *linimentum* tale. ℞ ol. rut. chamæmel. ana ʒvj. amygd. dulc. rec. pingued. anſerin. ana ℥ß. unguent. aurant. ʒiij. butyr. nuc. moſchat. ʒj. ſperm. ceti ℥ß. croc. pulv. pulv. ℈j. liquidambr. ʒß. miſ. f. *litus*. *Linimētum ad lateris dolorem.*

Paracenteſis ſæpiùs fœliciter ſucceſſit, vulnere in muſculis intercoſtalibus inflicto, & injectione factâ cum decoctis vulnerariis, quæ à ſpongioſo pulmonum parenchymate abſorpta per anacatharſin immediatè rejiciuntur: ſed cavendum ab amaris; & non nimis diu differendum eſt, nè vires nimis ſint collapſæ. Si pulmo co- *Paracenteſis.*

ſtis adhæreat, quod cognoſcatur admotâ candelâ ſi aër non exeat, tunc aliis in locis infligatur vulnus.

RESVMPTIVA.

Præter tuſſis ulceríſque curationem, quam pleraque jam præſcriptorum reſpiciunt; in phthiſeos ſanatione corporis extenuati repletioni, & febris hecticæ extinctioni plurimùm intendendum eſt. Intentionibus iſtis *Analeptica* (vel *Reſumptiva*) ſeqq. optimè ſatisfaciunt.

Lactis uſus. Inter hæc *Lac* principem locum obtinet, vel caprinum, vel vaccinum, ſed præcipuè aſininum. Capiat æger *lactis aſinini* rec. mulcti à ℔ij. ad ℔iv. unâ vel pluribus vicibus, modò à primo hauſtu ad ultimum non intercedat plus horâ. Alvum ſolvit, nutrit, malam intemperiem calidam ſedat in toto copore, aperit obſtructiones pulmonis, *&c.* ſed tunc æger non utatur victu copioſo, nec ſe exponat aëri, ne lac coaguletur in ventriculo & aceſcat. Bibatur lac vel ſolum,

vel

vel in eo diſſolvatur ſaccharum roſarum, vel miſceatur pulvis ſeq. cum lactis hauſtu. ℞ ſacchar. roſ. ℥xvj. coral. rub. præp. marg. præp. ana ʒij. mſ. f. pulvis. Doſis ℥j. Quod ſi alvus non dejiciat, utere clyſtere, & poſtea auge doſin. Aſina paſcatur mollibus herbis, & comedat ſpeltam & avenam, & partus ſit recens fœminæ, & ipſa vivat in pratis liberè cum ſuo pullo. Alatur etiam tuſſilagine, ſummit. rubi, *&c.* Perſtet æger in uſu lactis per plures hebdomadas. Interim nè comedat corruptioni obnoxia, non piſces, non fructus, non carnem elixam: nè exerceat ſe à cibò, nè curis animum fatiget.

Corrupti lactis indicia ſunt, ſi ructus moveat, ſi æger liquida dejiciat.

Si aceſcat lac in ventriculo; ejus loco utatur æger ſero lactis, *viz.* ℞ ſeri lactis rec. ℔ij. ſucc. bugloſſ. tuſſilag. ſcabioſ. fumar. ana ℥ij. ſucc. fragor. pomor. redolent. ana ℥iij. ſacchar. roſ. ℥iv. ſucc. Limon. ℥jß. album. ovor. numero 2. Clarificetur & coletur pro 2. doſ. matutinis ſumend. hor.

4. vel 5. ante prandium ſuperambulando. Sæpiùs exhibeo hauſtum ſeri lactis alterati borrag. bugloſſ. pulmonar. ſcabioſ. endiv. ling. cervin. *&c.* ſacchar. roſ. edulcorat.

Juſculũ medicum. *Juſculum* hoc pleriſque à tabe emaciatis aptum eſſe poteſt. ℞ rad. chin. per taleolas ſect. ℥ij. rament. abiet. fragrant. ℥j. rad. tuſſilag. ſicc. ℥jß. raſur. C.C. ebor. ana ʒvj. Infund. per hor. vj. in aq. f. cong. j. ℞ hord. mund. ℥jß. ſem. melon. rec. ℥j. uvar. Corinthiac. paſſul. exacinat. ana ʒv. jujub. rec. ℥ß. Includantur in ventre junioris galli, qui conſutus elixetur cum fruſto carnis vitulin. addend. ſub finem decoctionis fol. pulmonar. ſcabioſ. agrimon. adiant. polytrich. ling. cervin. bugul. ana m. ß. flor. beton. anth. ſummit. hyſſop. ana p. j. Reduc. ad quantitat. ℔ij. pro quatuor juſculis ſumendis bis in die, mane hor. ſeptimâ, & quintâ p.m.

Aqua analeptica & cardiaca. *Aqua* hæc ſtillatitia vires multùm inſtaurat. ℞ C. C. mollis ac tenelli menſe Junio, cùm ſanguine turget, ex animali recens interfecto deſumpti, per taleolas ſecti, ℔iiij.

aut

aut ſi deſit, gelatinæ ex C.C. raſura recenti cum vin. alb. parat. tantundem, ſucci carnis vituli, vervecis, perdicis, capi in vaſe duplici extract. ℔vj. ſucci pomor. redolent. curtipendulor. (aut *de Raînette*) ℔ij. ſucci bugloſſ. oxalid. rotund. trifolii acetoſi, ſcabioſ. pulmonar. card. bened. ulmar. ana ℔j. vin. alb. generoſ. ℔iij. ſantal. citrin. lign. Rhod. ana ℥jß. cinam. inter. ℥ij. raſ. lign. junip. ℥j. Digerantur omnia per biduum, deinde f. diſtillatio in B. vaporoſo, & excipiatur liquor ſtillatitius, cujus portio per ſe ſervetur ad infuſa, decocta, *&c.* pars verò magis cardiaca reddatur hoc modo.

℞ aq. hujus ℔iiij. redd. acidul. ſucco depurato limonum, adde flor. vetonic. rub. p. iiij. flor. borag. bugloſſ. echii, violar. ana p. ij. Extrahatur tinctura ut a. e. Adde eſſentiæ dulcis perlarum & corallorum ana ʒiij. Recondatur ad uſum.

Vel ℞ caponem juvenem magnum, pullos columbinos implumes nº ij. carn. coxæ vervecin. & vitulin. an. ℔ij. Abluantur omnia conciſa vin. *Alia.*

 alb.

alb. vel rub. Gallic. generoſ. mox ponantur in alembicum fictile lapideum amplum, addendo poma redolentia cum corticibus inciſa detractis ſeminibus numero vj. fol. ſicc. meliſſ. m. j. flor. borag. bugloſſ. vetonic. rub. primul. ver. ana p. iiij. flor. citrangul. condit. p. iij. cortic. citr. exter. rec. ℥ij. roſ. rubr. p. ij. ſantal. citrin. raſ. ℥ß. lign. aloës, pulv. diambr. aromat. roſat. diarrhod. Abbat. ana ʒij. aq. roſ. & de oxytriphyll. ana ℔jß. aq. meliſſ. ℔ij. F. omnium diſtillatio in balneo ad uſum. *N. B.* Carnes cum herb. flor. & pomis priùs cum aquis coquantur ſuperimpoſito alembico cæco, bulliántque per duas tréſve horas; mox f. valida omnis ſucci expreſſio per prelum: huic ſucco addatur cortic. citr. ſantal. lign. aloës, diambr. cæteræque ſpecies, & f. diſtillatio. ℞ liquoris ſtillatit. ℔j. ſacchar. puriſſ. ℥iiij. ſapæ cydon. ℥ij. Mſ. & inde nodulum qui contineat ſantal. rub. ʒij. cinam. opt. ʒjß. ambr. griſ. ℈ß.

Syrupus reſumptivus. In tabe ab ulcere pulmonum multum præſtat *ſyrupus* ſeq. ℞ pulm. vituli

tuli & agn. recent. mactat. ſan. ana numero iiij. coxas vervecinas & vitulin. grandior. admodum carnoſas ana numero ij. corda vitulin. & vervecin. ana numero iv. aſtacos maj. plenâ lunâ captos, cochleas maj. terreſtres ana numero 200. rad. chin. ℥iiij. glycyrrhiz. Hiſpan. ℥iiij. rad. ſymphyt. maj. alth. tuſſilag. ana ℥vj. fol. pulmonar. piloſell. pedis cati, ſuccisæ, capill. omnium, botrydis, garyophillatæ, veronic. utriuſque, meliſſ. ana m. ij. flor. primul. ver. violar. malv. utriuſque, borag. bugloſſ. vetonic. rub. roſ. rub. nenuph. papav. rub. ana p. iv. fructuum berber. ℥iij. ſem. lactuc. portulac. papav. alb. ana ℥ij. ſem. malv. & cydon. ana ℥j. paſſular. purgat. ficuum, ana quartarium unum, jujubar. ſebeſten. ana par. 30. dactylor. mundat. par. 20.

Pulmones conciſi & optimè aq. font. loti, denuo aquâ & vino albo abluantur, & in fruſta ſecentur, atque cum pulpis carnium & cordium filo trajiciantur, ut poſtea in olla oblonga idoneæ formæ ſuſpendantur. Cochleæ furfure & ſaccharo pur-

gentur, *&c.* Aſtaci aq. font. optimè abluti, in ollam fictilem poſiti, iiſque affuſa aq. ſcabioſ. & nenuphar. ana ℔ij. & operculo ollæ appoſito, lento igne percoquantur ad perfectam rubedinem. Carnoſa ipſorum ſubſtantia in mortario contundatur, & in ollam ponantur cum omnibus ſimplicibus conciſis & contuſis. Hiſce affundantur aq. hordei ℔vj. ſuccor. depurat. endiv. hieracii non lacticinoſi & inſipidi (quæ eſt herba *coſta*) tuſſilag. ſcabioſ. betonic. heder. terreſtr. ana ℥xvj. Suſpendantur carnes, filis è baculo tranſverſo propendentibus. Olla exactiſſimè claudatur veſicâ bubulâ, vel chartâ pergamenâ & diſco. Vas ſit in lebete aq. pleno, & ſubdatur ignis per horas vj. vel viij. mox f. liquoris effuſio, & magmatis valida expreſſio, cui adde aq. roſar. rub. & alb. damaſcen. ana ℔j. penid. ſacchar. alb. ana ℔iiij. mell. albiſſ. deſpumat. ℔ij. F. cum albuminibus ovorum ſedula clarificatio. Col. per manicam. Mox lentâ coctione præp. *ſyrupus*, addendo inter coquendum nodulum qui contineat

cinam-

cinam. interior. ireos Florent. lign. Rhod. ſantal. citrin. nuc. moſchat. ſem. coriand. præp. ana ℥j. ſtyrac. calamit. & benzoin. ana ℥ß. Nodulus hic indatur circa medium coctionis, & inter coquendum, ſæpiùs cochleari oblongo compreſſius exprimatur. *Syrupus* probè coctus recondatur lagenis vel ampullis pluribus ad uſum.

Poterit ſumi vel per ſe, vel cum aq. hord. inſtar. julepi ad ℥j. ℥ij. vel ℥iij. pro ratione affectus, bis in die, per menſem unum & alterum. *Vſus.*

Ad ulcus ante hauſtum julepi detur aliquid magiſterii dulcis oculor. cancri.

In reſumptivorum cenſu meritò habentur *Cochleæ*, quarum uſus ſit hujuſmodi. *Cochlearum uſus.*

Cochleis nemoralibus à mucagine nativa optimè repurgatis & in lacte bubulo recenter mulcto, unà cum tuſſilag. conciſa decoctis, fœliciter utuntur tabidi in condimento loco cibi. Item cochlearum carnes à putaminibus & excrementis repurgatæ, quinetiam aquâ ablutæ involvun-

tur linteo craſſiori pluries complicato, & ſepeliuntur in fimo ferventi equino duarum horarum ſpatio, indêque detractæ lavantur lixivio calido, & coquuntur in jure pulli gallinacei, atque tabidis & ſummâ macie affectis auxilio ſanè magno propinantur devorandæ.

Majori cum utilitate parantur hoc modo. ℞ cochleas majores 50. eáſque priùs bene lotas coquito cum putaminibus in aqua, unà cum hordeo à gluma repurgato, quouſque hordeum rumpatur: deinde exemptas à putaminibus coquito iterum ex capi jure, quouſque probè diſcoquantur. Demum jus percolato linteo mundo, & quotidie propinato ℥vj. cum ſaccharri ℥j. tam mane quàm veſperi horis tribus ante cibum.

Alius modus. ℞ cochlearum putaminibus exutarum ℔ij. rad. glycyrrhiz. rec. ℔j. rad. alth. ℥iiij. atque omnia minutim conciſa diſtillentur per alembicum vitreum in B. Dato hujus aquæ ℥iiij. cum ℥j. ſacchari quotidie mane.

CAPUT

CAPUT VIII.

De Pectoris Hydrope.

PEctoris Hydropem plerumque comitantur, immo eidem præcedunt, partium nutritiarum omnium obſtructio, ſpirandi difficultas & tuſſis inanis (quæ partim à compreſſione diaphragmatis quam invehunt naturales partes obfarctæ, partim & præcipuè à vitio pulmonis ac ab aqua in thoracis cavitate fluctuante pendent) cordis palpitatio, vel valida pulſatio, facies obfuſca, *&c.* Sed certiſſimum hujus diagnoſticon eſt aquæ ab hoc latere in illud cum murmure fluitatio.

Obſtructa reſerato; ſuccos peccantes attenuantibus præparato; præparatos per ἐπίκρασιν educito; aquam per urinas potiùs quàm per ſedes evacuato, item per ſudores; pulmonem obfarctu liberato; omnia roborato. *Agenda.*

♃ rad. irid. noſtr. brion. ebul. ana ℥j. fol. parietar. mercurial. naſturt. *Clyſter.*

eryſim.

eryſim. chamæmel. totius ana m. j. ſummit. ſambuc. recent. p. iij. ſem. aniſ. fœnicul. bacc. laur. ana ʒiij. fol. ſenn. ℥j. ſ. omnium decoctio & colatura, in qua reducta ad ℔j. diſſolv. hier. picr. diaphœn. ana ʒvj. ſyr. roſ. comp. cum agaric. ℥ij. vin. hyacinth. ℥iij. mſ. f. *clyſter*. Injic. veſperi levi cœnâ ſubſequente.

Pulvis purgans

Seq. mane exhib. *pulv.* ſeq. ex vino albo generoſo hor. 4. ante juſculum. ℞ pulv. ſubtiliſſ. fol. ſenn. ℈ij. jalap. ʒß. cremor. tart. chalybeati ℈j. mſ. f. pulvis irrorandus paucâ aquâ cinamomi.

Iuſculum.

℞ rad. fœnicul. petroſel. ſummit. aſpar. ana ℥j. cort. med. fraxin. ʒvj. ſem. alkekeng. & milii ſolis ana ʒiij. ſem. melon. rec. ℥ß. cappar. à ſale mund. ʒvj. paſſul. pur. par. 5. raſur. ebor. & C. C. ana ʒijß. Includantur omnia ventre pulli, & f. decoctio cum carne vitulin. addendo ſub finem coctionis fol. chærephyll. fœnicul. virid. agrimon. calend. ana m. ß. naſturtii aquat. m. j. macis ʒj. Cape de colatura ℥vj. in quibus diſſolv. cryſtall. utriuſque ana ʒß. Cap. mane

hor.

hor. 4. ante prandium, corpus exercendo ambulatione, ſi fieri poſſit; ſin minùs, equitatione, aut vectione in rheda.

℞ flor. irid. p. iiij. leucoii rubri, aquileg. cærul. veronic. mar. teucrii ana p. iij. flor. fumar. p. ij. roſ. rubr. p. j. aquæ fontanæ infuſionis battituræ ferri, vel ſextæ extinctionis chalybis filtratæ ℔ij. vin. alb. tenuis ℔ß. macis ʒß. ſp. vitriol. q. ſ. ad gratam aciditatem, f. tincturæ extractio, & per chartam colatura, in cujus ℔jß. diſſolve ſyrupi capillarium ſeq. ℥iiij. f. *Iulap.* pro 4. doſ. ſumendis eiſdem diebus quibus æger utetur juſculo præſcripto hor. 4. à prandio, duabus ante cœnam. *Iulapia.*

Syrupus capillarium. ℞ rad. petroſel. fœnicul. aſparag. eryng. mundat. ana ℥iiij. fol. recent. ling. cervin. polytric. adianti, rutæ murariæ ana m. iij. ceterach. m. iiij. Iſtis omnibus conciſis in ampla pelvi affund. aq. fontan. calentis quantum ſupernatet 4. digit. f. infuſio per hor. 24. deinde colatura, quam cum dimidio pondere ſacchari reduc. in ſyrupum, *Syrup.*

addendo

addendo ſub finem nodulum qui contineat ſantal. citrin. cinam. inter. ana ℥ij. Serv. ad uſum.

Potus. *Potus* fit decoctum chinæ dilutum, in quo maceretur continuò nodulus continens battituram ferri: cum hoc decocto diluatur vinum ultra medias.

Apozema purgans. Exacto quatriduo iterum purgetur æger *apozemate* ſeq. (præcipuè ſi ſit melancholicus, ut plerumque accidit.) ♃ rad. gram. filic. fœm. ana ℥j. polypod. quercin. ℥ij. fol. chamædr. epithym. fumar. chamæpit. ceterach, ſcabioſ. ana m. j. flor. anth. p. iij. ſem. card. bened. ℥ß. cortic. citr. condit. ſicc. ℥iij. f. omnium decoctio: In colatura infund. & decoq. fol. ſenn. mundat. vino albo odoro nutrit. ℥jß. cremor. tart. alb. ℥ij. medull. ſem. cartham. ℥ij. Expreſſioni addatur infuſio ℥ß. rhabarb. ſeorſim facta in aq. cichor. cum ℥j. cinam. reducantur omnia ad ℥viij. in quibus diſſolve ſyrupi roſ. pallid. comp. cum agar. ℥iij. ſp. vitrioli q. ſ. ad gratam aciditatem, mſ. f. *apozema* pro 2. doſ. matutin. ſumendis diebus alternis horis

horis tribus ante juſculum. Singulis doſibus addatur ʒß. jalap. in alkool ſubtiliſſ. reducti.

Poſtea *vino chalybeato* tali utatur. ♃ rad. ſicc. petroſel. fœnic. fragar. anonid. ana ℥j. fol. ſicc. ſcabioſ. meliſſ. ana m. ij. ſem. alkekeng. ℥ij. raſur. dentis equi marini ℥jß. nuc. moſchat. numero 4. cinam. ʒß. caryoph. ʒij. chalyb. præp. ℥vj. vini albi ℔viij. f. infuſio ut a. e. Utatur poſt bidui macerationem. Doſis ℥iv. ſummo mane hor. 4. ante prandium corpus exercendo ſerratione, vel deambulatione, ſi vires & ſpiritus ferant. *Vinum chalybeatum.*

Tertio quartóve quoque die addatur infuſio ʒij. fol. ſenn. mundat. minutiſſimè inciſ. & macerat. in frigido per noctem in vino pauco.

Quod ſi ab admixtione ſennæ abhorreat, & pilulis uti malit, diebus alternis horâ dimidiâ ante levem cœnam cap. pil. ſeq. ♃ maſſ. pil. ſtomach. cum gum. ℥ß. antimon. diaphoret. Hartmann. ℈iv. Mſ. f. maſſa de qua cap. ʒß. vel ℈ij. ut dictum eſt. Perſtet in vini pilularúmque uſu per duas tréſve ſeptimanas.

Horis

Liquor ad ſitim ſitis, Horis pomeridianis ſi magna ſit ſedetur bono hauſtu *liquoris* ſeq. qui frigidus exhibeatur. ℞ vini albi Rhenani maturi non acidi aut crudi ℔iiij. reddatur acidiſſimum ſp. vitrioli: mox inſtilletur tantum olei tartari ut aciditas omnis evaneſcat & denuo dulceſcat liquor, in quo infunde florum bugloſſ. & borag. recentium ana p. iiij. roſ. rub. p. ij. Poſt extractam tincturam rubicundiſſimam f. colatura, in cujus ℔ij. diſſolv. ſyr. capillarium ſuprà præſcript. ſyr. violac. ana ℥ij. Mſ. f. julap. ad uſum.

Tabellæ ad dyſpnœan. Si *ſpirandi difficultas* urgeat, parentur *tabellæ* tales, quibus noctu præſertim utatur. ℞ pulp. paſſul. extract. per decoctionem in ptiſan. vulg. pulp. rad. althææ ana ℥ß. lactis ſulph. optimè præp. ʒij. pulv. ſubtiliſſ. glycyrrhiz. ʒiij. ireos Florent. ʒjß. ſacchar. albiſſ. ℥viij. mſ. & additâ paucâ aquâ naphæ vel roſ. f. paſta ex qua formentur *tabellæ* in ore tenendæ ſenſim deglutiendo id quod diſſolvetur.

Urgente autem paroxyſmo paretur ſyrupus acetoſus talis ſumend. è

cochleari

cochleari vel bacill. glycyrrhiz. contuſo. ℞ eryſim. roris ſolis, ſcabioſ. ana m. ij. pulmonar. m. iiij. tuſſilag. totius m. iij. paſſul. jujub. ana ℥j. dactylor. mund. par. v. f. decoct. & colatura quæ cum dimidia parte ſacchari reducatur in ſyrupum, ut a. e. Paretur oleum ſacchari cum aqua vitæ debiliori, ut a. e. ℞ ſyr. præſcript. ℥iiij. ol. ſacchar. ℥ij. olei ſulph. q. ſ. ad gratam aciditatem. Utatur ut dictum eſt.

Si *flatus*, ut ſolent, ventriculum & hypochondria diſtendant, unde liber diaphragmati motus negatur, ſum. ʒj. *Electuarium* ſeq. ſub ingr. lect. vel aliàs. ℞ baccar. junip. recent. maturat. ℔j. cortic. citr. exter. ſicci ℥j. cortic. aurant. ℥ß. ſantal. citrin. ʒiij. macis ʒij. vini Canarini vel Malag. ℔ij. aq. fontan. puriſſ. ℔iij. Coq. ad mediæ partis liquoris conſumption. deinde f. per canapatium denſum fortis expreſſio; pulpa lento calore reducatur ad conſiſtentiam mediocriter ſpiſſam, de qua cape & elect. ex ſaſſafr. ana ℥j. mithridatii, conf. alkerm. ana ℥ß.

Electuarium ad flatus.

℥ß. pulv. elect. diambr. & aromat. roſat. ana ʒij. mſ. f. *Electuar.*

N. B. Si mitioribus hydragogis non cedat morbus, nec ab his aquæ ſubducantur, ad validiora tranſeundum eſt, cujuſmodi *Lib. III. Cap. de Hydrope* plura invenies. Quodſi nec ab his latex ſeroſus evacuari poſſit, ad *Paracenteſin* deveniendum eſt, cujus operationis modus aptiſſimus ſuprà in *Cap. de Empyemate* docetur.

LIB.

LIBER TETIVS.

De Affectibus Abdominis.

CAPUT I.

De Ventriculi Affectibus in genere; ſpeciatim de illius calida intemperie, & frigida.

VEntriculi ſumma eſt habenda ratio in omnibus diſpoſitionibus, ſive ſanis ſive morboſis : quippe cùm hepati, cordi & cerebro, per venas, arterias & nervos ſexti paris copuletur, eo malè affecto non poſſunt partes principes non trahi in conſenſum. Adde quòd cùm ejus munus ſit toti corpori ſtudere, & in univerſo ſuſtentando laboret dum coctioni ingeſtorum incumbit ; ſi quod vitium ejus

ejus functiones interturbet, vel minimas particulas fœlici & inculpato genio defraudatas per compaſſionem affici neceſſum eſt.

Omnium autem morborum prima radix eſt *Intemperies*, quæ ventriculo, ſi cui alteri membro aut parti organicæ, eſt familiariſſima. Exceſſus omnis actionem vitiat; & ut Virtus, ſic vera iſtius Microcoſmi harmonia in mediocritate conſiſtit. *Solitaria intemperies* vix ventriculum laceſſit; ſed ut plurimum *ſiccitati* junctus *calor*, *humiditatem frigus* comitatur. Rariſſima eſt intemperies ſimplex, licèt aliquando reperiatur, at cum materia quotidie occurit. *Calidam & ſiccam* ferè committit vicini hepatis immoderata qualitas, vel qui ab eodem viſcere in ventriculum rejicitur ſuccus bilioſus, aut atra fæx quam eructat lien, vel pituita præ calore ſalſa reddita, alimentum denique ipſum putredine incaleſcens, & in æruginoſum, porraceum vel vitellinum humorem faceſſens. Ita per ſe frigidum & ſiccum viſcus nunquam uſque adeò incaleſcit, ut moleſtiam

leſtiam creet; ſed ut dictum eſt, aut vicinorum aut contentorum vitio. *Contenta* præter naturam idoneis vacuantibus educenda ſunt per vomitum aut ſeceſſum. Si verò à *connexis* malè habeat, & calidior ſicciórve ſit ventriculus, id quod ex ſiti aſſidua, cibi faſtidio, ructu nidoroſo, *&c.* ac utili frigidorum uſu facilè innoteſcet, tunc per contraria operando, præſcribenda refrigerantia, aqua ſive ſerum lactis alteratum herbis refrigerantibus & pomorum ſucco: victus refrigerans humectans. Vitanda calida omnia & acria, potus omnes generoſi. Vidi quendam quem ſtomachi ardor & lancinans calor acerbiſſimè cruciabat, convaluiſſe potu ordinario cereviſiæ tenuis limpidæ & defæcatiſſimæ, in qua usûs ſaltem tempore, in ipſo paſtu, poma redolentia toſta macerabantur. Quidam intemperie ſiccâ ventriculi laborans, à dolore pene aſſiduo quo vexabatur, nullâ aliâ ratione levari potuit quàm mane epotis aliquot cyathis aquæ fontanæ per multos dies.

Frigidorum, præſertim verò aquæ, vim

vim promovet, ejúſque diuturniorem in viſceribus moram, corruptionis authorem, impedit ſuâ tenuitate *vitrioli ſpiritus*, omniáque acida quæ apud Arabes non immeritò *mors bilis* & *regnum melancholia* appellantur. Cùm enim acidum amaro permiſtum dulcem ſaporem faciat, quis miretur bile, quæ amaritudine potiùs quàm calore noxia, retusâ acidorum appulſu, ejus efferam naturam extingui, ipſúmque humorem ſuo veluti aculeo ſpoliatum concidere? Quod ſi in quibuſdam ſtomachis acida fermentationem faciant, certum eſt non tam bilem, quàm pituitam ſalſam aut acerrimum atri ſucci ichorem, vel ipſam fæcem melancholicam in iis ſtabulari.

At verò inter omnia incõmoda quæ Ventriculũ infeſtant, maximè ordinaria eſt *frigida Intemperies* & *humidorũ excrementorum* ſive multiplicis pituitæ proventus, quæ mox villis ſtomachi affixa hæret, mox ori ventriculi impingitur, mox in fundo fluctuat. Huic congeſtioni anſam præbet partis ſitus, in quam Cerebrum ſeſe exone-

exoneret veluti ad perpendiculum. Item quotidiana cruditas, quæ ab oppreſſo alimenti præter rationem ingeſti copiâ calore nativo, novo ſubinde proventu ſuccreſcit. Præmiſſis univerſalibus huic potiſſimùm malo conveniunt *Roborantia*, in ſequentibus deſcripta, omnia ferè calida, languentem calorem recreantia, laxiores villos & reſolutas fibras contrahentia, ſiccantia, humiditatem abſorbentia, effœtæ parti tonum reddentia, ejus denique veluti irritatæ impetus ſiſtentia. In calidis verò id obſervandum, tenuiſſimos liquores, ut vini ſpiritum, aquas Imperial. cœleſtem & ſimiles ventriculo firmando inutiles eſſe, & licèt pro tempore prodeſſe videantur, diſſipatione tamen caloris nativi ſummopere nocere.

In *ardore ſtomachi*, Soda (Anglicè the heartburn) dicto ſequentia ſummæ ſunt efficaciæ. ♃ cryſtall. rupis in aq. abſinth. extinct. & in porphyrite præparati ℥j. marg. præp. ocul. cancr. vulgari modo præp. cretæ communis puriſſimæ ana ℥ß. lap. *Ardor ſtomachi.*

L Judaic.

Judaic. itidem extinct. & præp. ℈j. ſacchar. cand. ℥ß. Trita omnia ut alkool excipiantur mucagine gum. tragacanth. & f. globuli, qui ſiccat. teneantur in ore ſenſim deglutiendo id quod diſſolvetur. Loco Margarit. poterit ſumi mater perlar.

Si ſimplicius medicamentum veslis. ℞ cretæ partes duas, nuc. moſchat. part. jß. miſ. & cum mucag. gum. tragacanth. f. trochiſci ſumend. horâ doloris.

N. B. In hoc genus ardore ſtomachi qui ſit vel à *pituita acida*, vel ab *ichore melancholico*, fugienda ſunt acida, quippe quæ fermentationem faciunt, & utenda ea quæ vel ichorem abſorbent ſiccitate, qualia ſunt creta, bolus, corall. perlæ, pars interior teſtæ oſtreorum; vel dulcedine temperant, ut glycyrrhiza; vel mixtione dulcificant, ut ſal tartari, cremor tart. chalybeat. *&c.* Nihil autem æquè internos compeſcit ardores atque nitrum, & qui ex eo per ſulphur depurato componitur lapis prunellæ.

In *ſiti* autem magna & ardoribus ven-

ventriculi à *bile* in ipſius cavitate fluctuante valet ſyrupus ſeq. qui vel ex cochleari per ſe ſumatur, vel agitetur cum aqua puriſſima, vel etiam cum aquis metallicis vel mineralibus, quales ſunt Spadanæ, Wellingburgenſes, *&c.* quarum magna eſt vis ad detergendum, refrigerandum & roborandum.

Syrupus hic eſt; ♃ ſucc. depurat. fragor. granator. ribes, berber. ceraſ. acidul. ana ℔ij. ſucc. citr. ℔j. ſucc. pomor. & cydonior. ana ℔iij. ſucc. moror. rub, Id. extract. poſt eorum calefactionem in lebete aq. calid. pleno ℔iiij. roſ. rubr. flor. vetonic. rub. ana ℥ij. Floribus affundatur ſucc. limon. cum ℥xvj. aq. roſar. & extrahatur tinctura rubicundiſſima, ut a. e. Succis defæcatiſſimis & limpidiſſimis addatur dimidia pars ſacchari albiſſ. & reducantur in ſyrupum, addendo ſub finem tincturam prædictam, & pergendo in coctione uſque ad debitam conſiſtentiam. Pars hujus ſyrupi acida reddi poterit additâ ſ. q. ſp. vitrioli corallati, pars ſine acido ſpiritu ſervari. Aromatizetur autem indi-

to nodulo continente ſem. coriand. præp. & raſur. ſantal. citr.

Intemperies ejus frigida & humida. Verùm, ut ſuprà dictum eſt, multò magis ordinaria eſt Ventriculi *frigida & humida intemperies*, à contentis frigidis & humidis, quæ per vomitum & ſeceſſum educenda ſunt; & labes ab his ventriculo impacta, ſtomachicis calefacientibus, ſiccantibus, roborantibus, *&c.* delenda.

Claretũ ſtomachicum Præmiſſâ ergo evacuatione neceſſariâ, ſequentia exhiberi cum fructu poſſunt. ℞ lign. ſaſſafr. cum cortic. ℥iiij. baccar. junip. rad. torment. ana ℥iij. zedoar. galang. ana ℥j. raſ. ebor. vel ſpod. ex eodem aut C. C. albiſſ. ℥jß. fol. ſicc. menth. & meliſſ. ex ſummitat. collect. ana m. ij. fl. anth. m. iiij. cortic. citr. & aurant. ana ℥jß. cortic. cydon. ſicc. ʒiijß. mac. cinam. nuc. moſchat. ana ℥ß. vin. alb. generoſ. (ut Vaſconici) ℔xxv. ſucc. mor. rub. Idæi & granator. aut ſi de ſint, fragar. vel ceraſor. acidulor. nigricant. depurat. ana ℔ij. f. *Claretum* ut a.e. addend. ſucc. cydon. ℔iv. Si muſtum ſumatur, meliùs erit, atque unà cum ſuccis f. optimè ebullitio;

ſin

ſin minùs, f. infuſio 15. vel 20. dierum ante uſum. Valet ut ad ventriculi intemperiem frigidam & humidam, ſic ad ejuſdem ἀτονίαν & veluti reſolutionem à dicta intemperie pendentem. Doſis ad ℥ij vel iij. horâ unâ ante paſtus, vel tribus ab iiſdem.

Vinum abſinthit. chalybeat.

Vel ℞ abſinth. vulgar. m. ij. abſinth. marin. m. iij. fol. menth. m. jß. rad. tormentill. ℥iiij. raſ. lign. juniperin. ℥iij. cortic. citr. exterior. lign. ſaſſafr. coriand. præp. ana ℥ij. nuc. moſchat. ℥ß. croci martis aperient. ℥x. Omnia ut a. c. ſiccata indantur vaſi vitreo vel juniperino, & affundantur vini albi tenuis & generoſi ℔xx. Sinantur macerari per dies xv. ante uſum. Exhibeatur mane, corpore repurgato.

Electuariũ martiatum.

Electuarium ſeq. in nimia humiditate ſtomachi, (unde nec appetunt, nec facilè digerunt, flatus ſentiunt & borborygmos) apprimè utile eſt. ℞ lign. ſaſſafr. cum cortice, rad. chin. ana ℥jß. trochiſcor. Martis aperient. per hor. 24. ad luculentum flammæ ignem reverberator. ℥ij. rad. tormentill.

till. ℥jß. maſtich. nuc. moſchat. ana ℥j. gum. guaiac. factitii ʒx. rhab. elect. flor. Benzoin. ana ℥ß. magiſter. perl. & corall. dulcis, ſpodii ex ebore & ex C. C. ana ʒiij. ſuccini præp. ʒvj. Omnia trita in alkool excipiantur ſyr. fact. ex aq. naphæ infuſionis maſtich. & ſaſſafras, & ſaccharo roſato, vel ſapa cydon. & f. *Electuarium* fermentandum ante uſum.

Vel ſine Marte *Electuarium* optimum ſic parari poteſt. ♃ bacc. junip. rec. ℥iiij. fol. ſicc. abſinth. vulgar. fol. menth. hortenſ. ana ℥ij. ſummit. ſicc. majoran. rad. zedoar. & galang. ana ℥j. ſem. fœnicul. dulc. & aniſ. ana ℥jß. caryophyll. zinzib. cardamom. ana ℥ß. trium piper. ana ʒij. Ex omnibus ut decet præp. & comminut. cum vin. Canarin. ſuaviſſ. extrahatur in B. vaporoſo tinctura, quæ eodem calore reducatur ad conſiſtent. ſyrup. qui additâ quartâ parte ſacch. alb. cum tantill. aq. flor. citrangul. aut naphæ redigi poteſt ad conſiſtent. manus Chriſti: f. autem lenta iſta evaporatio in alembic. vitr. probè clauſ. omnibus juncturis.

Tunc

Tunc ℞ fol. abſinth. vulg. ſiccat. ℥j. lig. ſaſſafr. cum cortic. aurant. & citr. ſicc. ana ʒvj. cinam. opt. zedoar. galang. ana ℥ß. macis, nuc. moſchat. ana ʒv. ambr. griſ. ʒiij. moſch. orient. ʒj. ſal. gemm. ʒij. ſal. abſinth. cryſtal. ℈iv. mſ. & f. pulv. ſubtiliſſ. ut alkool, qui reducatur cum extract. prædict. in *Electuarium*. Ad cujus ℥iv. add. ol. cinam. ℈ij. ol. aniſ. & fœnicul. dulcis ana ℈j. Servetur vaſe vitreo apprimè clauſo, & ſervetur menſ. un. vel alter. ante uſum. Doſis inſtar avellanæ, circiter ʒj.

Ad coctionem juvandam, quæ à frigida & humida ventriculi intemperie ſæpiſſimé læditur, utiliter ſumi poteſt tantillum *pulv.* ſeq. ex cochleari horâ dimidiâ poſt ſingulos paſtus. ℞ ſem. aniſ. & fœnicul. dulc. ana ℥ß. coriand. præp. lign. ſaſſafr. cum cortice ana ʒiij. rad. chin. ℥j. cortic. citr. & aurant. condit. ſicc. ana ʒv. cinam. ℥ij. nuc. moſchat. ʒj. zedaor. galang. ana ʒß. ambr. griſ. ℈iiij. moſch. Oriental. ℈j. ſacchar. cum aq. naphæ coct. in Roſatum, triplum aut *Pulvis digeſtivus.*

quadruplum pondus omnium Mſ. f. *pulvis.*

Pilulæ guaiacina moſchata. Contra hanc intemperiem omniáque mala inde pendentia nobile præſidium ſunt *pilulæ* ſeq. ſi ſumantur mane ad ℈ij. vel ʒj. ſuperbibend. vini abſinthitis vel ſimilis momento. ℞ ambr. griſ. opt. ʒij. moſch. orient. ʒj. flor. benzoin. non aduſtor. ʒiij. gum. guaiac. factitii, extract. abſinth. cum ſale proprio ad conſiſtent. pil. reduct. ana ℥ß. magiſter. perl. & corall dulc. ana ʒjß. croc. Mart. aperient. rubr. ſive trochiſcor. ejuſdem ℥j. f. omnium alkool excipiend. ſ. q. balſam. Peruv. nigr. & reducend. in maſſ. pilular.

Materia fotuum. *Fotus* item in affectibus frigidis Ventriculi non levem opem ferunt, quorum materia hæc eſt. Rad. enul. gentian. cyper. ireos Flor. ariſtoloch. calam. aromat. cort. vvinteran. coſt. raſ. guaiaci, lign. junip. lign. rhod. zedoar. galang. ſaſſafr. nux moſchat. macis, zinzib. cinam. cubeb. cardam. cort. aurant, & citr. bacc. laur. & junip. ſem. aniſi, fœnicul. carui, aneth. abſint. mentha hortenſ. & aquatica

quæ

quæ balſamita dicitur, meliſſa, ruta, dictam. Cret. majoran. beton. ſalv. ocym. roſmar. fl. calend. Vinum alb. generoſ. vin. Hiſpan. Malvat. *&c.*

CAPUT II.

De Vomitu.

IN hoc capite non ſtatuimus agere de Vomitu *à cauſa externa*, v. g. à nimii cibi & potûs ingurgitatione, vel pravi & venenati edulii ingeſtione, aut à caſu vel ictu, *&c.* neque de vomitu *per conſenſum*, ut in renum calculo, in dolore Colico vel paſſione Iliaca, *&c.* ſed præcipuè de vomitu à proprio ventriculi affectu pendente. *Notá.*

Aliquando ita irritatus eſt Ventriculus, nonnunquam ita debilis, ut vel nihil retineat, ſtatimque evomat ingeſta; vel eadem paulò pòſt per inferiora ſinat elabi. Aliquando etiam ſinguitit & vomiturit, ſeſéque irrito conatu ſubvertit, ut in cholera ſicca; quemadmodum prædicta ſym- *Vomitus in cholera morbo.*

ptomata ſuccedunt choleræ morbo & fluxui cœliaco. In iſtis affectionibus utplurimum peracutis externa parum proſunt, non omittenda tamen, immo cum internis jungenda, ut mutuas præſtent operas, & cauſæ morbificæ, ipſíque naturæ ſeſe nimiùm ſuccuſſanti frænum injiciant.

Opiata. Interna præſentiſſima & certiſſima ea ſunt quæ *opium* recipiunt, in iſtiuſmodi affectionibus periculoſiſſimis nequaquam pertimeſcenda, Theriaca, Mithridatium, Diaſcordium, & nunquam ſatis laudatum Laudanum. In Opio enim ritè præparato & ut decet per occaſiones exhibito, maxima medicinæ miracula, & artis atque artificum unica gloria quærenda ſunt.

Opii dulcoratio. Quod ſi Opii vel Laudani ſapor amaritudine infeſtus & ingratus videatur, per acida emendetur. V. g. ♃ opii à ſulphureo nidore repurgati ut a. e. ℥ß. ſucci depurati limonum ℥ij. ſp. acet. acerrimi ℥iiij. f. digeſtio, tincturæ extractio, colatura, & coagulatio ad ſucci ipſius inſpiſſati priſtinam conſiſtentiam: huic

affunde

affunde ſp. vitrioli defæcatiſſimum, digere materiam ad mellis liquidum lentorem reductam, idque per triduum, vaſe bene clauſo in B. vaporis. Coagula, atque ex hoc Opio præpara *Laudanum Stomachicum* tale: ♃ opii ita præparati ʒiij. myrrhæ ʒijß. extracti ſeq. ʒij. florum benzoin. ſuaveolentium ſine empyreumate ʒjß. ambr. griſ. ℈v. moſchi oriental. ℈iiij. magiſter. perlar. & corallor. ana ʒj. olei cinamomi ℈ij. ol. ſaſſafr. ℈j. mſ. & poſt fermentationem aliquot menſium utere à gr. iij. ad gr. vj. Extractum hoc eſt. ♃ fol. menth. ℥j. cortic. citr. & aurant. ana ʒiij. mac. nuc. moſchat. ana ʒij. cum aq. cinam. paretur Extractum. *Laudanum Stomachicum.*

Opiata, inquam, ocyſſimam ferunt opem in cholera vel ſicca vel humida; & fluxum etiam cœliacum (ad tempus ſaltem) ſiſtunt. Sed his non unicè innitendum eſt in vomitu à quâcunque causâ, præſertim frigidâ & humidâ; nec enim in hoc caſu tam ſubitaneo auxilio opus eſt, cùm ſymptoma inde pendens non uſque adeò urget.

Cùm

Vomitus à cauſa frigida. Cùm ergo Vomitus ab humoribus pituitoſis in Ventriculo collectis & ſtabulantibus procedat, hi ex ſtomacho primò everrendi ſunt, poſteáque medicamenta quæ illius tonum labefactatum reſtituant, calorémque refocillent, exhibenda.

Ovum ſine igne coctum. Aliquando ubi ſtomachus nihil continere potuit, profuit iſtud ἀπό-ειςον. *Ovum* recens vacuato ab albumine, & imple aquâ vitæ, per ſe coquatur, totum vorato; & confert ſtatim.

Claretum. *Claretum Hippocraticum* ſeq. ſit pro potu ordinario. ♃ aq. font. duodecies chalybeatæ ℔ij. vini clareti ℔ß. cinam. craſſioris ℥ß. ſacchar. albiſſ. ℥iv. f. infuſio & colatura pro potu ordinario.

Pilulæ. *Pilulæ* in ſuperiori capite deſcriptæ, *guaiacinæ moſchatæ* dictæ, utiliſſimæ ſunt. Item ſequentes. ♃ gum. guaiac. ℥ß. aloës è veſica ʒvj. ſpec. hier. picr. ſubtiliſſ. ʒij. Omnia in alkool reducta excipiantur ſ.q. balſam. Peruv. Doſis ℈j. ſub ingr. lect. Quod ſi purgare nolis, ſed tantùm corroborare, exhibeatur ʒß. maſſæ ſeq. in

pil.

pil. format. mane & veſperi. ♃ extract. abſinth. ſolidior. ℥ß. maſtich. partis albæ benzoin. ana ʒjß. ſal. tart. & ſal. abſinth. ana ʒj. croci ʒß. mſ. & cum ſyr. cinam. f. maſſa pilular.

Externè item (in gravioribus præcipuè paroxyſmis) adhiberi poſſunt *Cataplaſmata*. V. g. ♃ fol. menth. virid. m. iij. medul. pan. alb. ℔j. Coquantur ſimul in acet. fortiſſ. donec induant conſiſtentiam pultis, & in fine add. pulv. roſar. corall. rub. ana ʒij. ſang. dracon. ʒj. maſtich. ℥ß. mſ. f. *Cataplaſma*. *Externa.*

Vel ♃ menth. aquat. majoran. flor. roſ. chamæmel. ana m. j. fermenti ad quantitatem ovi, piſtentur in mortar. cum pauco aceto; deinde f. duo *emplaſtra*, & ſinapizentur pulver. cinam. & nuc. moſccht. Applicentur calidiſſimè ventriculo unum ante, alterum à tergo.

Vel ♃ cruſtæ panis cibarii toſtæ & inebriatæ vino Alicantico ℥iv. cydoniati craſſioris ℥ij. maſtiches ℥ß. theriac. vet. & probat. ʒij. cinam. totius ʒjß. caryoph. ʒß. pulv. abſinth.

&

& ment. ana ℈v. mſ. Terantur optimè in mortar. marmor. f. trajectio per ſetaceum rarioris texturæ, f. cataplaſma applicand. regioni ventriculi è ſtupis lineis pexis panno lineo aſſutis.

Hiſtoria. *Cremor tartari* in bona quantitate ſumptus in jure carnium ſedat vomitum, ut docet hiſtoria ſequens. Ancilla quædam bibula ultra ℔j. infuſion. croc. metal. hauſerat in officina heri pharmacopœi, qui conſilii inops ad primam pyxidem obviam confugit, & tartarum ad ʒiij. vel ℥ß. moribundæ exhibuit; unde ilico ceſſavit vomitus. Hinc conclude, ab acidis corrigi antimonium.

Nota. " Non è re ſpero, Lector, eſſe ar-
" bitraberis, ſi huic capiti quædam
" ex Authore noſtro ad *Nauſeam*
" *maris*, ac etiam ad *Singultum* ſubne-
" ctam, cum hæc ſymptomata Vomi-
" tui ſint naturæ adeò cognatæ.

Ad Nauſeā maris. Interna. Hæc præſcribebantur ad *Nauſeam maris* pro domina Principiſſa in Belgium proficiſcente *Ann.* 1642. *Feb.* 7. ♃ cinam. inter. ʒij. ſem. coriand. & aniſ. ana ʒiij. flaved. citr. & aurant.

con-

condit. ſicc. ana ℥ß. ambr. griſ. moſch. oriental. gr. ij. ſacchar. cryſtall. ℥vj. Terantur omnia ſubtiliſſimè, atque excipiantur mucag. gum. tragacanth. extract. in aq. flor. aurant. addend. amyl. tritic. ʒij. f. maſſa, ex qua ſuper bacillis ſive arundinibus formentur cortices inſtar cinam, longitudinis dimidii digiti lento calore ſiccand. in aſſere & charta poſt exemptum è furno panem. Reponantur loco ſicco in pyxide ad uſum.

℞ confect. alkerm. ℥ß. conſ. roſ. rubr. antiquæ. ℥j. cort. citr. & aurant. condit. ſicc. ana ʒvj. ſummit. meliſſ. majoran. roriſmar. & menth. hortenſ. conditar. ſiccar. ana ʒj. cinam. inter. ʒiij. lap. bezoar. utriuſque ana ℈iiij. Terantur omnia ſubtiliſſimè, & cum ſ. q. ſyr. cydon. & moror. rubi Idæi addito pauco limonum ſucco, f. Electu. inſtar Opiatæ ad uſum.

℞ Salis nitri veri Alexandrini (ſalis abſinthii poſt primam exhalationem fuſi igne violentiſſimo, diſſoluti & coagulati) ſalis comm. fuſi, ſalis gemmæ ana ʒj. galang, macis (cardamom.) cubebar. ana ℈j. mſ. f. pulv.

pulv. ſubtiliſſim. cujus gran. iiij. (plus non minus) ſumantur jejuno ſtomacho.

Sumatur poſſetum calens in conatu vomendi (ſi accidat) præſertim irrito.

Externa. ℞ ladan. puriſſim. ℥ij. emolliatur in mortar. æneo calente, & additâ ſ.q. balſam. Peruv. nigr. & maſtich. in ſp. vin. emollit. ℥ß. f. maſſa velut Emplaſtri, cujus portio extendatur in aluta molli ſcutiformi, & applicetur regioni ventriculi.

℞ panis optimè toſti ℥ij. cortic. citr. & aurant. recent. ana ʒvj. roſ. rub. fragrant. p. jſs. flor. lavend. p. ij. caryophyl. ʒj. Omnia craſſiuſculè incisa ſint pro pluribus pupis, quæ madentes & imbutæ liquore ex partibus ij. vini Canarin. generoſ. part. j. aceti ſambucin. & part. ß. aq. cinam. opt. ſucceſſivè admoveantur naribus olfaciendæ.

Poſtquam appulerit, ad roborandum Ventriculum exhibeatur Vinum Claretum uſtum cum ramulo roriſmarini, cinam. ſaccharo. Vel [illegible] ex Ala vel cereviſ. tenui, vino Canarino,

rino, ovis, ſaccharo, cinamomo: Applicetur ſtomacho Empl. ſtomach. cum aromaticis, vel litus cum oleo ſtillatio macis.

Quendam (qui plures in vita habuit *ſingultûs* plurium dierum paroxyſmos graves) primò provocato vomitu, & iteratò purgato cum Hiera ventriculo, percuravi, ſæpiùs exhibitâ theriacâ Andromachi antiquâ cum Laudano meo ſtomachico in capite ſuperiori deſcripto. *Ad ſingultum.*

CAPUT III.

De Diarrhœa, Dyſenteria, & Teneſmo.

DE ſingulis hiſce ſymptomatis in hoc capite agimus ob cognatam eorundem naturam, & curationem magna ex parte ſimilem.

Indicationes ſunt, ut humorum acrimonia obtundatur, dolores tollantur, & fluxus ſiſtatur. *Indicationes.*

Victus ſit tenuis, ex hordeatis, gelatinis *Diæta.*

latinis, panatellis, *&c.* abſtineat à carnibus niſi ſint viſcidæ, ut animalium extremitates, & viſcera; ut quoque à fructibus, eduliis omnibus ſalſis, piperatis, acidis. Utatur vino rubello, aut oligophoro diluto decocto ſequente. ℞ aq. chalybeat. ℔v. rad. chin. ℥ij. Coq. ad ℔iv. injiciendo ſub finem maſtich. pellucid. gr. x. Cola ad uſum. Aqua chalybeata ſic præparatur. In aqua fontana ebulliat magna quantitas battituræ ferri bene priùs mundat. & contrit. ad tertiæ partis aquæ conſumptionem.

Purgatio. Purgetur cum rhabarb. myrobalan. tamarind. *&c.* & repetatur octavo quoque die aut ſæpiùs ſi opus ſit. Aut fiat cum rhab. in ſubſt. & diaſcord. cum laud. Lond. gr. ß. Aut ℞ rhabarb. pulv. ʒß. conſerv. roſ. rub. cydon. condit. ana. ℈ij. Mſ. ſumat mane per triduum ſuperbibendo hauſtum juſculi.

Venæſectio. Si Febris ſit magna (in Dyſenteria) inſtituatur *venæſectio* in brachio.

Pilulæ. Poſt Univerſalia conveniunt *Pilulæ* ſequentes.

℞ rad.

℞ rad. torment. biſtort. ana ℥ij. ſymph. ℥j. ſem. plantag. ſophiæ chirurg. anther. roſar. rub. ana ℥ß. ſantal. citrin. rub. lign. Braſil. ana ʒiij. ſumach. balauſt. ana ʒijß. acac. hypociſt. ana ʒij. Conciſa bulliant in aq. plantag, roſ. ana q. ſ. exprime fortiter & reducatur ad extractum mellag. unde ſume ℥j. oſſ. human. calcinat. C. C. calcinat. ana ʒjß. terr. ſigillat. bol. Armen. ana ʒj. magiſter. perlar. corall. ana ℈ivß. laudan. ſpecific. vin. rub. ſolut. ℈ij. F. Maſſa pilularis. Doſ. ʒj. mane & veſperi longè à cibo. Huic maſſæ addo aliquando animam hepatis & crocum martis corallin. (de quo poſtea) ana ʒjß. aut ʒij. Cum ſyrupo aliquo aſtringenti poteſt fieri Electuarium.

Opii præparatio.

Opii præparatio hæc eſt. Poſt ſulphuris impuri exhalationem in clibano, diſſolvatur in duabus partibus aceti roſacei fortiſſimi & una vini Canarini, limpidum exprimatur, & à fæcibus ſeparatum coaguletur.

Crocus Martis corallinus.

Crocus Martis corallinus talis eſt. ℞ limatur martis q. v. diſſolve in aqua cum ſp. vitrioli acidiſſimo; cum

cum opt. ſpiritu vini præcipitetur, vitriolum uratur ad ſummam rubedinem.

Ele-ctuariū Sæpiùs *Electuarium* ſequens præſcribo. ♃ conſerv. roſ. rub. vet. cydoniat. vet. ana ℥vj. conſerv. cornor. fruct. cynosbat. ana ℥iij. ecchylomatis prunellor. ℥iiij. pulv. ſubtil. rad. torment. biſtort. ſymphyt. rhabarb. torrefact. myrobalan. citrin. ana ℥jß. ſem. plantag. ſophiæ chirurg. pulv. gland. cupul. eorundem, anther. roſ. rub. ana ʒvj. terr. Lemn. oſſ. human. calcinat. cornu cerv. calcinat. ſpod. ana ʒx. gum. arab. tragacanth. mucilag. ſem. cydon. inſpiſſat. ſang. drac. ana ʒvj. magiſter. perlar. corall. cum alum. præcipitat. ana ʒvj. coagul. lepor. ℥ß. croc. mart. corallin. ℥ij. ſap. cydon. aut ſyr. myrtin. q. ſ. F. *Electuarium*, ad cujus ſingulas uncias adde opii noſtr. gr. iiij. Doſ. à ʒij. ad ℥ß. Huic addo aliquando alum. rup. ʒij.

Clyſteres. Injiciantur *Clyſteres* emollientes, lenientes, & anodyni ex lacte cum theriaca & opio. Aut ex ol. communi aut cremore hordei. Si adſit ulcus, lithar-

lithargyr. integrum candefac, extingue in aceto, teratur in alkool, & cum ol. lini. aut lacte capril. aq. fabror. aut hord. & ol. roſ. f. *Clyſter*. Addi poſſunt ſolutiones gummi tragacant. & arabic. in ſucco plantag. Ad detergendum adde terebinth. ovi vitello ſolut.

℞ fol. plantag. tapſi barbat. ana m. j. roſ. rub. p. iv. flor. hyperic. p. iij. ſem. coriand. ſophiæ chirurg. ana ʒjß. Coq. in lacte. Colaturæ ℥x. adde vitell. ovor. numero ij. gum. Arab. in aq. plantag. ſolut. ℥ß. Mſ. f. *Clyſter*. Addi poteſt aliquid balſami Lucatelli. Fieri quoque poſſunt ex jure capitis ovini cum ſummitat. hyperic. rad. tormentill. *&c.* incoct. Si Dyſenteria multùm urgeat. ℞ rad. cynogloſſ. ℥iiij. hyoſcyam. ℥iij. tapſ. barbat. totius m. ij. malv. totius m. iiij. ol. com. rec. ℔iij. Coq. addend. aq. ſperm. ranar. ℔j. roſ. & plantag. ana ℔ß. coq. ad aquarum conſumpt. & herbarum putrilaginem. Exprime fortiter, & partis hujus olei compoſit. purioris ℔j. adde mucilag. liquid. ſem. pſyll. & cydon. aquis prædictis

extract.

extract. ℥iv. vitell. ovor. numero ij. Mſ. f. *Clyſter*. Huic addi poſſunt fol. bugul. ſanicul. prunell. vinc. pervinc. *&c.* Unguentum Comitiſſæ diſſolvi poteſt in Clyſteribus, vel Juſcula communia, vel medicata injici, facta cum herbis vulnerariis & aſtringentibus cum lacte perlar. & corall.

Poſſetũ. *Poſſetum* fieri poteſt ex vin. rub. ℔ij. bulliant, & adde lact. rec. ℔j. alum. ʒij. ſacch. ℥iſſj. cinamom. bacillum integrum, poſt aliquot ebullitiones pars caſeoſa ſeparetur à limpida. Mſ. pro duabus doſibus mane & veſperi exhibend.

Bolus. Horâ ſomni *Bolum* hujuſmodi præſcribo, præcipuè poſt purgans. ♃ conſerv. roſ. rub. antiq. ℈ij. confect. alkerm. ℈j. laudan. Lond. gr. ij. Mſ. f. *Bolus*. Poſt Bolum ſumatur hauſtus alæ maciatæ. Huic ſæpiùs addo diaſcord. margarit. corall. *&c.*

Specifica ſimpliciora *Specifica* ſunt ſequentia. Mucilag. *gum. tragacant.* & *arabic.* ſucco plantag. ſolut.

Extractũm *prunellarum* cum omphacio ad conſiſtent. pilul. Doſ. à ℈j. ad ʒß. ante paſtus.

Clyſte-

Clyſteres ex *lact.* ℔j. & *vitrioli albi* ℥ß.

Pulvis *concharum* furno exſiccat. cum cinamom. & nuc. moſcat. ad ʒj. in vin. rub.

Malum cydonium cerâ aut cum *gummi Arabico* repletum, clibano coctum, & exhibitum. Bolus ex *ſ. cch. Saturn.* gr. x. *croc. mart.* ℈j. conſerv. roſ. parum.

Sem. plantag. à ʒj. ad ʒij. in vin. rub.

Pulvis *ſaturni* crudus cum nuce moſch. & caryophyll. in vin. rub.

℞ *croc. mart.* ʒj. *nuc. moſch.* ℈j. aut ʒß. Mſ. ſume ex ovo ſorbili aliquoties.

Vinum granatorum cum pulv. *panis alb.* clibano exſiccat.

Suffitus ex *cortice* lignoſo *pomorum pinea.*

Pulv. *cran. human.* calcinat. ad ʒj. in vin. rub.

Amaranthi flos pulv. vino ſumpt. Ut quoque pulv. rad. *palm. Chriſti* majoris, & pulv. flor. *palm. Chriſti* minoris in aq. ferrata exhibitus.

Vitell.

Vitell. ovorum cum pulv. nuc. moſchat.

Cydonia exſiccat. & conciſ. aqua communi decoct. pro potu ordinario.

Pulv. fol. *vinc. pervinc.* cum *rhabarb.* & conſerv. roſ.

Taleolæ *carnis bubulæ*, pulv. *cumin. cinamom.* & *cret.* conſperſæ, intensè calefactæ & umbilico applicatæ ſucceſſivè deploratum reſtaurârunt.

Ol. commune & *vin. Claretum* coquantur ſimul ad vini conſumpt. Sumatur cochl. j. ſæpiùs in die.

Malum cydonium cochinellâ repletum & torrefactum & cum ſaccharo comeſtum.

Aqua quæ lignum petrificat ad ℔ ij. hauſta dyſenteriam peſſimi moris ſanavit irritis aliis remediis.

Alvi depoſitio in ignem luculentum.

℞ ſacch. roſ. ℔ j. ocul. cancr. præp. ℥ß. corall. rub. præp. margarit. præp. ana ʒ ij. Mſ. Doſ. cochl. j. in hauſtu lact. recentis ſextâ quâque horâ.

Os ſepiæ toſtum & pulverizat. cum vin. ſumpt.

Gelatina

Gelatina cornu cerv. cum ſucco *vinc. pervinc.*

Ex *Creta alba* lacte ſoluta & cum farina fabar. ſacch. & cinamom. f. Pulticula.

Ovum recens vacuetur ab albumine, impleatur *ſp. vini*, & per ſe coquatur: *Vitellum* ſic coctum remedium eſt certiſſimum.

Aqua optima *aſtringens* in Diarrhœa hæc eſt, *viz.* ℞ moror. rub. Idæi ſucci vinoſ. ℔iiij. cornor. ℔ij. fol. querc. tenell. plantag. conciſ. ana faſcicul. j. Diſtilla in Balneo: hujus liquoris diſtillati. ℞ ℔ij. phlegmat. alum. & vitrioli ana ℔j. aq. ſperm. ranar. ℔ß. ſucci cydon. & ribes ana ℥x. Mſ. In liquoris ℥xvj. diſſolve alum. ʒij. ſacch. ℥iiij. & infund. cinam. ℥ß. Cola ad uſum. Doſ. ℥iiij. bis térve in die. *Aqua aſtringens in Diarrhœa.*

Aquæ medicatæ multùm hîc faciunt, *viz.* ferruminatæ, aluminoſæ & nitroſæ, ut Tunbrigenſes, *&c.* Aut *factitiæ* fieri poſſunt ex aq. ſtillat. cichor. taraxac. plantag. *&c.* cum granis aliquot * animæ hepatis, & aromatizetur cum cinamom. aut co- *Aquæ minerales, aut factitiæ,*

M riand.

riand. & edulcoretur cum ſyr. corall. viz. ℞ aquæ ℔j. animæ hepat. gr. vj. ſyr. corall. ℥j. miſ. pro duabus doſibus.

Praxis Indorũ. *Indi* fumum zinziberis carbonibus vivis inject. recipiunt per ſellam perforatam, donec ſudore perfundantur, & animo liqueſcere incipiant; dein lecto calido committuntur, ut ſudores promoveantur, exhibito brodio calido ad vires refocillandas.

Praxis Hibernorum. In *Hibernia* laminam ferri candentem magdaleoni ſulphuris infigunt ſuppoſito marmore, vel alio lapide lævi, ferrum liquatum inſtar ceræ fluet in lapidem unâ cum ſulphure accenſo, cujus flammam folle extinguunt. Ferrum unà cum ſulphure terunt in pollinem, hujus exhibent ʒj. cum conſerv. roſ. rub. vet. vel diaſcord. bis in die ad ſex vices, ſuperbibendo aliquid aquæ vitæ. Exhibent quoque cran. human. furno exſiccat. non calcinat. ſed pulverizat. ad ʒj. in vehiculo idoneo.

Pulvis pepticus Poſtquam morbi violentia infringitur, convenit *pulvis digeſtivus* ſequens poſt ſingulos paſtus ad coch. j.

℞ la-

℞ lamin. panis alb. vin. malvat. macerat. & ſiccat. ℥ij. ſem. aniſ. fœnic. dulc. ana ℥ß. cortic. exter. citr. condit. ſicc. ℥j. corall. rub. præparat. margarit. præparat. ana ʒij. ſuccin. alb. præparat. ʒjß. ambr. griſ. ʒj. cinamom. ʒß. ſacch. alb. triplum pondus. F. *Pulvis* ad uſum dictum.

In *Teneſmo*, præter ea quæ ſuprà præſcribuntur in *Diarrhœa* & *Dyſenteria*, conveniunt Topica, ut *Clyſteres* minimâ quantitate, *Injectiones*, &c. *Teneſmus.*

℞ mucilag. ſem. pſyll. cydon. & alth. in aq. tapſi barbat. ſolan. & chelidon. maj. extract. ℥iiij. lact. vaccin. rec. ℔ß. vitell. ovor. numero ij. croc. pulv. ℈j. diacod. ℥ij. Mſ. & injiciantur ℥iij. aut iv. pro vice, & contineatur quamdiu poteſt, & ſæpiùs repetatur. *Clyſter.*

Aut Vitellus ovi crudi cum pulv. bol. armen. ſubtil. aut ceruſſ. injiciatur per ſyphonem, & ſæpiùs repetatur. *Injectio.*

Vel ℞ unguent. popul. ʒß. ol. cer. ſtillat. ʒß. ol. amygd. dulc. hyperic. ana

℥ß. vitell. ovi unius. Mſ. pro duabus injectionibus.

Suffitus. Convenit quoque *ſuffitus* ex gagate in ſella perforata.

Fotus. Item *Fotus* ex chamæmel. melilot. tapſ.barbat.flor.ſambuc.hyperic. ſem. lin. & fœnugræc. aquâ & lacte coct. quo imbuantur ſpongiæ molles,& foveatur anus.

Aut ♃ aq.plantag.roſ.ſperm. ranar.ana ℥ij.tapſ.barbat.℥iv. ſacch. ſaturn. ℈j. Mſ. f. *Fotus* cum ſpongiis mollibus uſurpandus.

Linimentū. *Litus* fiat ex ol. maſtichin. cydon. ana ʒvj. aurant.℥ß. ol. nuc. moſchat. per expreſſ.ʒj.Mſ.

Unguentum fieri poteſt ex unguent. popul.ʒvj.butyr.rec.ʒij. ol.lin. rec.ʒjß. opii gr.iv. Mſ. f. Unguentum quo inungatur pars affecta.

Cataplaſma. *Cataplaſma* hujuſmodi applicetur è bombace, & renovetur antequam exaruerit.

♃ bulb.lilior. alb. ſub ciner. coct. mic.pan. alb. lacte infuſ. ana ℥ij. caſſ. rec.extract. ℥j. unguent. popul.& de ſtramonio ana ʒiij.alb.græc.℥ß.Mſ. f. *Cataplaſma.*

Intus

Intus exhibeatur coch. j. *pulv.* ſequentis ſextâ quâque horâ in pinta una lactis rec. mulcti. *Pulvis.*

℞ ſacch. roſ. ℔j. ocul. cancr. ℥ß. corall. rub. præparat. margarit. præparat. ana ʒij. Mſ. f. *pulvis* ſubtilis ad uſum dictum.

CAPUT IV.

De Lumbricis.

N. B. PUrgantia cum lumbricos enecantibus optimè permiſcentur; illa ſaltem hæc debent excipere.

Pulvis uſualis minor. ℞ C. C. cum ſp. vitrioli præparati, corallinæ, ſem. contra, ana part. æqual. Mſ. Doſis ʒß. ad ʒj. Sumitur ex vino, vel juſculo, vel aqua appropriata, vel cum pomo ſub cineribus cocto. 2. hor. antequam eatur cubitum. Si purgantem hunc velis reddere pulverem, adde jalap. pulverizat. circiter quintam partem, & exhibeatur manè. *Pulveres.*

Pulvis major. ♃ corallin. ſem. contra, C.C. vitriolat. vermium terreſtrium (vel ſi habeantur, humanorum) præparat. carnis viperinæ cum oſſibus debitè ſiccat. jalap. ana ℈iiij. f. *pulvis* ſubtiliſſimus. Doſis ℈ j. ad ʒß. ℈ij. ʒj. ex aqua portulac. aut hyperic.

Hiſce pulveribus helminthagogis usûs tempore pro ratione mali & diſpoſitionis virium ſubjecti, poterunt addi Mercurius dulcis, * manna Mercurii, * Mercurius lunaris qui datur ad grana pauciora, 4. 5. 6. * Æthiops mineralis, * Manna Saturni, cinnab. vulgaris aut antimonii. Exhib. ex pulte farinacea, vel ex pulpa pomi.

☞ *N. B.* Perplacet mihi * Æthiops compoſitus ex mercurio & ſulphure, quæ duo vermes potenter enecant.

In robuſtis poterunt addi grana aliquot ſcammonii correcti per fumum ſulphuris, vel per inſtillationem guttarum aliquot olei ſulphuris vel vitrioli terendo in mortario vitreo.

Mercu-

Mercurius dulcis quocunque modo exhibitus ſive in conſerva (v. g. flor. Perſic.) ſive in tabellis mira facit à gr. vj. ad xij. xv. xx.

℞ conſerv. roſ. rub. ʒß. cortic. citr. ſaccharo condit. cort. aurant. ana ℈j. antimon. diaphoret. vel flor. antimon. reverberat. & fixat. gr. v. mſ. f. *bolus*. Detur per 4. dies conſequentes mane, poſt purgationem. *Bolus.*

℞ conſ. flor. hyperic. & flor. perſicor. ana ℥ß. ſem. hyperic. & caulium ana ʒij. magiſter. C. C. acidul. corallin. ana ℈v. cinnab. ſubtiliſſ. lævigat. cum aq. portulac. & ſiccat. ʒj. Trita omnia diligentiſſimè miſceantur, & cum pauco ſyrupo ex flor. perſic. vel, ſi deſit, roſar. pallid. f. *Electuarium* inſtar Opiatæ, de quo cap. tribus diebus conſequentib. ʒiij. ſuperhauſto poſſeto præparat. cum portulac. rad. gram. & raſur. C. C. crudi. Differat prandium ad minus ad tres horas & ſuperambulet. *Electuariū.*

℞ aq. font. aut graminis, extinctionis plumbi aut ebullitionis mercurii, cum ſp. vitrioli acidulat. ℔jß. flor. veton. rub. p. iij. viol. p. ij. roſ. *Apozema.*

rub. p.jß. ſem. hyperic. ʒij. raſur. C. C. ʒiij. extrahe tincturam, per chartam filtra, unde ſume ℔j. in qua diſſolv. ſyr. è flor. Perſic. ℥ij. acetoſell. ℥j. vin. alb. Rhenan. ℥iiij. mſ. pro 4. doſ. bis in die ſumendis longè à paſtibus, per biduum. In prima doſi infundi poteſt fol. ſenn. ʒj. vel ʒij.

N. B. Mercurius crudus aq. fontanâ coctus; ut quoque plumbum liquefactum & aquâ portulacæ extinctum ad ſeptem aut octo vices, remedium efficax conſtituunt, ſi ſcilicet aqua cum ſaccharo edulcoretur, & ſola, julapii inſtar, bibatur.

Diæta. Aliquando *diæta* optimo conſilio inſtituitur, quæ hujuſmodi eſſe poteſt. ℞ rad. chin. ℥ij. gram. filic. fœmin. ana ℥iij. lign. ſaſſafr. ℥j. raſur. ebor. ʒv. ſem. hyperic. ℥ß. raſur. C. C. primar. rec. ʒvj. f. ſacculus pro cong. ij. cereviſ. In quaque libra infunde rhabarb. ʒß. Sumatur pro *potu ordinario.*

Externa. *Externè* abdomini applicari poſſunt epithemata, linimenta, & emplaſtra.

Epithema. ℞ fol. menth. abſinth. hyperic. ana m. j.

m. j. fol. chamæmel. m. ij. frigantur in ſartagine, irrorentur vin. alb. odorat. & f. *epithema* ventri applicand. cum faſcia idonea.

Illini quoque poteſt abdomen *linimento* ſeq. ℞ ol. hyperic. ℥ij. aneth. chamæmel. ana ℥j. ol. nuc. moſchat. ℥ß. mſ. f. *linimentum*. *Linimentũ.*

Emplaſtrum quoque ſeq. umbilico applicetur. ℞ fell. bubul. ℥ß. aloës ʒiij. pulp. colocynth. ʒj. ſem. aneth. caul. hyperic. pulverizat. ana ʒjß. mſ. f. *Emplaſtrum*. *Epomphalia.*

Vel ℞ aloës ℥j. myrrhæ ℥ß. centaur. min. ſem. nigell. Rom. & hyperic. ana ʒj. ol. ſtillatit. abſinth. ʒß. fellis bubuli coctura inſpiſſati ad conſiſtentiam ſucci glycyrrhiz. ʒiij. Omnia, ut decet, præparata excipiantur ſ. q. balſam. Peruvian. f. maſſa *emplaſtri* pro umbilico.

CAPUT V.

De Hæmorrhoidum fluxu.

N. B. HÆmorrhoides diuturnæ non ſunt ſtatim ſup- *Nota.*

 primen-

primendæ, metu refluxûs ad nobiliores partes; unde phthiſeos, hydropis, cancri, maniæ, epilepſiæ, aliorúmque graviſſimorum morborum impenderet periculum. Fluxus itaque non aſtringentibus illico ſiſtendus eſt, ſed potiùs revulſione, ſanguinis acrimoniæ correctione, toni partium corroboratione, *&c.* ſenſim minuendus.

Victus. *Victus* ſit refrigerans & humectans. Veſcatur utplurimum carnibus elixis juniorum animalium. Alterentur autem juſcula boragine, bugloſſo, portulacâ, agrimon. plantag. pimpinell. pomis, trifolio, acetosâ, ſylv. fruct. berber. addit. C.C. ebore, dente equi marini, rad. chin. tormentill. Fiant aut in aqua ſæpiſſimè chalybeata, vel ſaltem in lebete ferreo. Colatura acidula reddatur cum ſp. vitrioli corallat.

Notandum, ea eſſe in cibo danda quæ non ſunt duræ ſubſtantiæ, ſed quæ facilè pertranſeant, & mollia reddant excrementa; ſiquidem durities fæcum maximè noxia in hoc affectu. Ova ſorbilia, ſuccus carnium,

ſorbi-

ſorbitiones crebræ maximè conveniunt. Abſtineat ab omnibus acribus, ſalſis, præcalidis.

Potus ſit *ptiſana* cum china, raſura dentis hippopot. ebor. C. C. rad. tormentill. glycyrrhiz. *Pomaceum* cum iiſdem & rad. filipendul. ſcrofular. maj. *&c.* paratum, ita ut cum iis f. fermentatio. *Amygdalata*, & *Emulſiones* ex quatuor frig. ſem. maj. in aqua chalybeata, addit. ſem. plantag. ſophiæ chirurg. & portulac. *Julapia* item, v.g. ℞ roſ. rub. p. iij. flor. veton. rub. p. iiij. violar. borag. bugloſſ. ana p. ij. rad. tormentill. ℥iij. ſant. citrin. ℥j. aq. fontan. puriſſim. ℔iiij. cum ſp. vitrioli corallat. q. ſ. f. tinctura. Colaturæ adde tertiam vel mediam partem pomacei, & ſaccharo edulcoretur. *Potus.*

Somnus convenit viſceribus, ut labor articulis: propterea cavendum à vigiliis & lucubrationibus quæ ſanguinem acuunt & fluxum augent. Somnus omnes fluxiones ſiſtit, excepto ſudore & ſeminis fluore. *Somnus*

Exercendum moderatè corpus an- *Motus.*

te paſtus, & abſtinendum à vita nimis ſedentaria.

Clyſter. Ad fæces ex primis viis eliminandas injiciatur *clyſter* leniens cum caſſia vel elect. lenitiv. Decoctio autem admiſcenda ſunt roborantia & aſtringentia quædam, ut dum liquor enematis fæces educit, qualitas inteſtino impreſſa remaneat, v.g. roſ. plantag. ſophia, alchymil. *&c.*

Purgatio. Validiora *purgantia* noxia: Conveniunt ſyr. ex caſſia, violarum ſolutiv. de pomis ſolutiv. cum tamarind. polypod. caſſ. ſenn. ſem. & rad. violar. Pruna laxantia cum manna. Horum ope (ſi aliàs alvus non reſpondeat) toto curationis decurſu fæces, antequam nimis induruerint, ſubducendæ ſunt.

Venæ ſectio. Revulſio, præſertim in plethoricis, tentanda eſt per *phlebotomiam* brachiorum ſæpiùs iteratam in parva quantitate: in aliis per cucurbitulas ſæpiſſimè regioni hepatis applicatas.

Chalybeata. *Chalybs* ſive *ferrum*, ſpecificum in hoc affectu remedium eſt, obſtructiones viſcerum tollens, atram bi-

lem

lem (nam hoc morbo laborantes plerumque ſunt hypochondriaci) domans & plurimùm dulcificans, viſcera roborans. Incipiendum à ſyrupo de ſcoria ferri vel alio chalybeato cum cichor. tormentill. ſcrofular. filipend. portulac. plantag. prunell. vinc. pervinc. alchymill. *&c.* Inde veniendum ad vinum vel cereviſiam chalybeatam. Parentur autem ex croco Martis aperient. parato ex ferro, non ex chalybe; vel ex battitura ferri. Tandem f. progreſſus ad ſubſtantiam Martis, inter cujus præparata maximè in hoc caſu convenit ferrum cum aceto præp. Ex hoc fieri poſſunt Electuarium vel pilulæ, addit. margarit. corall. *&c.* ſumend. mane per longum tempus. Horum medicamentorum formulæ ſint hujuſcemodi.

Scoria ferri decies ignita & extincta ſit in ſucco plantag. & portulac. additâ vin. alb. Rhenan. tertiâ parte. Pulveris hujus poſtea exſiccati. ♃ ℥vj. rad. ſicc ſcrofular. maj. filipend. tormentill. ana ℥j. rad. cichor. tapſ. barbat. ana ℥jß. ſem. ſophiæ *Syr. è ſcoria ferri.*

phiæ

phiæ chirurgor. plantag. ana ℥ß. raſur. dent. hippopot. C. C. ebor. ana ℨiij. ſantal. citrin. ℨij. Omnia præparata macerentur in q. ſ. ſucc. depurat. bugloſſ. acetoſell. ſylv. granator. ceraſ. cydon. & vin. alb. ad ſupereminentiam viij. digitor. Poſtea coletur, & cum ſacchar. roſar. q. ſ. f. *ſyrupus.* Sumat cochl. ij. unoquoque mane ad dies plures ex aqua tapſi barbati, portulac. plantag. & roſ. rubr.

Cerevi-ſia fer-rata. *Cereviſia medicata ferrata* pro potu ordinario in hac forma inſtituatur. ♃ rad. chinæ ℔j. rad. verbaſci ſicc. ℥vj. rad. fœniculi, aſparagi, ruſci ana ℥iiij. rad. ſcrofular. major. ℥iij. raſuræ dentis equi marini ℥v. battituræ ferri in vino Hiſpanico ſexies extinctæ, atque in porphyrite cum aqua roſarum pulverizatæ, ſacculo incluſæ ſeorſim ℔j. nuc. moſchat. nº vj. cereviſ. lupulat. galon. vj. fiat, ut artis eſt. Bibatur per menſem unum vel alterum.

Si *Vinum* magis arriſerit, eadem in vini q. ſ. infundantur; Colaturæ bibat ℥iiij. bis in die.

Electua-

Electuarium tale ſit. ℞ conſ. roſ. rubr. & flor. tapſ. barbat. ana ℥jß. flor. papav. rhœad. ℥j. pulv. rad. ſymphyt. maj. tormentill. ana ʒiij. rad. ſcroſular. maj. raſur. dent. hippopot. ana ℥ß. C. C. ℥ijß. magiſter. perlar. corall. ana ʒiijß. tinctur. corall. ℥ß. ſyr. corall. chalybeat. & ſap. cydon. ana q. ſ. f. *Electuarium.* Doſis ʒj. cum chalyb. vel ferr. per acetum præp. ℈j. mſ. f. bolus mane ſumendus per dies plures ſenſim augendo chalyb. aut ferr. ad ℈ij. *Elect. chalybeat.*

Vel ℞ magiſter. corall. & perlar. dulcis (forſan ſatius eſſet ad dulcificationem iſta communi modo præparata ſumere) croci Martis corallini, gumm. arabic. ana ℈j. Excipiantur paucâ conſ. mororum rubi Idæi. f, bolus mane ſumendus, & ſæpe repetendus.

Vel *Pilulæ chalybeat.* formari poſſunt ad hunc modum. ℞ ſalis tart. cryſtallini ℈j. corall. rubr. triti in alkool cum aq. menth. & abſinth. gr. xv. ſuccin. alb. præp. bol. Armen. præp. croci Martis corallin. alb. ana gr. xij. gum. Arab. gr. ix. cum ſucco liqui- *Pil. chalybeat.*

do

do ſive extracto glycyrrhizæ mellagineo f. maſſa, ex qua form. pil. viij. deglutiendæ mane hor. 4. ante prandium.

Aqua mineral. *Aquæ Spadenſes & minerales* acidulæ multùm valent in hoc affectu.

Coralliata. *Coralliata* item magnæ ſunt efficaciæ, ut ſyrupus, magiſterium dulce, & tinctura corallii.

Syr. Corall. Corallii *ſyrupus* ſic fit. ℞ corall. rub. opt. lævigat. ℥iiij. acet. acerrim. ſucc. limon. ana ℥vj. macerentur in fimo per dies xv. ad tincturæ extractionem, coletur, colaturæ adde ſucci depurat. cydon. ℥iiij. ſucc. fragor. moror. rub. Idæi ſylveſt. ana ℥ij. ſacchar. roſ. dimid. ponderis, f. ſ. a. *ſyrupus*, cui indatur nodulus continens nuc. moſchat. ʒij. ſantal. citrin. ʒiij. Doſis cochl. ij. mane & veſperi.

Tinctura roſarum. *Tinctura roſarum rubr.* opem haud levem confert, præcipuè ſi extrahatur in aqua duodecies chalybeata & filtrata, & acidula reddatur cùm ſpiritu vitrioli, addito ſyrupo rib. ber-

ber.

ber. moror. corallor. aut julap. Alexand.

Julapium item ſeq. haud contemnendum eſt medicamentum. ♃ *ſucc. urtic. alb.* ℔j. aq. roſ. ℥iiij. ſacchari ℔j. f. julap. utendum bis in die cum aqua hordei. *Succ. urtic.*

Hæc ſunt medicamina præcipua quæ internè exhibere ſoleo, & in quibus curationis ſymptomatis hujus ſpem ſummam colloco. Neutiquam verò omittenda ſunt *Topica*, quæ vel inflatas hæmorrhoidas *externas* diſcutiant & earum dolorem tollant, vel earundem fluxum nimium ſiſtant; vel hæmorrhoidum *internarum* (*cæcarum* dictarum) dolorem leniant. *Topica.*

Inflatas hæmorrhoidas *externas* diſcutiunt & earum dolorem tollunt ſequentia. ♃ *unguent. popul.* (quod potentius præparabitur cum ſuccis hyoſcyami, cicutæ, mandragoræ, ſolani, ſtramonii ſpinoſi Indici) ℥ij. *cochinellæ* (quam ſpecificam in hoc morbo aſſerit Rhedus) in alkool lævigatæ in porphyrite ʒij. ♄ ex ☿ facti, ſive ☿ per ♄ odorem coagulati *Hæmorrhoid. inflat. diſcutientia.*

in

in tenuiſſimum pulverem redacti ℥ß. mſ. & diuturnâ agitatione f. *unguentum* applicand. è bombace, & continuò geſtandum.

Vel ℞ *ol. lini* puriſſ. & limpidiſſ. q. v. radic. bulboſ. *Telephii* (Anglice Orpin dicti) quantitatem convenientem: Hæ recentes deterſæ non lotæ incidantur & terantur in mortar. marmor. mox ollæ parvulæ fictili inditæ cum oleo, vel potiùs lapideo vaſi apprimè tecto vel obturato immittantur cacabo aquæ ferventis pleno, & bulliant per ſex horas continuas; f. fortis expreſſio olei ſervandi ad uſum, qui erit intinctâ plumâ tubercula lidendo, & ſumendo floccos lanæ nigræ circa ovis nates ſive podicem creſcentes, ex qua lana formetur pulvillus, qui tinctus & imbutus oleo prædicto applicetur.

Si ſanguis diſcuti nequeat, venas opplens, rumpentur, & effluet ſanguis; ſin minùs, detumeſcent venæ, & ceſſabit dolor.

Efficacius autem unguentum erit, ſi aut *ſuccum* exprimas ex radicibus, & cum *oleo* mixtum coquas ad ſucci con-

ſumptionem, aut radices novas contuſas eidem oleo ter quatérve indas, coquas & exprimas.

Vernix, qua pictores utuntur, eſt remedium ſingulare in curandis hæmorrhoidibus tam apertis, quàm latentibus: at ſi apertæ fuerint, & nimis tenaciter vernix cuti adhæreat, additur ol. roſatum. In iſta autem vernice tingatur pannus lineus & admoveatur. Hujus uſu ſanatus eſt Carolus quintus à muliere, cùm nullâ ope curari poſſet.

℞ *unguent. popul.* ℥j. *caſſ. fiſtul.* recenter è canna extract. ʒiij. *mucilag. ſem. pſyll.* & *cydon.* extract. in aq. *tapſi barbati* ℥ß. *albi Græci* ʒijß. mſ. & agitentur diu multúmque in mortario plumbeo, f. *linimentum* applicandum è bombace.

Vel ℞ *unguent. popul.* ℥iiij. *vernic. liquid.* ex ol. ſem. lini & gumm. juniper. fact. ℥ij. *ſacchari Saturni, albi Græci* ana ʒvj. *Opii* in aq. ſcrofular. vel tapſi barbati diſſolut. & inſpiſſat. ad mellag. ʒv. mſ. & adde uſus tempore *vitellum ovi* crudum.

Fol. ſcrofular. maj. cum butyro in for-

forma cataplaſmatis ano applicata hæmorrhoidas externas purgant & dolorem ſedant.

Denique *oleum* ſeq. ad hæmorrhoidas eſt ſpecificum. ℞ ſcarabæos in ſtercore bovis repertos numero 50. aſellos vivos numero 200. rad. ſcrofular. maj. ſucculent. per taleolas ſect. rad. chelidon. minor. ana ℥iiij. ſucci tapſi barbati, ſolani hortenſis ana ℥vj. ſucci cicutæ, mandragor. baccar. ſolan. ſomnif. ana ℥iij. olei lini recentis ℔j. medull. crurum bovis ℥iiij. ſperm. ceti ℥iij. Bulliant. ſimul ad ſuccorum conſumptionem & ingredientium putrilaginem, deinde f. expreſſio fortis, & ſervetur pinguedo, quæ cum æquali portione ung. popul. mixta ſervetur in pyxide plumbea ad uſum. Applicetur ex bombace. Ex iſto litu additâ cerâ poterunt formari ſuppoſitoria ad neceſſitatem.

Fluxũ ſiſtentia Ad *fluxum* immoderatum *ſiſtendum* utiliter externè admoveri poſſunt ſequentia.

℞ unguenti populei ℥ij. mucilag. ſem. pſyll. & cydon. extract. in aq. plantag.

plantag. & ſpermat. ranarum ℥iiß. oſſium humanorum ad ſummam albedinem calcinat. ʒvj. bol. Armen. croci Martis aſtringent. ſang. draconis, ſang. human. vel bubul. deſiccati & ſubtil. pulverizat. ana ℥ß. vitell. ovorum numero 2. ſacchari Saturni ʒiij. inſ. & longâ agitatione f. *Nutritum* applicandum ano cum bombace molli. Vel

℞ plumbi albi (vide de ſumenda reſidentia præcipitata in parando lacte virginali) ℥ß. cretæ ʒij. croci Martis aſtringentis, lap. ſciſſilis (*ardoiſe*) ana ʒj. f. omnium alkool excipiend. ung. popul. agit. diu in mortar. plumbeo, & f. *linimentum* ſatis durum applicandum bis in die ex linamento carpto. Poſſet excipi partibus duabus vernicis pictorum, & una unguenti populei. *Vernix* autem præparetur ex ol. lini ℥xij. terebinth. Venet. ℥iiij. ſandarac. puriſſ. ſive gum. juniperi ℥iij. Liquentur ſimul lento igne.

℞ cochlear. limac. in vitibus collect. mundat. & in clibano exſiccat. ℥j. cum ℥j. butyri recentis agitetur tamdiu

diu in mortario plumbeo donec f. *linimentum.*

Item aſelli, vel æs uſtum cum ol. roſar. agitatum in mortar. plumb. *unguenti* inſtar.

℞ ſuberis q. v. uratur. & in pulverem redigatur, qui mixtus cum ovi albumine applicetur.

℞ terr. ſigillat. boli Armen. trochiſc. ſpod. de carabe ana ℥j. ſucci urtic. alb. ℔ß. alb. ovorum q. ſ. f. *litus* quo ungatur anus ter in die.

℞ roſ. rubr. ſummit. rubi, verbaſci, caudæ equinæ ana m. j. cort. granator. balauſt. nuc. cupreſſ. aluminis ana ʒij. aq. plantag. ℔ij. f. decoctio ad ℔j. Colaturæ adde mell. roſac. ℥j. f. *fotus.*

Experimentum Patris *Ottonai.* *Pulvis* quidam inſtar furfuris qui adhæret filici, ceterach, oſmundæ regali; vino alb. vel aq. Roſar. locus humectatur, mox pulvere aſpergitur.

Balneatio in aqua fabrorum multùm juvat.

Anus *abluatur* decoct. virg. aur. ſanguinar. vinc. pervinc. ſanguiſorb. *&c.* parat. in aq. chalybeat. & conſper-

ſpergatur C. C. calcinato.

Suffitus fiat ex eodem decocto cum dimidia parte aceti projectis in ſcoriam ferri candent. excipiend. in ſella perforata.

Cataplaſma lumbis poteſt applicari ex argilla emollita ſuccis plantag. portulac. ſophiæ & acet. roſ.

Si ab hiſce fluxus immoderatus ſiſti nequeat, tunc rebus deſperatis veniendum ad ferrum candens quo venæ ſunt urendæ & cauterizandæ: quo caſu venam unam intactam relinquere ſæpe neceſſe erit, nè fluxu omnimodè ſimul ſuppreſſo pars aliqua ex nobilioribus pœnas luat.

Si ſanguis ab *hæmorrhoidibus internis* immoderatè fluat, quæcunque ex prædictis commodè ano injici vel indi poſſunt, ſimilem his ac externis opem conferunt. *Ad hæmorrhoidas internas.*

N. B. Ubi aliquid indendum eſt ano quod partes affectas tangat, ſumatur tantùm ſebum cervinum, damæ, vervecinum, *&c.* ex quo, ut ſtatim docebitur, præparato poterunt projici in modulos ſuppoſitoria variæ magnitudinis, quæ unguento populeo aut

aut vernice liquida delibuta immittantur ano.

Sebum ſic præparetur. ℞ tapſi barbati florem album gerentis totius minutim conciſi m. ij. foliorum hederæ terreſtris, chelidon. maj. totius ana m. j. rad. ſcrofular. maj. & chelidon. minor. ana ℥ij. rad. hyoſcyam. conciſ. ℥iij. capita papav. albi majora numero 4. aq. vel ſucc. roſar. plantag. ſolan. ana ℔ß. axungiæ ſuillæ recent. ℔j. ſebi cervin. ℥iv. Coq. ad herbarum putrilag. & liquorum conſumptionem, f. expreſſio fortis pinguedinis ad uſum dictum.

Quoniam autem hoc genus hæmorrhoides *cæcæ* dictæ, cùm non fluunt, ſunt admodum dolorificæ, ſedari poteſt dolor à ſeqq.

℞ emulſ. ſem. papav. alb. fact. cum decocto fol. tapſ. barbat. ℥iiij. mucilag. ſem. fœnugr. & pſyll. extract. in aq. ſolan. ℥j. unguent. popul. cum vitel. ovi diſſolut. ℥ß m. ſ. pro injectione facienda, quæ quamdiu fieri poterit, contineatur, bis in die tepidè.

℞ ſebi hircini, vel, ſi deſit, alterius q. ſ. ad formandum ſuppoſitorium;

rium; huic adde opii ℈ß. Alliga filo, immitte ano dolorem tollit, ſomnum conſequenter conciliat, qui ſi ſit nimius, extrahatur.

Unguentum anodynum potens ſit ex ſucco ſtramonii & axungia, formantur veluti ſuppoſitoria, quæ induntur ano. Compeſcunt dolorem hæmorrhoidum quaſi miraculo. Stramonium autem ſumatur ſpinoſum Peruvianum.

CAPUT VI.

De Fiſtula in Ano.

MOrbus per ſe patet, præcipuè ſi inſtrumentis exploretur ulcus. *Diagnoſis.*

Indicationes ſunt hæ: ſanguinis fluxus ſi adſit ſiſtendus, ulcus ſordidum detergendum, carne replendum, per ſiccantia conſolidandum, & cicatrix firma eſt procuranda: humorum acrimonia obtundenda, & corpus eſt renutriendum. *Indicationes.*

Quoad *Victum*, comedat parcè, *Victus.*

veſcatur unico cibo, prunis, paſſulis; bibat cereviſiam medicatam. Conveniunt quoque Emulſiones, amygdalata, hordeata, Paſta regia, panis marcius, gelatinæ, lacticinia, ſed præcipuè lac aſininum ad humorum acrimoniam temperandam.

Purgatio. *Purgetur* ter diebus alternis hoc modo. ℞ calomelan. opt. præparat. gr. xv. vel xx. diaprun. ſolutiv. ℥ij. gum. Arab. ℈j. fol. aur. numero 4. Mſ. f. Bolus mane ſumendus, ſuperbibendo tantillum vin. alb. aut cereviſ. medicat. & poſtea juſculum. Sine ullo dolore operatur, aut ſanguinis fluxu.

Clyster. Injiciantur *Clyſteres* ex vulnerariis & lenientibus; ut quoque ex aſtringentibus, ut ſanguinis fluxus ſiſtatur; ut in Capite de *Diarrhœa, Dyſenteria* & *Teneſmo* deſcribuntur.

Injectiones. *Injectiones* fiant primo anodynæ, dein detergentes, & denique aſtringentes & exſiccantes. *Anodynæ* ſuprà in Cap. III. de *Teneſmo, &c.* deſcribuntur. *Detergens* ſit talis.

Injectio detergens. ℞ raſur. guajac. ℥ij. rad. caryophyllat. ℥iij. ariſtol. rot. ℥j. fol. ſanicul.

cul. prunel. vinc. pervinc. veronic. herb. Robert. piloſell. ana m. j. Coq. in aq. fabror. ferrar. ad ℔j. adde ſp. vin. ℥iiij. mucilag. ſem. pſyll. & cydon. in aq. roſ. & plantag. extract. ℥iij. tereb. Venet. ℥j. vitell. ovor. numero 2. Mſ. f. *Injectio.* Addi quoque poteſt mel. roſ. aut Tapſimel.

Tapſimel, de quo hic ſermo eſt, nibil aliud eſt quàm mel decoctis vulnerariis additum & deſpumatum, ubi baſis eſt tapſus barbatus.

Injectio aſtringens ſit talis. ℞ ſterc. aſinin. rec. m. ij. aq. roſ. plantag. ana ℥iiij. Infunde & decoq. interim. adde ſucc. plantag. ℥iij. ſyr. de papav. ℥ij. gum. Arab. in aq. ſpermat. ranar. ſolut. ℥ß. F. *Injectio* bis in die uſurpand. *Injectio aſtringens.*

Aliquando addo phlegmat. alum. uncias aliquot, ol. myrrh. per deliq. ℥j. trochiſc. alb. Rhaſ. ℥ß. ſacch. Saturn. ʒj. vitriol. Martis ʒß. Aliquando facio ex calce viva ℥j. in aq. fabror. ferrar. ℔iv. vaſe æneo per hor. xij. macerat. unde ſumo ℔j. & mucilagines, ovi vitellos, *&c.* addo. *Injectio exſiccans.*

Aliquando compono ex aq. calcis

& mercurio ſublimat. ſimul commiſt & ſacch. Saturn. edulcorat.

Diaphoretica. Conveniunt intus *Diaphoretica viz.* Hartmanni aut commune, cum pulveribus teſtaceis & terreis commiſta, *viz.* ocul. cancr. magiſt. perlar. bezaor. orient. corall. *&c.*

Decoctum ſudoriferum. Perſiſtat in uſu *Decocti ſudoriferi* ſequentis ad 20, 30, 40. dies plus minus pro ratione operationis & virium.

♃ raſur. lign. ſanct. rec. & reſinoſ. ſarſap. medulloſ. buxi ana ℥ij. raſur. querc. rec. rad. caryophyllat. ana ℥jß. rad. tapſ. barbat filipend. ſcrofular. maj. ana ℥j. rad. ſymphyt. maj. cortic. rad. ononid. ana ʒx. raſur. corn. cerv. rec. dent. equi marin. ana ℥ß. perſicar. maculat. m. ij. prunell. bugul. ſanicul. veron. utriuſque, ſcabioſ. ana p. iiij. flor. primul. ver. p. viij. roriſm. p. ij. Matracio indantur, & ſuperaffunde aq. ſequentis ad ſupereminent. iiij. degitor. Digere in fimo equino per biduum. Cola pro iiij. doſ. matutin. provocetur ſudor ſuperpoſitis ſtragulis ſine calore externo.

Aqua

Aqua ſudorifica talis eſt. ♃ rad. petaſit. rec. ℔ij. rad. bardan. ℔j. ulmar. card. bened. calend. ana m. viij. ſcord. m. vj. ſummit. anth. beton. ana m. iiij. cort. citr. rec. ℥vj. Inciſ. & contuſ. affund. cereviſ. fort. gallon. iiij. macera in fimo per quatriduum, & vaſe duplici diſtilla ad uſum. *Aqua ſudorifica.*

Poſt quartum quemque ſudorem repetatur bolus purgans cum mercurio.

Diebus ſudorum, niſi fluat alvus, ſubducatur Enemate.

Poſtea (præcipuè ſi tabis ſit metus) deveniat ad uſum *balnei* ex aqua & lacte cum multo tapſo barbat. ad 4, 6, aut 8. dies ſemel in die. *Balneū*

Cereviſia medicata ſit hujuſmodi. ♃ raſur. lign. ſanct. ℥ij. ſarſap. ℥vj. rad. ſymph. maj. ℥v. cort. rad. dulcamar. rad. caryophyll. filic. fœmin. ſcrofular. maj. filipend. tormentill. ana ℥iiij. raſur. dentis equi marin. ebor. ana ℥iij. fol. rec. ſiccar. bugul. prunell. ſcabioſ. agrimon. piloſell. veronic. utriuſque, ſanicul. ana m. ij. nuc. moſch. per fruſtra diſſect. numero viij. cereviſ. lupulat. fort. cong. xij. *Cereviſia medicata.*

bulliant in parte cereviſ. mox ubi refrixerint, reliquum addatur cum ſucc. cochlear. ℔iiij. naſturt. becabung. ana ℔ij. pomor. redolent. rec. expreſſ. ℔vj. fermentatione peractâ lagenis lapideis indatur pro potu ordinario.

Ad fontem impurum occludendum utiliſſimum eſt Electuarium ſeq. in cujus uſus diu perſiſtat.

Electuarium ℞ conſerv. flor. papav. rhœad. ℥j. conſerv. roſ. rub. ℥ij. pulv. rad. ſymph. maj. ℥ß. rad. ſcrofular. filipend. raſur. dent. equi marin. ana ʒiij. magiſter. perlar. corall. lap. hæmat. præparat. ana ʒijß. ſang. dragon. ʒij. ſpod. ʒj. gum. Arab. ʒiijß. ſyr. corall. q. ſ. f. *Electuarium*. ℞ hujus ʒij. terebinth. coctur. indurat. croc. martis corallin. ana ℈j. Mſ. f. bolus mane ſumendus, ſuperbibendo hauſtum lactis aſinini, & veſperi horis tribus à cœna. Addo aliquando battituram ferri vin. Hiſpanic. extinct. & in porphyrite lævigat. ad ʒiij. aut ℥ß. aut ampliùs pro re nata.

Iulapiũ. Eidem intentioni inſervit *Iulapium*.

pium hoc, quod poſt doſin Electuarii (vel aliàs) ſumi poteſt.

♃ flor. veron. rub. p. iiij. papav. errat. p. ij. malv. roſeæ p. ijß. roſ. rub. p. jß. aq. cichor. fumar. pomor. redolent. ana ℔ß. * aquæ è cordibus animalium ℥vj. ſp. vitrioli q. ſ. ad gratiam; extrahe tincturam. Cola, & in ℥iv. colaturæ diſſolve ſyr. de ſymph. ℥j. de pomis redolent. corall. ana ℥ß. Mſ. f. *Julapium* bis in die ſumend. Singul. doſ. adde gum. Arabic. in aq. plantag. ſolut. ʒß.

Juſcula Medicata fieri poſſunt è rad. chin. raſur. ebor. dent. equi marin. corn. cerv. rad. ſcrofular. ſymph. filipend. ſem. melon. paſſul. & herbis vulnerariis, & aſtringent. ventre galli veteris incluſ. & incoct. cum fruſto carnis vitulinæ. *Juſcula medicata.*

Hydromel quoque ex vulnerariis & ingredientibus cereviſiæ medicatæ parari poteſt. *Hydromel.*

Si adſit calloſitas, conveniunt pulveres cathæretici, ut pulv. Vigonis, æruginis; immo ſtercus humanum ſiccatum, calcinatum, & pulverizat. *Ad callum.*

Ad carnem fūgoſam. Si adſit *caro fungoſa*, abſumatur ad fundum alum. uſto, Præcipitato per ſe aut cum alum. miſt. pedetentim alterutrum pulverem augendo, ol. antimon. unguent. Ægyptiac. *&c.*

Balſamū detergens. *Balſamum* ad ulcus *detergendum* tale ſit, præcipuè ſi adſit caro fungoſa.

♃ virid. æris depurat. & ſubtiliſſ. pulv. ℥j. vitriol. Heſſiac. ʒij. ol. abiet. lin. ana. ℥iiij. tereb. Venet. gum. elem. ana ℥ij. liquefiant gummata cum ol. & adde virid. æs & vitriol. & digere ſuper ciner. tepide per noctem, addendo flor. antimon. mercur. alb. præcipit. ana ʒj. ſal. Saturn. ʒij. Mſ. & limpidum à craſſo ſeparetur. Huic balſamo addi poteſt balſam. ſulphuris.

Ad omnia Ulcera putrida Pulvis ſequens eſt præſtantiſſimus. ♃ mercurii præcipit. ʒj. vitriol. alb. alum. uſt. ana ʒß. eſcharam facit profundam. Aut ol. antimon. cum ol. papav. aut roſ. commiſt. donec. ſtanno illitum id nigreſcere non facit: exedit carnem

carnem putridam nullo vel ſaltem exiguo dolore.

Inteſtinum rectum pondere ſuo deorſum tendens cum dolore, ſuſtentetur ſpongia molli cum idoneo ſubligaculo. *Ad ani prolapſum.*

Poſt injectiones ne coacervetur purulenta materia, cannulam interdiu geſtet, cui apprimatur ſpongia, nè aër ſubeat.

Suffitus quoque exſiccans hujuſmodi fieri poteſt poſt ulceris deterſionem.

℞ mercur. ℥j. ſap. pyrit. ʒvj. maſtich. thur. ſandarac. ana ʒiij. ladan. ʒiijß. ſtyrac. calamit. benzoin. ana ʒij. gum. guaiac. ʒß. f. Alcohol & cum terebinth. Venet. q. ſ. f. Trochiſci pond. ʒij. Recipiat fumum in ſella perforata, dein per embolum in anum ſemel in die; pro euphoria continuetur. Addi poteſt gum. animæ, benzoin. &c. *Suffitus.*

Proſunt *Aquæ Spadanæ*: Aut ſi haberi non poſſunt, ſubſtituatur *Vinum Chalybeatum vulnerarium* ſequens. *Aquæ*

Vinum vulnerarium chalybeatum ♃ raſur. lign. ſanct. ℥iij. cortic. ejuſd. ℥iij. ſarſap. ℥viij. rad. ſicc. ſymph. maj. ſcrofular. utriuſque, filipend. tapſ. barbat. ſanguinar. caryophyll. ana ℥iiij. fol. ſicc. prunel. bugul. veronic. maris, virg. aur. hyperic. ana m. ij. androſem. equiſet. pimpinell. agrimon. ana m. j. raſur. dent. equi marin. ℥ij. ſpod. corn. cerv. ad albed. uſt. ana ℥jß. croc. Mart. aperient. ℥xv. Imbibantur vin. albo generoſo ad macerationem, dein ejuſd. vini adde ℔xxx. F. *Vinum medicatum.*

Si á vino nimis incaleſcat æger, diluatur doſis (*viz.* ℥iiij.) cum aq. Spadenſ. ℥ij.

An ſinũ ampliãdum. Si ſinus non ſatis ſit apertus, aperiatur turundis ex medulla ſambuci, vel ex ſpongia cerâ, glutine taurin. aut icthyocollâ imbuta.

Exciſio. Si exulceretur ipſum inteſtinum rectum, & nullis cedat remediis, tandem ad *exciſionem* deveniendum. Nam ſecundùm Hippocratem, Rectum inteſtinum & ſecans & reſecans, & conſuens ſive ligans, & urens, & put. efaciens, etiamſi hæc graviſſima eſſe videantur, nihil læſeris.

CAPUT

CAPUT VII.

De Hepatis *Affectibus eorúmque curatione in genere; ſpeciatim de ejuſdem Intemperie calida quædam.*

PArtium univerſæ corporis humani œconomiæ ſtudentium maxima eſt habenda ratio; earum præſertim in quibus fixêre ſedem facultates principes, unde veluti ex uberrimo penu ignobiliora membra ſuſtentantur, & in eadem ſpiritus & humores functionum prima inſtrumenta tanquam ex ſcaturigine derivantur. *Hepar* ſanguinis corpori alendo deſtinati promum condum viſcus, benigni ſucci naturam foventis officina, maximam Medici curam præ nobilitate ſua totum corpus in affectuum ſuorum parilitatem trahente exigit; & ſicubi principiis obſtandum, id in hepatis morbis perneceſſarium, qui eò graviùs & periculo-

ſiùs provecti inſtāt, quo lentiùs & minùs perceptibiles ſub obſcuris principiis ſeſe in intima parenchymatis ſensûs obtuſiſſimi inſinuant. Porro frequentiſſimè *Intemperie* omni, quæ ſanguini aliquam præternaturalem qualitatem impertit, conflictatur *Hepar*: Non minùs frequenter *obſarctu* laborat, ob exiles venarum ex ipſius corpore in caudicem creſcentium radices. Nonnunquam *corruptelam* in propria ſubſtantia patitur; ſæpe *imbecillitatem* experitur, ejuſque vitiatur *tonus*; ex quibus ejuſdem viſceris *tumores, abſceſſus, ulcera*, magnâ ſymptomatum catervâ ſtipata enaſcuntur.

Medicamentis quibus Hepatis affectibus variis obviam eatur, præmittendum duxi univerſale *Specificum Hepaticum* quod vel per ſe uſurpetur, vel aliis pleriſque ſit pro vehiculo. Quippe remedia partes formali qualitate vel ſimilitudine ſubſtantiæ reſpicientia, in eaſdem poſſunt etiam contrarias quaſvis qualitates facilè inducere.

Jecur

Hepaticum ſpecificum ſive mumia ex jecor. & ſang.

Jecur ſumatur ex recenter occiſo animali, vitulo, nefrende, lupo, lepore, cervo, cujus hepar ſicut & columbæ felle caret; fel ex aliis eximatur diligentiſſimè. Hepar per tenues taleolas ſecetur, atque in clibano poſt exemptum panem blandiſſimo calore ſiccetur & ſervetur uſui. Eodem modo poterit præparari hepar hominis juvenis ſani laqueo interempti.

Sanguis cervi menſe Maio exceptus poſt coagulationem manibus rumpatur, multúmque agitetur, diſtilletur in B. & excipiatur ſtillatitius liquor. Maſſa verò ſang. in aſſere aut diſco argenteo extendatur, atque exactiſſimè iu clibano ſiccetur ut ſuprà.

Menſtruum hepaticum optimum parabitur ex veronica, agrimonia, eupator. Avicen. plantag. cichor. ſcabioſ. card. bened. ulmar. abſinth. plurimo, naſturtio aquatico, anagallide aquat. piſt. vaſis lapideis optimè obturatis incluſis & poſt aliquot menſes diſtillatis. Si aliquid fermenti addatur, meliùs fiet fermentatio, &

aqua

aqua poientior erit, extillabítque cum ſpiritu ardente.

℞ jecoris cervi præſertim, vel ſi deſit, alterius animalis ut ſuprà præparat. ſicciſſim. ℔j. ſanguin. ut dict. eſt ſiccat. ℔ß. rad. ſiccar. (quemadmodum omnia reliqua ſimplicia debent eſſe ſicciſſima) enul. gentian. ana ℥ij. rad. chelidon. maj. ℥iiij. rad. filic. fœm. cyper. rub. tinctor. petroſelin. fœnicul. apii ana ℥ijß. rad. cichor. eupator. Avicen. plantag. ana ℥iij. fol. abſinth. utriuſque, eupator. Meſu. ſummit. centaur. min. ana ℥ij. fol. chamædr. chamæpit. veronic. mar. ana ℥j. fol. hepatic. ſalv. vit. aliàs rut. murar. herb. Robert. ſcabioſ. brunell. bugl. ophiogloſſ. fl. lupul. ana ℥ij. ſem. Aquileg. & ſecuridacæ ana ʒvj. cortic. exter. citr. ſicc. rad. tormentil. ſant. citrin. rhabarb. elect. ana ʒx. ſelectiſſima omnia & ſicciſſima incidantur minutiſſimè, redigantur in plverem, iiſque affund. phlegmat. vitriol. cum proprio ſpiritu volatil. acidul. ℔iiij. aq. ex ſanguin. extract. ℔j. hydromelit. malvatic. vin. Canarin. ana ℔iij. vin. Alicant. ℔ij.

ſuccor.

ſuccor. per reſident. depur. baccar. dulcamar. & alkekeng. ana ℔j. ſucc. lupul. plantag. fumar. cichor. ana ℔jß. ſucc. limon. & berber. ana ℔ij. f. digeſtio in fimo equino vaſe ptobè clauſo per octiduum, deinde expreſſio, liquoris in B. depuratio, & per chartam bibulam colatura, tandem ejuſdem ad mellaginem coagulatio in B. vaporis.

♃ iſtius mellaginis ℥viij. crem. tart. alb. ℥ij. trochiſc. Mart. aper. ℥jß. tinctur. corall. cum acid. quercûs ℥j. magiſter. eorund. & perlar. dulcis, ocul. cancr. præp. ana ʒx. C.C. uſti, ſuccin. alb. præparati ana ʒvj. ſpodii ex ebore & C.C. ana ʒiij. Ambr. griſ. ʒj. moſchi Oriental, ℈j pulp. paſſul. cum decoct. cichorii & agrimon. extract. ℥iiij. mſ. & lentiſſimo calore f. *Elect.* reſervand. vaſe vitreo vel fictili vitreato probè clauſo.

Poterit in morbis hepatis per ſe exhiberi iſtud ſpecificum, ſuperhauſt. juſculo hepatico; vel etiam aliis admiſceri pro vehiculo: V. g. ſi exhibeatur potio purgans hepar, in ea diſſolvatur ʒj. iſtius Electuarii. Si

dentur

dentur pilulæ, ſic præparentur. ℞ maſſ. pil. de ammoniac. & de rhabarb. ana ℈j. ſpecific. hepatic. ℈ß. mſ.

Ad Bolum. ℞ caſſ. fiſtul. rec. è cann. extract. ℥ß. diaprun. ſolut. ʒij. rhabarb. elect. ʒj. ſpecific. hepat. ʒß. ſp. vitriol. gutt. iiij. Mſ. f. Bolus.

Eodem modo admiſceatur alterantibus: v. g. ſi paretur Opiata chalybeata hepatica, ad ejus ℥iiij. addatur ℥ß. ſpecific. & ſic de cæteris.

Decoctũ hepaticum. ℞ rad. cichor. tarax. fragar. oxylapath. ana ℥j. fol. hepat. fumar. pimpinell. agrimon. chamædr. ana m. j. flor. lupul. p. ij. ſantal. citrin. ʒijß. lign. rhod. ʒj. f. *decoct.* in qua omnia hepatica poterunt diſſolvi; ſicut in *aq. hepatic.* ſequente.

Aqua hepatic. ℞ rad. ſiccar. cichor. tarax. fragar. pentaphyl. oxalid. oxylapath. ana ℔ß. rad. chelidon. major. ℔j. rad. aſari, fœnicul. aſparag. petroſ. eryng. lign. rhodii, ſant. citrin. ana ℥iiij. fol. ſicc. agrim. fumar. pimpinell. chamædr. chamæpit. eupator. Meſu. ana ℥iij.

℥iij. abſinth. utriuſque ana ℥iijß. ſuccor. per reſident. depurator. cichor. endiv. acetoſ. plantag. ana ℔ij. iuccor. ribes, berber. limon. ana ℔iij. ſucc. baec. ſolan. lignoſ. ſive dulcamar. *&c.* bacc. alkekeng. ana ℔iiij. pomacei defæcatiſſimi non vappidi ℔xx. omnia debito modo præparata in uno vel pluribus vaſis probè obturatis macerentur per octiduum in fimo equino, deinde f. diſtillatio.

Aqua quæ extillârit vel ſervetur per ſe, vel cum floribus cichor. veton. rub. roſ. rub. & ſpir. vitriol. corallat. rubedine tingatur & ſervetur ad uſum.

Aqua iſta poterit exhiberi vel per ſe ubi ſimplici alteratione opus eſt, vel eſſe aliis potentioribus pro vehiculo. Quidquid ſit, quoties partis alicujus curatio ſuſcipitur, ſatius eſt ſpecifica ſumere, eáque juxta indicationes accommodare; quâm vulgaribus vel obviis quibuſvis promiſcuè uti, ſine ulla ſolidi alicujus effectûs vel expectatione vel certitudine.

Intemperiei hepatis calida correctio.

Hæc de *Hepatis affectibus* eorúmque *curatione* in genere: Pauca ſubnectam

ctam de correctione *intemperiei* hepatis *calidæ* indéque exæſtuantis ſanguinis, *priſan.* præſertim aliorúmque liquorum conſimilium frigidorum ope.

Priſana *Priſana* erat hordei ad putrilaginem eocti pulmentum, ei haud abſimile quod nunc præparatur ex hordeo mundato in olla fictili cocto, affuſo jure capi aut gallinæ donec hordeum tenereſcat, jus verò inſpiſſetur. Sumitur vel pars liquidior ſeorſim, & pauxillo ſalis condita propinatur; vel teritur ipſum hordeum, & per ſetaceum pannúmve trajicitur, aſſusâ portione liquidiore ad faciliorem tranſcolationem: colaturæ additur pro condimento (habitâ diſpoſitionis ventriculi & affectuum corpus exercentium ratione) aq. roſar. ſacchar. ſal, macis, cinamomum. Huc referendum *Hordeatum* propriè di-

Cremor hordei. ctum ſive *hordei cremor*, ex hordeo eodem modo in aq. cocto in mortar. marmor. contuſ. & traject. cui, aquæ decoctionis permiſto, adduntur aq. roſar. & inter terendum nonnunquam amygdala, ſem. frig. majora mun-

mundata, pineol. piſtach. mica panis alb. pulpa capi aut perdicis, ſem. papav. alb. *&c.* juxta varias intentiones. In principiis morborum acutorum convenit iſtud alimentum, quod ſatis ſuſtentat naturam, eámque nullo modo onerat, vel ab humorum morbificorum coctione avertit, neque pravorum ſuccorum incendio anſam ſubminiſtrat; immò multùm refrigerat & humectat.

Nunc ptiſanam vocant, præſertim Galli, *decoctum glycyrrhizæ*, vel ſimplex, vel quod addito hordeo, paſſulis, prunis, ficubus, raſurâ C. C. vel eboris, radicibus aut herbis hepaticis, pectoralibus, aliiſve ad varias affectiones concinnatur; ita tamen ut glycyrrhiza cæterorum baſis habeatur. Radix iſta ἄδιψα eſt, & gratum præbet potum ad reſtinguendos febrium æſtus, cujus quantitatem venis alioquin gravem & præcordiis noxiam, diureticâ facultate blandè eliminat, & per urinæ vias educit. *Ptiſan. ex radi. glycyrrhiz.*

Ptiſana ſicca, ſic vocata quòd ejus ſpecies in ſacculo ex aluta, vel pyxide circumferri poſſint, ut in rem præſentem *Ptiſana ſicca.*

ſentem, citra decoctionis incommodum, ſolâ aquæ ſupra pulverem trajectione iteratâ, ad hunc modum ſit. ♃ pulv. ſubtil. glycyrrhiz. Hiſpan. ℥iiij. ſem. aniſ. & coriand. ana ℥ij. cinam. inter. ℥j. ſacchar. cryſtallin. ℥vj. f. omnium pulvis. Tota hæc quantitas eſt pro ℔xvj. aq. quæ per manicam ſuper pulverem toties trajiciatur donec ejus virtutem attraxerit.

Ex ſolo pulvere glycyrrhiz. in aq. citra calorem externum macerato ad tincturæ extractionem fit ptiſana grata, eximiè ſitim ſedans & refrigerans: huic autem ſpecies quædam ventriculo roborando dicatæ plerumque adduntur. Ubi verò impenſiùs refrigerare, ardorem extinguere, & ſitim ſedare eſt animus, lapis prunellæ addi poteſt in ea quantitate, ut pars una lap. prunel. partibus 4. pulv. glycyrrhiz. reſpondeat.

Aqua hordei. *Aqua hordei* item ptiſanæ accenſenda eſt, ægris æſtuantibus æque utilis ac grata. Eam ſolent præparare mulieres ipſæ clinicæ hoc modo: Hordei mundati parti 1. affundunt aq.

aq. partes 12. coquunt per dimidium horæ quadrantem, aquam effundunt, affunduntque aliam viciſſim ad tertiam uſque vicem: tandem quartâ vice percoquunt, donec hordeum coctione emollitum digitis facilè attritum diffluat. Aquam per reſidentiam ſinunt depurari.

Aqua, primum frigidum, ſimpliciſſimus potus, bene diſpoſitis, validis & perviis naturalibus viſceribus non inconveniens: debili ventriculo, venis obſtructis noxia, & tardæ diſtributionis. Leviſſima & maximê inſipida optima. Hujus imaginariam cruditatem dum coctione longâ plerique etiam Medici corrigere ſatagunt, abeunte in auras tenuiori & magis aëreâ ipſius portione, à refrigerandi ſcopo longiſſimè aberrant. Equidem ſatis corrigi aquæ cruditatem arbitror, ſi cruſta panis optimè torrefacta, confracta, calens indatur, & per aliquot horas in ea maceretur. Aqua fit coloris flaveſcentis. *Aqua ſimplex.*

Permiſcentur etiam aquæ *ſucci vinoſi* fragorum, ceraſorum, ribes, & *Iulap. ex aq. & ſucc. vinoſ. ſyr. acidul. &c.*

quæ

quæ ex iis concinnantur ſapæ ſive Rob ; *ſyrupi* item *aciduli*, acetoſ. ſimpl. de limon. de acetoſit. citr. & alii, violac. pomor. *&c. Spiritus* deniqque *acidi*, vitriol. ſulph. ſalis. Ipſe ſæpiùs febricitans ſitim fœliciter reſtinguo aq. crudâ ſaccharatâ, in quam taleolæ integræ limonum projectæ longâ agitatione, & liquoris de vaſe in vas transfuſione, acidulum ſimul ſaporem, & corticis aromaticam qualitatem magno ventriculi cordíſque commodo in aquam deponunt.

Sherbet Locum hîc habet Turcarum *Sherbet*, quo Mahumetis lex abſtemios vivere jubet. Illi in calidiſſimis regionibus viventes acidos ſuccos ribes, berberis, aurantior. citri, & ſimiles cum ſaccharo coquunt in conſervâm ſolidam, cujus portionem aquâ dilutam hauriunt. Hujus condituræ præparandæ hæc ſint paradigmata. *Succus* (v. g. *Citri*) per reſidentiam depuratus decoquatur lentiſſimo calore (in B. M.) ad mellaginem; ſaccharum puriſſimum pulverizatum in patina argentea calefiat

Ex aqua & ſucco citri.

ſemper

ſemper movendo ſpatulâ: Ei bene exſiccato, paulatim irrorando, affundatur mellago dicta in parva quantitate, continuò agitando, donec tandem tantum ſaltem ſit humidi quantum opus eſt ad ligandam & formandam paſtam, ex qua adhuc calente fiant morſelli reponendi loco ſicco, & ſi fieri poſſit aliquantùm calido. Id quod in omnibus confectionibus ſaccharatis ſolidis obſervandum, quæ aliquid acidi recipiunt; quippe dum acidi ſive ſpiritus ſive ſucci ſeſe in ſacchari corpus (quod plurimo acido abundat) inſinuant, ſolvitur corporis unio, & fit diſſolutio ſalis qui abit in liquamen. Aliter ex *Aurantiorum ſucco:* Saccharum pulverizatum in paropſide vel concha argentea plurimùm calefiat, affundatur paulatim ſuccus recenter expreſſus, continuò agitando donec fiat paſta, ex qua penè reſiccata formentur morſelli penitus ſiccandi & reponendi in pyxide loco ſicco. Eidem uſui inſerviet in aq. diſſolutum *rob* de *rib.* & *rob* de *berber.* in quo debitè præparando eſt operæ pretium.

aurantiorum.

Rib. & Berber.

tium. ℞ aq. fontan. q. v. ſuperponatur igni, cúmque erit ebullitioni proxima, non tamen bulliet, (id quod in tota hac operatione eſt ſummopere cavendum, ſi enim vel tantillum bulliat materia, denigratur inſtar attramenti.) Injiciantur fructus berber. maturi in ea quam voluerit quantitate; poſt dimidium horæ quadrantem eximantur, & pulpa trajiciatur per ſetaceum; mox additâ pari ſacchari quantitate in ampla patina fictili vitreata, ſemper agitando, leviſſimo igne ſine ebullitione coquatur ad debitam conſiſtentiam, (ſaccharum autem priùs clarificetur) & fiet rubicundiſſima conſerva.

Vinum multâ aquâ dilutum.

Prædicta omnia Aquæ vel cruditatem corrigunt vel promovent diſtributionem: utramque verò intentionem omnium optimè perficit *Vinum*, cujus vel minima quantitas aquæ permiſta eam in penitiſſimas venulas deducit, & facit ut multo potentiùs refrigeret. Neque metuenda eſt vini noxa in quibuſdam morbis etiam calidis, cùm ſpiritus ipſius inflam-

inflammabiles per aquam retuſi evanidi reddantur.

CAPUT VIII.

De Hepatis Obſtructione.

AB hepatis obſtructione mala plurima enaſcuntur; quapropter ſedulò obfarctus ejus amovendi ſunt; quod à ſequentibus optimè fiet.

℞ maſſ. pil. ſtomach. cum gum. *Pilulæ.* ℈j. extracti colocynth. cum ſpir. vini parat. gr. ij. vel iij. ol. aniſ. gutt. ij. mſ. f. *Pil.* numero 3. quas deglutiat alternis diebus horâ dimidiâ ante cœnam.

℞ rad. cichor. tarax oxylap. ana *Potio.* ʒiij. polypod. rec. fol. ſenn. mund. ana ℥ß. fol. hepat. & fumar. ana m. ß. flor. cordial. p. ij. ſem. aniſ. & fœnic. ana ʒß. glycyr. ʒj. crem. tartari ʒjß. f. omnium decoctio & colat. cui adde infuſ. ʒij. rhabarb. ſeorſim factæ in aq. pomor. redol. cum ℈ij. ſantal. citr. Reduc. omnia ad parvam doſin,

in qua diſſolve ſyr. roſ. pallid. comp. cum agar. ℥j. man. Calabr. ℥ß. Mſ. f. *Potio* danda in aurora cum debita cuſtodia horis tribus ante juſculum.

Apozema. ℞ rad. cichor. tarax. oxylap. oxalid. ana ℥j. fol. agrimon. hepat. fumar. ſcabioſ. ulmar. capill. omnium ana m. j. flor. cord. p. iiij. ſem. alkek. & milii ſolis ana ʒiij. prunor. Brignolenſ. jujub. ſebeſt. ana par. v. pom. redol. per fruſta ſect. cum cortic. numero 4. f. omnium decoctio in ſ. q. aq. hord. add. tartari alb. ſubtil. pulv. ℥j. Colatura clarific. leni coctura, reduc. ad ℔jß. in qua diſſolve ſyr. viol. de cichor. ſimpl. & acetoſ. citri ana ℥jß. julap. roſat. ℥j. Mſ. f. *Apozema* aromatiſand. ℈iiij. ſantal. citr. pro iv. doſibus bis in die ſumendis longè à paſtibus.

Juſculum. ℞ rad. graminis, fœnic. petroſel. ana ℥j. cicer. rubr. cappar. à ſale mund. ana ℥ß. ſem. alkek. & milii ſolis ana ʒiij. ſem. melon. rec. ʒv. ſem. carthami rec. in aqua ſubſid. ʒvj. includ. ventre pulli, qui conſutus elixetur cum fruſto carnis vitulinæ, addendo

dendo ſub finem coctionis fol. agrimon. pimpin. borrag. bugloſſ. oxalid. oxylap. ana p. j. calend. chærefol. hyſſop. ana p. jß. reduc. ad quantit. *juſculi* unius, in quo per pannum ſtamineum colato diſſolv. crem. tartari albi chalybeat. ʒj. exhib. mane horâ dimidiâ poſt fotum.

Electuariũ

℞ conſ. flor. geniſtæ, calend. ſummitat. meliſſ. abſint. pont. vel vulgar. ana ℥j. conf. Alkerm. ℥ß. rad. chelidon. maj. ſicc. verm. terreſt. præp. C. C. præp. cum aq. cinam. ocul. ♋ præp. ana ʒvj. flaved. citri & aurant. ſicc. ana ʒiijß. magiſt. perl. corall. lap. gagatis præp. ana ʒiij. cinam. C. C. ad albed. uſti ana ʒij. diacurcum. ʒjß. troch. dialacc. de eupator. & de abſinth. ana ℈iiij. ambr. griſ. ʒj. crem. tartari chalybeat. nigri ℥jß. croci Martis aperient. ℥iij. Mſ. & cum ſyr. veton. rubr. & caryoph. arom. f. *Elect.* inſtar opiatæ, de quo capiat quotidie mane ℥ß. ſuperhauſto vini albi tantillo, ſuperambulando horis 4. ante prandium quod differendum eſt donec ventriculus ab omni pondere liber percipiatur. Si quod autem

incommodum ſentiatur in ventriculo, octavo vel decimo quoque die capiat ℈j. Pil. coch. min.

Cerevisia medicata. ℞ rad. cichor. ab interiori parte lignoſâ mundat. & diligenter ſicc. ℔ß. rad. oxalid. gram. fœnic. cort. rad. cappar. & tamariſc. ana ℥iiij. ſantal. citr. ℥ij. raſur. C.C. rec. ℥iij. raſur. ebor. ℥jß. fol. ſicc. agrimon. ſcabioſ. veron. fœm. ana m. ij. fol. ceterach m. iij. ſem. coriandr. ℥iij. nuc. moſch. numero iiij. cereviſ. fortior. gallon. viij. poſt debitam fermentationem propinetur cyathus magnus mane & veſperi horis duabus ante paſtus. Poterit etiam in paſtibus uſurpari.

Potus. ℞ rad. althææ ℥iiij. rad. ebuli, Iridis, enulæ, bryon. ana ℥iij. polypod. ℥v. fol. chamædr. chamæpit. ceterach. calend. chelidon. totius, abſinth. centaur. min. chamæm. melilot. ana m. ij. flor, ſambuci & geniſtæ ana p. iiij. ſem. aniſ. fœnic. coriand. ana ℥j. lign. rhodii ℥ij. cort. citri & aurant. ana ℥iij. f. omnium decoctio in tribus partibus aq. fabror. & unâ vini albi, addendo ſub finem ℥vj. aceti ſcillit. pro *fo-*

tu ſpongiis latis intinctis & expreſſis viciſſim applicando per horam integram mane & veſperi.

Liniatur etiam Hepar *litu* ſequenti. ♃ butyri rec. ol. amygd. dulc. & viol. ana ℥j. ol. roſat. complet. ℥ij. ſucc. cichor. agrim. oxylap. ana ℥ijß. aq. roſ. & plantag. ana ℥jß. aceti vini albi ℥iij. Bulliant ad liquorum aqueorum conſumpt. mox f. per pannum lineum colatura, cui adde pinguedinis gallinæ rec. ſperm. ceti rec. ana ℥ß. Mſ. f. *Linimentum* uſurpandum ad regionem Hepatis mane & veſperi ſuperpoſito linteo. *Litus.*

♃ maſſæ empl. diachyl. ireat. ℥j. diacalcit. ℥ij. cerati ſantal. ℥ß. picis Burgund. in oxycrato coct. ℥jß. liquentur ſimul & f. *Emplaſtrum* cujus portio extendatur in alutâ debitæ formæ, tegatur ſyndone & applic. *Emplaſtrum.*

CAPUT IX.

De Ictero.

Intent. curat. IN *Ictero* curando obſtructiones vaſorum hepatis (præſertim biliferorum) ſunt reſerandæ, biliſque ex iiſdem totàque maſſa ſanguinea per ſedem urinámque eliminanda.

Potio. ℞ Rad. fœnic. aſparag. oxylap. rub. tinct. ana ℥ß rad. chelidon. maj. ʒvj. polypod. ℥j. ſem. carthami, fol. ſen. mund. ana ʒv. tartari vini alb. ʒij. lumbric. terreſtr. vino alb. lot. numero vj. f. decoctio ut a. e. & colatura, in qua reducta ad doſin diſſolve diaphœn. ʒij. ſyr. roſ. pallid. comp. cum agar. ℥j. Mſ. f. *Potio* exhibenda aurorâ horis tribus ante juſculum.

Crem. tart. in juſc. Detur per plures dies ʒj. *Crem. tartari* chalybeat. diſſolut. in juſculo carnium alterato herbis hepaticis & ſpleniticis aperientibus.

Pilula. Alternis diebus, vel tertio quoque ſaltem die, niſi per ſe fluat alvus, ſolli-

ſollicitetur pil. ſtomach. cum gum. & de Hiera cum agar. ℈j. vel ʒß. ſumpt. horâ dimid. ante cœnam.

℞ Rad. chelidon. maj. ʒiij. cort. med. berber. ʒij. verm. terreſtr. præp. curcum. ana ʒjß. fimi anſer. ſicciſſ. ʒijß. croci ʒß. ſal. abſinth. & card. bened. ana ʒß. ſpec. hier. picr. ℈iiij. Omnia ſicca reductáque in pulv. ſubtiliſſ. excipiantur ſ. q. ſyr. de cichor. comp. cum rhab. & f. maſſa *Pilular.* de qua capiat ℈iiij. mane ſuperhauſto cereviſ. abſinthit. momento, ſuperambulando vel aliter corpus moderatè exercendo, dilato ad 4. horas prandio.

℞ Rad. filic. fœm. ℔j. bardanæ ℔ß. rad. dulcamar. & oxylap. ana ℥v. lign. nephrit. ℥ij. ſantal. alb. ℥j. fol. chamæpit. m. ij. flor. calend. m. j. nuc. moſch. ℥ß. Omnia debitè ſiccata pendeant in gallon. 4. cereviſ. lupul. & gall. 2. non lupul. rec. & ſinatur fieri fermentatio ad perfectam depurationem. Liquor ſit pro *potu ordinario* vel per ſe, vel diluendo cum cereviſ. tenui donec ſtomachus eidem aſſueverit. *Cereviſia medicata.*

Apozema. ℞ lign. nephrit. ℥ß. rad. fœnic. petroſel. rec. ana ℥j. raſur. ebor. ʒiij. raſ. dent. equi marini ʒijß. f. omnium decoctio & colatura ſæpiùs per manicam ſuper ʒiij. glycyr. Hiſpan. rec. Sint autem liquoris ℔iiij. quibus adde vin. Rhenan. non adulterat. ℔j.

☞ ℞ hujus liquoris ℥iiij.* ſyr. ſider. ʒij. Mſ. f. hauſtus exhibendus bis in die, *viz.* octavâ, matutinâ, & quartâ pomerid. dilato quâvis vice ad tres horas cibo.

Vel ℞ rad. tarax. cichor. dulcamar. ana ℥j. rad. chelidon. maj. & rub. tinctor. recent. ana ℥iij. fol. agrimon. hepatic. adiant. polytrich. ſalv. vit. ling. cervin. ana m. j. flor. tarax. calend. calth. paluſtr. ana p. iij. flor. chamæmel. p. ij. ſem. alkekeng. & milii ſolis ana ʒiij. ſantal. citrin. ʒvj. f. omnium decoctio & colatura, quæ clarificata cum albumine ovi & pauco limonum ſucco reducatur ad ℥xx. add. ſyr. de cichor. ſimpl. & flor. vetonic. rubr. ana ℥ij. ol. ſulph. q. ſ. ad gratam aciditatem. Mſ. f. *Apozema* pro 4. doſ. ſumend. ut priùs.

℞

℞ Croci Martis aperient. ℥ij. raſur. C. C. prim. rec. ʒvj. lumbric. terreſtr. præp. ℥ß. ocul. cancr. præp. lap. gagat. præp. ana ʒiij. corall. rubr. & margarit. in magiſter. præp. ana ʒij. cinam. inter. cort. ſaſſafr. ana ʒijß. ſacch. alb. ℥iij. Mſ. f. *Pulvis* dividendus in 24. doſes ſumendas mane è vino albo, ſuperambulando diu, horis 4. ante prandinm. *Pulvis.*

℞ C. C. ad albedinem uſti, lap. bezoar. oriental. ana gr. x. excip. paucâ conſervâ roſ. rubr. f. *Bolus* deglutiendus mane & veſperi, ſuperbibend. julap. ſeq. *Bolus.*

℞ aq. decoctionis pomor. redolent. ℥vj. ſyr. limon. & ceraſ. ana ʒvj. ſyr. fragorum ℥ß. acetoſit. ſulph. gutt. iiij. mſ. f. *julap.* *Julap.*

℞ verm. terreſtr. præp. rad. chelidon. maj. ſterc. anſer. ſicc. ana ℥ß. milleped. præp. rad. curcum. flavedi. aurant. crem. tartari magiſtral. cryſtall. rup. optimè præp. per multiplicem extinctionem & lævigationem ana ʒij. tartari vitriolati, ſal. abſinth. magiſt. corall. ana ʒj. f. omnium Pulvis ſubtiliſſ. excipiendus f. q. clyſſi liqui- *Electuarium.*

 dioris

dioris chelidon. maj. f. *Electuarium* inſtar Opiatæ quotidiè ſpatulâ verſandum ad uſum.

℞ hujus electuar. ʒij. exhib. involut. nebulis, bibendo deſuper hauſtum vini chalyb. & abſinthit.

Poſt aſſumptionem hujus remedii quieſcat per horam, deinde corpus moderatè exerceat, & prandium differat ad quatuor horas poſt medicamenti exhibitionem. Perſeverante malo,

℞ elect. præſcript. ʒij. vitriol. Martis, ſalis albiſſ. tartari pulv. ſubtiliſſ. fol. ſen. & rhab. ana gr. x. Mſ. cum clyſſo chelidon. maj. f. Bolus ſumend. mane, ſuperbibendo hauſtum cereviſiæ medicatæ & exercendo per plures dies.

Cortex. ℞ Croci Martis aperient. crem. tartari albiſſ. ana ℈j. conf. Alkerm. cinam interioris ana ℈ß. ſacch. cand. ℈ij. vel ʒj. Mſ. & additâ paucâ mucag. gum. trag. vel potiùs ſem. alth. extract. in aq. cinam. f. paſta ex qua formetur *Cortex* inſtar cinamomi pro unâ doſi ſumenda mane, ſuperhauſto *Julepo* ſequenti, corpus ſerrâ vel trochleis

chleis exercendo, horis 4. ante prandium, *Iulap.*

℞ vini Rhenan. opt. ℔iij. rad. mund. rubiæ maj. & chelidon. maj. ana ℥j. ſterc. anſer. recent. ſiccat. ℥ij. cinam. inter. ℈viij. Infundantur ſimul per biduum ante uſum: cujus tempore ℞ de liquore colato ℥iiij. conf. Alkermes ℈j. aq. cinam. claret. ʒj. Mſ. Capiat ilicò poſt corticis factitii chalybeati ſupradicti aſſumptionem horâ unâ ante exercitium aut ſaltem dimidiâ. Item horis 4. à prandio cum leviori exercitio etiam. Iſta fiant pluribus diebus conſequentibus.

Remedium Monachi de S. *Jean d'Angely.* ℞ duo *mala Aurantia* per medium diviſa, quorum ſingulam medietatem in medio perfora, & in ſingulis foraminibus pone *croci Orientalis* gr. xviij. aut xx. has medietates filo ſimul colliga, ſuperponendo folia betæ aut braſſicæ, coquantur ad lentiſſimum ignem inſtar pomorum, etiam ſub campana ſi velis. Explica poma & macera per horas xij. in ℔j. *vini albi* opt. Vinum cola- *Medicamenta ſimpliciora.*

tum bibat æger tribus matutinis jejuno ſtomacho.

D. Augerius vidit Genevæ filiam ictericam annorum 17. quæ præmiſsâ purgatione fœliciſſimè convaluit poto vino albo per quatuor dies in quo maceratum fuerat per diem Pomum *Aurantium* integrum *Caryophyllis* & *Cinamomo* transfixum, deinde ſub prunis lentiſſimo igne coctum.

♃ *Rad. Tapſi barbati* q. v. Infund. in vino albo, da pro potu ordinario.

Succus Aparines depur. per reſidentiam ad ℥iij. bis in die cum *vino albo* utiliter propinatur.

Quidam aliis omnibus irritis curatus fuit pulv. *ſantal. rubr.* in *vino albo*.

CAPUT X.

De Hydrope.

" AUthoris noſtri Conſilia duo ad *Hydropem* (alterum ad Tympanitem, ad Aſcitem alterum)

" Medi-

" Medicamentorum formulis præ-
" mittenda duxi, quippe quæ curandi
" methodum, materiámque medicam
" præcipuam edoceant.

Epiſtola Doctoris Bavii *ad D. Doct.* Th. Mayern. 1634.

IAm annus ferè eſt (vir celeberrime) à quo Domina *Gaſtlet* annum agens ſextum ſupra quadrageſimum ſe meæ commiſit curæ. Laboràrat enim tunc temporis ultra ſemeſtre *Tympanitide*, & affectus omnia tam Medicorum quàm Empiricorum eluſerat conamina, antequàm vocarer in auxilium. Accerſitus tandem circa initium Maii ultimò elapſi, varia tentavi ut ei ſuccurrerem, ſed venter nihilominùs in miram excrevit molem à cartilagine mucronata uſq; ad os pubis, cum continuis ferè borborygmis, ſine ulla inflatione crurum, manuum, aut faciei, quod ſpeciem Hydropis, ni fallor, ſatis evincit. A flatus diſcutientibus leva-

levamen quidem percipit, ſed momentaneum. Purgantia non admodum facilè fert, & illis nimis fuit exercitata ſedulitate neſcio quorum Empiricorum. Emetica adminiſtrare non audeo tam ratione debilitatis ægræ quàm timoris, veretur enim nè majora inde ſibi ſoboleſcant pericula: & alterantia potiùs leniunt ſymptomata, quàm medentur morbo. In hoc tam periculoſo affectu ad te confugimus, Vir Excellentiſſime, ut nobis viam ſternas, quâ huic jam dolorum acerbitate & ſymptomatum violentiâ ferè attritæ ſuccurrendum ſtatuis, dum adhuc partes naturales mediocriter funguntur officio. Bene enim appetit, nec de ingeſtis conqueritur, ſed parcè admodum meiit, & lotium lixivii inſtar ſaturatum eſt. ——— Novi quantum E. T. meis faveat ſtudiis, ac proinde ſubmiſsè rogo ut votis meis in gratiam hujus ægræ, de cujus ſalute aliàs conclamatum eſſe ſtatuo, reſpondeas. Vale.

le, Fautor plurimùm colende, & meis ſtudiis nunquam favere deſine. Vale iterum.

Dabantur raptim Marſpfeldiæ 19. Febrar. 1634.

Tuæ Excell. obſerv.

Samuel Bave.

RESPONSUM.

QUid de ægra tua Tympanitica languente, & tam morbo quàm remediis, viribus attritis fatiſcente, vel ſperandum, vel ſtatuendum ſit, neſcio (Vir Ornatiſſime) niſi quòd ſi non penitus relinquatur Prognoſtico, ſaltem eo in ſiniſtram partem ſeriò edito, dubiè & cautè tractanda ſit, nè arti vel artifici iniquè imputetur id, quod ſoli morbo tribuendum brevi continget. Quamvis aquæ in hoc affectu flatus præpol-

polleant, attamen ſine humore, materialis cauſæ locum tenente, vix producitur aër, ſeu ventus iſte Microcoſmi, quem rugitus & borborygmi in abdomine excitati arguunt. Materia porrò iſta duplex eſt, vel frigida & viſcida, in quam debilis calor agens quantulâcunque ejus attenuatione flatus excitat; vel calida, acris, ſalium acumine turgens, quorum diverſorum & inimicorum concurrentes & commixtæ ſubſtantiæ fermentationem faciunt, in qua excitati ſpiritus ſub flatuum ſpecie inſolenter tumultuantur, dum vitiatâ partium naturalium œconomiâ & peſſundato Hepatis tono, Natura tandem ſuccumbat. Tuum eſt ſedulò diſquirere & exactè nôſſe veram præſentis mali cauſam, quâ cognitâ facile erit tibi debita morbo aſſignare remedia, eâ tamen lege ut deficiente Naturâ, vana omnia & irrita fore certò aſſeveres, ne propinqui præſtita abs te officia pro more loquacis & injuſtæ plebis, calumnientur. Scio te à me aliquam remediorum aſſignationem expectare, id

quod

quod quàm difficile ſit in præſenti caſu & moribundo ſubjecto tute cogita. Nè tamen planè ſim ἀσύμβολος & ut te virum amicum, qui rebus tuis nunquam deerit, conſuluiſſe ægra ſciat, quid faciendum cenſeam, ſi quis reſtet aliquid agendi campus, paucis accipe. Hîc *purgandum*, ſed remediis ſpecificis, qualia ſunt quæ ex *Mercurio*, *Croco Metallorum* & *gutta Gummi* deſumuntur. *Mercurium dulcem* velim per os exhiberi, non per ſe, ſed cum benigno aliquo Cathartico, quod audacem hoſpitem diu in corpore morari non ſinat, ſive purgans in forma ſolida, liquida, vel media aut molli, pro ventriculi diſpoſitione propinetur. Infuſio *Croci Metallorum*, ut & *Cambog.* in vino generoſo diſſolut. pro Clyſteribus reſervetur. Iſta toties adminiſtrentur, quoties vel morbus ſuadebit, vel impunè eorum admiſſionem vires laturæ ſunt; id quod indagini tuæ & prudentiæ committatur. Secundo loco *movenda urina*, cui intentioni ſatisfacient *lixivia* ex *cineribus Juniperi, Filicis fœminæ, Geniſtæ*,

niſtæ, Ericæ totius, *Stipularum* & *Siliquarum fabarum*, affusâ *aquâ ſtillatitiâ Parietariæ* & *Siliquarum viridium fabarum* præparata, quorum acrimonia non retundatur modò ſed penitus deleatur paulatim inſtillatâ ſufficienti quantitate *ſucci Limonum*, addendo ad ſaporis gratiam *ſacchari Cryſtallini* aut *ſyrupi* alicujus (ut ex *floribus Ericæ*) quantitatem ſufficientem, cum tantillo *aquæ Cinamomi*. Non inutiliter etiam quarta pars *vini Rhenani* puriſſimi huic mixturæ adjicietur. Tertiò *diſcutiendi flatus*, id quod potenter præſtabunt *Electuarium ex radice & cortice Saſſafras* cum *Speciebus Diacymini* per os exhibitum, & ſtillatitium ejuſdem ligni *oleum*, ſicut & *ſuccini* Clyſteribus prædictis additum. Omne feret punctum virium conſervatio, cui proſpiciet victûs ratio: vana quippe hic ea quæ vulgo indigitamus Cardiaca: In alimentis erigendorum ſpirituum & inſtaurandarum virium negotium totum conſiſtit; ſic tu Coquum ſimul & Medicum agito. Potum præbe medicatum cum ſuc-

cis antiſcorbuticis, dolioſo indito fruſto Chalybis. Si hiſce præſidiis vel non ſanetur (quod vix credibile eſt) vel nullum ab eorum uſu percipiat levamen ægra, conclamatum eſſe pronuntio.—— ——

Vale, & me nominis & ſtudiorum tuorum quamdiu vixero, benevolum & amicum fautorem eſſe & fore certò ſcito.

Datum Londini
die 2. Mart.
1635.

Conſilium ad Hydropem Aſcitem.

H*Ydropem*, præſertim *Aſcitem*, qui mox cedit, mox revertitur, ſiquidem incurabilem judicant medicinæ Proceres, curandum ſuſcipere valde arduum eſt, niſi cum ſiniſtri & funeſti, utplurimum, eventûs præmiſſo prognoſtico; cui Medicus prudens, & nominis famæque amans generoſam dominam ægram, quæ noſtrum poſcit conſilium, forſan re-

relin-

linqueret, niſi foret ſatius anceps experiri remedium quàm nullum. Si recenti malo difficillimum eſt efficacia aſſignare auxilia, quid quæſo, ſperandum nobis in ſubjecti compendium, quod à variis Medicis, iiſque peritis, myriadem accepit præſidiorum, quorum ope infirmitatum feraciſſima hydra, aliqua ex parte caſtigata, ſi non abſolutè fuit edomita? Quid in proſtratis viribus & corpore emaciato, in quo nihil plenum apparet præter aqualiculum, & inferiores partes quæ depluentem ex abdomine imbrem conditione ſitûs excipiunt? Multa incaſſum tentata, quædam ex arte præſcripta cum ſucceſſu, attamen augetur indies malum ſymptomatum imminentium fons, qui non tam reſiccatione, quàm mandantes partes reſtauratione indigent. Obſervandum credo quid profuerit, quid nocuerit hactenus, & juxta iſtas indicationes procedendum arbitror. Meæ non eſt intentionis ſigillatim remediorum perſequi minutias, ſiquidem dies diem docet, & forſi-

tan craſtina lux ea producet accidentia, quæ ſtatuta penitùs immutare jubebunt. In ſequentibus ambigua in attrito corpore curatio, vel ſaltem levamen conſiſtit. Medici præſentes vel meliora proponant, vel ſi meæ acquieſcant ſententiæ, ejus capita prudenter ſeligant: & juxta temporum opportunitates administrent.

Præſcriptâ convenienti diætâ (quam hactenus uſque & uſque inculcatam, denuò imperare, veluti recoctam crambem apponere, importunum duco) viciſſim juxta præſentes indicationes, & conſuetum naturæ ordinem uſurpanda ſunt, alterantia, vacuantia, roborantia, procurando non *tam* ut aqua evacuetur, quæ ſatis fluida lubens faliciſque ſequitur exhibitorum ὑδραγωγῶν impulſum, aut ut diſſipentur flatus cruditatum & fermentationis ſoboles; *quàm* ut eorum perennis generatio præcaveatur.

Porrò *Alterantia* iſta ſunto: *præparans univerſale Crollii*, cum *tartaro vitriolato*, vel liquamine *ſa-*

lis tartari, & *ſpiritu vitrioli* præſertim philoſophico. Quæcunque ex *tartaro*, *cremor*, *ſpiritus*, *ſal*, *tinctura*. Quæ ex *ſale petræ*, præſertim ejus ſtiriæ puriſſimæ multiplici diſſolutione, filtratione, & cryſtallizatione correctæ. *Salis ſpiritus* conferens diſſolutioni ſalis microcoſmi, cujus coagulationi neceſſariæ confert etiam debitè præparatum *alumen*, urinas potenter movens, ſitim ſedans, & innoxiâ aſtrictione viſcerum tonum reſtituens. His addantur *ſalvia boſci*, & *plantag.* cujus inſignem effectum deſcribit *Johannes de Gadeſden* in Hydrope, qui etiam à calore viſcerum præternaturali ſæpiſſimè excitatur. Addantur etiam *abſorbentia* ſeroſam colluviem, ejuſque *acrimoniam retundentia*, inter quæ primas tenent *corallia* & *cancrorum lapilli*, quos *oculos* appellant. Addatur etiam *cereviſia medicata* cum *lig. Nephritic.* part. ij. *ligni ſaſſafras* cum *cortice* part. jß. *ligni Juniper.* noſtratis, *cortic. radic. Tamariſc.* ana part. ijß. addendo ad ſingulos congios, ſive gallon. *ſquama ferri* puriſſi-

puriſſimæ ℥ij. Liquori pro potu ordinario præparando per exactam fermentationem limpidiſſimo uſus tempore addendum *ſaccharum*, compoſitum ex part. iij. *ſacchar. dur.* & part. j. *ſtiriarum* prædictarum *nitri*. Sed cæteris omnibus tanquam anteſignani generoſiſſimi prævalent *Mars* in ſalinam ſubſtantiam reductus, & * *vomica liquoris æterni*, ſive cruda, ſive cocta, quibus nihil proficientibus, conclamatum eſſe abſolutè pronuntio.

Vacuationum diverſæ ſunt ſpecies, quæ ſingulæ ſucceſſivè in depulſione hydropis locum habere poſſunt per varia corporis emiſſaria. Aliquando exhibita vel intus genita indignatus ventriculus poſcit *vomitorium*, quod nolim dare vehementius, depromptum è *ſtibio*, ſed vel ex *vitriolo*, etiam *Martiali*, aut *albo* in gillam reducto, vel ex *ſeminibus* maturis *cataputiæ* majoris tritis cum paucis amygdalis in formam Emulſionis. In viam regiam ſive *cloacam alvi* tam ſerum quàm craſſam blennam commode deducent

Iris

Iris Florent. cum pulvere interioris *Jalap.* à cortice liberati, *ſemen ebuli*, *ſoldanella*, *baccarum ſpina cervin.* ſyrupus, ſuccago, pulvis; *Roſarum muſcatellinarum* conditum, pulvis, decoctum: Imprimis verò *Mercurius dulcis*, quod remedium cæteris intactas quaſvis cauſas morbificas aggreditur, & ſi ſuperari poſſint proſternit. Sed dandus iſte ath'eta in debita doſi. Scio aliquando huic ſuccedere ptyaliſmum, qui præcavebitur addito cathartico activo ſatis, non tamen ſcammoniato, quo nihil eſt hepati magis inimicum. Sed ſi nihilominus moveatur ſputum, nihil eſt periculi, immò ſalivatio in hydrope, quamvis ſemper ſit moleſta, attamen ſæpiſſimè eſt ſalutaris. Nihil majus dat hydropicis levamen, quàm larga *urinarum* profuſio, idque minima cum virium dejectione. *Sales omnes* ſunt diuretici, verùm *nitrum* omnibus præfero, quod ſitim, intolerabile in hoc morbo flagellum, extinguit, & calorem præternaturalem viſceribus in hac *muria merſis* impreſſum egregiè temperat.

perat. Pauca quærenda ſunt & efficia. Si exhibendi *ſudorifici* ſeſe offerat occaſio, id quæratur in *Jove*, & ad ultimum fixato *antimonio*, cujus virtus lapides *bezahar* & *contrayervæ* multis ſuperat paraſangis.

Denique verò *corroborantia* accerſenda ſunt ex *Marte*, in quo ſumma eſt utique aperiendi vis, & conſtringendi; nec non ex *corallo* ſive ejus tinctura, ſive magiſterium, ſive ſal exhibeatur. Valet etiam *cornu cervi* philoſophicè calcinatum, vel poſt vulgarem uſtionem ſummam vitriolatum; quo modo etiam præparari poterunt *ſpodium*, ſive *ebur*, & *dens equi marini*.

Hæc omnia perito medico nota eſſe debent. Vanum eſſet mihi particularem ſingulorum uſum exponere. Miles fortis armis inſtructus, pugnabit pro re nata: Equidem *nec rerum metas, nec tempora pono.* Deus omnipotens ægram reſtituat, & medico inſpiret tam remediorum delectum, quàm debitam eorum applicationem.

Datum Chelſei 26. Iunii 1651.

Ex Conſiliis prædictis liquet quænam ſint *Indicationes curativæ*, *viz.* Aquas educendas per ſeceſſum & per urinas; Flatus diſcutiendos aſſumptis & admotis; omnia viſcera naturalia corroboranda, & obſtructa aperienda.

Indic. curat.

Incipiatur à Clyſteribus, poſtea tranſeatur ad Catharticæ.

Clyſter. ℞ urinæ pueri ℥viij. infuſ. croc. metall. ℥iiij. cambugæ in vino Hiſpanico ſolut. ʒj. terebinth. Venet. in ovi vitello diſſol. ʒvj. ol. ſaſſafr. ʒß. Mſ. f. *Enema* injiciend. mane, & contineat quamdiu poteſt.

Vel ℞ rad. brion. irid. noſtr. ana ℥jß. lign. ſaſſafr. ℥ß. bacc. lauri & junip. ana ʒv. fol. laur. chamæm. tot. rutæ, coſti hort. ana m. j. ſambuci m. ij. ſem. cumin. & fœnugr. ana ʒvj. f. decoct. & colat. ad ℔j. in qua diſſolve mell. anthos ℥iij. vini infuſ. croc. metall. ℥iiij. cambugæ in vin. Canar. diſſol. ʒß. Mſ. f. *Clyſter* injic. circa hor. 4. pomerid.

Glans. *Suppoſitorum* efficax. ℞ *rad. cucum. aſin.* longam ſex digit. oleo inunctam, ano inde. Mirabiliter aquam extrahit.

extrahit. Idem præſtat *rad. ebuli.*

Hydragogon excellens eſt *rad. Ireos Flor.* rec. & fragans in tenuiſſ. pulv. redacta. Ex vino albo à ʒj. ad ʒij. ſumpta copioſè operatur & blandè. Sæpiùs dedi Hydropicis felici ſucceſſu & per ſe, & cum Jalap. (cui permiſta egregiè purgat) & cum mercur. dulci. Conſumit materiam Cachexiæ & Hydropis, & Tumores œdematoſos uſu tollit. *rad. purgantia.*

℞ Ir. Flor. ℥iij. macis ʒij. zinzib. ʒiij. vel ℥ß. f. Pulvis. Detur quotidie mane cochl. j. cum ſacch. in vino albo vel cereviſiâ. Vel

℞ Ir. Flor. ℈j. tartari vitriol. macis, cort. vvinter. cort. ſaſſafr. ana gr. v. ſantal. citr. curcumæ ana gr. x. ſacch. aniſat. ʒj. Mſ. f. pulvis pro una doſi, detur ex vino quotidie.

Succi ex. rad. irid expreſſi & per reſidentiam depurati ℥ß. detur cum ℥j. ſyr. roſ. pallid. ſolutivo.

Succus è rad. ebuli vel *ſambuci cort.* expreſſus; vel *ſemen ebuli* in aqua ſubſidens ad ʒj. datur cum ℈j. cinam. & ſacch. ex vino.

℞ ſem. ebuli pleni & ſubſidentis

℥j. jalap. ʒß. ſpec. diatr. ſant. ℈ß. f. pulv. ſubtiliſſ. excip. pauco ſyr. caryoph. M. f. Bolus. Capiat mane ſuperhauſto cereviſ. aut vini Rhenani momento.

Roſæ moſcatellinæ ſimplices albæ condiantur ut acetaria ſolent oleo, & ſale, & initio paſtûs comedantur ad m. j. magnum deſuper paſtum ſumendo. Bona ſuccedit, & ſatis copioſa, facilîſque purgatio à grato remedio. Hydragogon εὐπόριστον, efficax.

Elaterium commodè & fœliciter cum merc. dulci jungitur: *viz.* ejus gr. ß. vel ad ſummum gr. j. cum gr. xij. xv. vel xx. mercurii dulc. calomel. Potenter purgat aquas & copioſè.

Diuretica. Ex lixivio fabarum tot. extrahe ſalem, ſume ʒj. cum ana ocul. canc. mirabilia videbis.

Sal volat. C. C.

Vel *ſal junip.* ex tota planta cum liquore convenienti.

Aparines ſuccus depuratus per reſidentiam utiliter propinatur Hydropicis incipientibus cum vino albo ad ℥iij. bis in die. Ducit urinas,

nas, & inſenſibiliter conſumit materiam.

Succus plantaginis eodem modo.

℞ crem. tartari alb. ʒß. ℈ij. ʒj. ſal. ſtipit. fabar. gr. x. vel xv. Mſ. & paulatim affunde ſucc. depurat. limon. ℥j. vini alb. tenuis & generoſi ℥iiij. fiet ebullitio & tandem omnimoda diſſolutio. Adde ſacch. cand. ʒij. Mſ. Propinetur mane & veſperi.

℞ Raphanos in taleolas ſect. numero viij. ſacch. cand. pulv. ℥vj. lap. prunell. ℥ij. Conſpergantur ſalibus taleolæ inter duas patinas, & ſuccus ſive liquor ſeu ſyrupus qui effluet ſervetur; exhibendus per ſe vel cum ſorbitionibus diureticis.

Decoctum Parthenii bibatur ad perfectam curationem uſque. Specificum eſt, per urinas purgans.

Ol. è bacc. Junip. cum vino ſumptum.

Petroleum cum vino, urinam, ſudorem & vomitum movet.

Ova formicarum in lacte ebutyrato cocta copioſè urinam movent.

℞ ovor. formicar. cochl. j. Coq. in lacte ebutyrato, exprime, & dulcora pauco ſaccharo: detur mane ſuperambulando hor. 4. ante prandium per octiduum.

Mulier Hydropica cui hæc ova præſcripſi mirè commendavit, dixitque moviſſe ingentem flatuum copiam, & prolixos crepitus, magno cum levamine; dixit etiam frequens primò ortum meiendi deſiderium, tandem ſe fudiſſe copioſas urinas, ita ut unâ vice totam repleverit matulam ſæpiùs.

℞ aq. ſtill. chamæm. tot. parietar. infuſion. lign. nephrit. & ſaſſafr. vini alb. opt. ana ℔j. ol. vitrioli ʒij. ol. tartari ex ſale per deliq. facti q. ſ. ut pereat aciditas, dulcoretur ſaccharo, & f. Julep. de quo bibat bis in die longè à paſtibus.

℞ lap. prunell. ℥j. ſacch. cryſtall. ℥iv. M. f. pulv. ſubtil. cujus cochl. j. diſſolv. in cyatho cereviſ. lupul. pro potu ordinar. quotieſcunque bibet, idque pro ſingulis hauſtibus.

Potus ordinarius. Pro *potu ordinario* ſit cereviſia ſequens. ℞ rad. chinæ ℔j. ſarſæpar. ℔ß.

℔ß. lign. ſaſſafr. ℥iij. rad. fœnic. graminis, eryng. ana ℥iiij. cort. rad. amaræ dulc. ℥iij. nuc. moſchat. numero viij. ſucc. cochlear. ℔iiij. ſucc. naſturt. & becabung. ana ℔ij. cereviſiæ lupul. (poſt imbibitionem factam) gallon. viij. f. ut artis eſt, & poſt defæcationem bibatur etiam in paſtibus.

Vel ♃ ſarſæpar. ℔j. rad. anodin. petroſel. fœnic. r. b. tinct. raphan. ruſt. ana ℥iv. cort. rad. tamariſc. rec. cort. med. fraxini ana ℥iij. lign. ſaſſafr. cum cort. ℥ij. raſur. C. C. ebor. & dentis equi marini ana ℥j. nuc. moſch. ʒx. Coq. ut a. e. in gallon. iiij. cereviſ. decem ſolidor. deinde f. per ſetaceum colatura, cui, poſtquam refrixerit, adde cereviſ. ejuſd. recent. coct. gallon. v. ſucc. cochlear. ℔iiij. ſucc. naſturt. ℔iij. vin. Rhenan. gallon. j. ciner. junip. filic. fœm. abſinth. geniſt. opt. calcinat. ana ℥ij. ſinatur fieri fermentatio ad perfectam depurationem. Liquor limpidus recondatur lagenis lapideis exactiſſimè clauſis in uſum ordinarium.

N. B. Cùm nonnullis cinerum

ingratus ſapor nauſeam moveat, ſatius eſt cum aqua diſtillata ex ſiliquis & ſtaminibus fabarum viridibus & cineribus lixivium parare, vinum Rhenanum addere, & cum ſaccharo & pauco cinamomo facere Hippocraticum.

Vel ℞ raſur. ligni ebeni nigerrimi ℥vj. raſur. lign. abietis rec. & fragrant. ℥viij. raſur. guajac. interior. rad. althææ & urticæ ana ℥iiij. cort. median fraxini, ulmi, rad. ruſci, anonid. caryophyllat. ana ℥iij. rad. filicis fœmin. ℥x. raſur. eboris, dentis equi marini ana ℥iijſs. fol. agrimon. ceterach. tamariſc. cum cortice chamæpit. beton. veron. maris ana m. j. fl. hyperici, ſambuci, geniſtæ ana p. viij. ſem. cochlear. naſturt. hort. ling. avis ana ℥ij. nuc. myriſt. ℥j. Omnia conciſa bulliant in gallon. viij. cereviſ. rec. ad ij. conſumpt. Adde ejuſd. cereviſ. gallon. vj. Sinatur fieri infuſio per noctem vaſe probè tecto. Mane f. colatura per ſetaceum, quæ indatur doliolo juſtæ capacitatis, addendo quartam unam fermenti alæ rec. ſinatur fieri fermentatio ad

perfe-

perfectam depurationem. Pendeat autem in doliolo ℔j. rament. Jovis ſacculo incluſi ex tela rara vel panno ſtamineo.

Vel denique, ℞ ligni nephrit. ℥j. lign. ſaſſafr. ʒvj. ſantal. citr. ℥ß. hiſce conciſis affunde aq. font. fervent. ℔viij. ſtent in infuſ. per horas 24. adde vin. Rhenan. opt. ℔ijß. * anim. Hepat. ʒiij. ſacch. cryſtall. ad libitum, utatur pro *potu ordinario*.

Elect. liquans, aperiēs, & diſſolvens.

℞ gum. Ammon. in acet. ſcill. ſolut. & inſpiſſ. ℥jß. ſagap. præp. ℥ß. pulv. ſtom. * elect. de verm. ana ℥j. troch. de cappar. & dialacc. ana ʒijß. curcumæ, ſem. cochl. Batav. ana ʒij. ceruſſ. Antimonii & Jovis ana ʒv. ſal. abſinth. card. ben. artemiſ. ana ʒj. Mſ. & cum ſyr. è cort. citr. f. *Electuar.* inſtar Opiatæ ſervandum ad uſum.

℞ hujus elect. ʒij. * Anim. Hepat. gr. xij. pulv. ſubtil. jalap. ℈j. Mſ. & addito pauco ſyrupo f. Bolus ſumend. mane cum debito exercitio. Perſeveret in hujus uſu per plures dies augendo doſin Anim. Hepat. ad gr. xvj.

Salvia boſci, aggreſtis, montana (Angl. Garlick Sage) perhibetur multos hydropicos ſanâſſe. Præparatur ex ea Cereviſia medicata, quæ languentem appetitum erigit, & potenter purgat per urinas. Decoctum ejus idem facit.

Allium continuò comeſtum urinas ciet mirificè. At nota, quibuſdam viſcera præcalida habentibus Allium intolerabilem excitare capitis dolorem.

Sudorifica. Nunquam in hydrope (præſertim humido, Anaſarca, vel ſolo vel eo qui cum Aſcite complicatur) omittenda per habitum evacuatio ſeri reſtibilis in partibus poſt tertiam concoctionem. *Flores Jovis* ex *theriaca* ad ℈j. potenter ſudores movent. Item *acetum* aut *vinum album tenue* diuturnæ infuſionis ramentorum tenuiſſimorum *Jovis Cornubiani.*

℞ part. æq. *bezoar ramoſi*, *margaritæ mineralis* Salæ, & *margaritæ ſive ceruſſæ Jovis*: Doſis eſt à ʒß. ſive gr. xxxvj. ad ʒj. è *theriaca*, ſuperhauſtâ aquâ *Cardui bened. petaſit. valerian.*

rian. addit. cochl. uno vel altero *ſp. acid. guaiaci.*

♃ rad. *hirundinar.* pondere ℔ß. per noctem in vini albi ℔j. maceretur, mane coq. ad tertias. Expreſſio calida potetur mane jejuno ſtomacho in lecto. Copioſus movetur ſudor, & validè expellitur hydrops.

Crocus Martis aperiens ad ℈j. cum rhabarb. & conſ. abſinth. cum moderato exercitio, continuando per 20. vel plures dies, obſtructiones aperit & hepar roborat. *Roborantia.*

Roborantia præcipua quærantur in *Marte*, cujus cùm ſint variæ præparationes, omnes non contemnendæ. Ubi tamen inſigniter ſunt confirmanda viſcera, croci Martis fermentati magna eſt virtus. Valet etiam is qui fit ſine igne & acidis, ſed tantùm per aquam pluviam. Si major requiratur aſtrictio, conveniat crocus corallinus.

Roborant etiam ſyrupus & tinctura *corallorum*, ſp. *vitriol.* corallatus, lac *perlarum* & *corallorum*, *diacurcuma*, trochiſci de *rhabarbaro*, &c. Externè item *frictio* longa, & aſpera

 totius

totius ventris; *fotus* ex decocto diſcutientium, calefacientium, carminantium parato in vino aut lixivio, *&c.*

Ad flatus. Si *Flatus* ſint valdè moleſti, capiat à ʒj. ad ʒij. vel ʒiij. *Elect.* ſeq. ſuperhauſto *paſſulato junip. abſinthite* mane horis quatuor ante prandium, ſuperambulando vel alio modo corpus exercendo.

Electuarii. ℞ bacc. junip. matur. ſucculent. ℔ij. cort. citr. exter. cort. Aurant. ana ℥ß. ſantal. citr. ʒiij. rad. ſaſſafr. cum cort. ʒvj. vin. alb. generoſiſſ. ℔xij. Macerentur ſimul per quadriduum ad lenem calorem, mox f. ebullitio lenta ad dimidiæ partis conſumpt. tum f. liquoris colatura, & baccarum per canapatium denſum fortis expreſſio; jungantur omnia ſimul, & fiat lentiſſimo calore coagulatio ad conſiſtentiam pulpæ, de qua cape ℥iiij. diaphoretici vulgaris fideliſſimè præp. ℥ß. crem. tartari chalybeati opt. ℥j. ocul. cancr. præp. ʒvj. magiſt. corall. & perl. ana ʒiij. ſuccini utriuſque præp. ana ʒij. cinam. inter. ʒjß.

ʒjß. macis, caryophyll. ana ʒj. Mſ. f. *Elect.* *Paſſul. junip. abſinth.*

♃ uvar. paſſar. commun. ℔viij. bacc. junip. matur. ℔iiij. abſinth. utriuſque ana ℥iiij. cort. fraxini, & cort. rad. tamariſci ana ℥v. ſaſſafr. cum cort. ℥iij. vini albi Andegavenſ. vel Rupellenſ. pint. Pariſienſ. xij. aquæ ciſternæ pint. xxiiiij. Omnia in doliolo poſita humectentur vino, mox affundatur aqua, tandem ℔j. tincturæ tartari, vel pinta una fermenti cereviſiæ, ſinatur fieri fermentatio donec limpidus evaſerit liquor, poſt defæcationem tranſvaſetur, & ſervetur in lagenis terreis ſubere obturatis.

Si loco aliorum liquorum affundatur *Hydromel*, erit potentiſſimus potus.

♃ Mucilag. ſem. pſyll. & cydon. extract. in aq. roſ. rubr. ℥ij. ſacch. cand. ʒiij. ſpir. vitrioli gutt. iij. Mſ. f. mucilag. cujus ʒj. pro vice in ore tenenda ad *ſitim* fallendam. *Ad ſitim.*

♃ ſterc. columbin. arid. ℥ij. troch. de thure ʒijß. myrobal. Ind. & cheb. *Medic. externa.*

ana

ana ℥ß. corall. rubr. & alb. bacc. myrti, balauſt. ana ℥jß. acet. roſat. q. ſ. f. *Cataplaſma* ad partem tumidam.

♃ naſturt. aquat. & hortenſ. naſturt. Indic. cardamines, cochlear. utriuſque dracon. ana faſcic. j. rad. brion. utriuſque recent. ana ℔j. cortic. median. ſambuc. ℔jß. radic. ebul. ſucculentar. ℥xvj. fol. mentaſtri, calaminth. ſalv. ſabinæ, lavend. ana m. ij. Conciſis omnibus atque cacabo immiſſis affunde vini Canarini optimi ℔iv. acet. ſcillit. ℔j. axung. ſuill. rec. ℔iv. Coquantur ad herbarum putrilaginem & liquorum conſumptionem: poſtea exprimatur pinguedo, de qua cape ℔j. ol. laurin. & ſtyrac. liquid. colatæ ana ℥ij. mſ. pro *litu* totius ventris tumentis, uſurpando mane, ſed præſertim in ingreſſu lecti diu multúmque fricando manu calefactâ, ſuperpoſitâ lanâ ſuccidâ, quæ eidem uſui perpetuò inſerviat.

♃ ſterc. columb. acet. macerat. ℔j. ſulphuris vivi ℥j. nitri ℥ß. pulv. rad. enulæ, bacc. lauri, anethi, flor. chamæm. ana ʒvj. ſem. naſturt. ʒij.

Coquantur

Coquantur omnia in vino ad ſpiſſitudinem, & adde mellis ℥ij. terebinth. ℥jß. ſucc. ebuli ℥ij. iridis ℥j. farinæ fabar. ℥jß. f. *Emplaſtrum.*

Chartam bibulam infunde in aceto & applica tibiis.

℞ cinerum fagi & mororum bati ana f. *Lixivium* in quo pedes tumefacti teneantur.

Sacculi repleantur herbis carminantibus & diſcutientibus, ollæ indatur lapis ignitus, affundantur lapidi tria aut quatuor vini cochlearia, olla tegatur ſacculo, ita ut nihil expiret, incaleſcit ſufficienter pro *fotu.*

℞ gum. ſagapeni, ſandarach ana ℥ij. thuris maſc. ʒij. alcali bufonis vetuſtiſſ. ʒjß. alcali viſc. quercin. ʒiij. f. *Emplaſtrum* pedibus tumentibus applicand.

CAPUT XI.

De Tumore Lienis.

AFfectus ſenſibus patet.

Indicationes ſunt obſtructionum *Indicationes.*

num reſeratio, tumoris emollitio & diſcuſſio.

Purgatio. Conveniunt hîc *Purgantia*, *viz.* cum *granis Angelic.* ſequentibus, de quibus ſumat gr. xij. dimidio horæ quadrante ante levem cœnam, & mane ſequente ſumat potionem ſequentem.

Potio. ℞ fol. ſen. ℥iij. pulp. tamarind. ʒvj. flor. cord. p. ij. ſem. coriand. ʒj. Coq. in aq. font. q. ſ. In colatura infund. caſſ. rec. extract. ℥j. rhabarb. ʒj. macis ℈j. poſt infuſionem adde man. ℥j. M. ſ. f. *Potio.*

Repetatur Purgatio ſeptimo quoque die. Grana Angelica per ſe ſumi poſſunt tertio quoque die.

Grana Angelica. *Grana Angelica.* ℞ ſen. ℥ij. rhabarb. ℥j. irrorentur ſucco limon. affunde infuſionis novæ roſ. pallid. ℥xij. ſal. tart. ℥ß. Stent in infuſione per biduum: f. colatura & expreſſio fortis, in qua diſſolvantur aloës è veſica ℥iiij. f. exhalatio addendo maſtiches ℥ß. pulv. coriand. ſantal. citrin. ana ʒij. Coagula ad *Pilularum* conſiſtentiam.

Pilula. ℞ gum. ammoniac. acet. ſcillit. ſolut.

ſolut. & inſpiſſat. ℥ß. ſagapen. bdell. eodem modo præpar. ana ʒij. myrrh. ℈iiij. croc. ʒj. pulv. ſtomach. ʒijß. ſal. abſinth. artemiſ. tartar. vitriol. ana ℈j. ſyr. beton. de alt. ana q. ſ. f. maſſa *pilularis.*

℞ hujus maſſæ ʒß. * anim. hepat. gr. v. f. pil. 3. deaurand. ſumend. mane hor. 4. ante prandium, ſuperhauſto alæ maciatæ ſaccharatæ momento, ſuperambulando. In lecti ingreſſu ſumat ʒß. ſine anima hepatis. Continuetur per ſeptimanam aut diutiùs.

℞ ſyr. Martial. ℥ß. aq. abſinth. ℥j. aq. pomor. redolent. ℥ij. aq. cinam. gutt. iv. Mſ. f. *Julap.* exhibend. manè hor. quartâ ante prandium. Poſtea augeatur ſyrupi quantitas ad ʒvj. Interim tertio quoque die ſumat granor. angelic. gr. xij. *Julap.*

℞ ſyr. de cichor. ſimpl. de quinque rad. ana ℥ij. de alth. Fernel. ℥iij. viol. beton. ana ℥iijß. ſpir. vitrioli & ſalis in æquali portione mixt. q. ſ. ad gratam aciditatem. Mſ pro doſ. 14. bis in die ſumendis longè à paſtibus ex poſſeto alterato fol. tamariſc. cete- *Mixtura.*

rach.

rach, ling. cervin. viol. borrag. bugloſſ. & meliſſ.

Clyſter. Si opus ſit *clyſtere* propter alvum aſtrictam, ♃ fol. agrimon. m. ij. chamæm. totius m. j. ſummit. abſinth. p. ij. roſ. rubr. furfur. macr. hord. integr. ana p. jß. Coq. in poſſeto & cola, de colatura ♃ ℥xij. adde ſyr. viol. ſacch. rub. ana ℥jß. vitell. ovor. numero 2. Mſ. f. *Clyſter.*

Juſculū. ♃ rad. alth. ʒiij. cichor. taraxac. rub. tinct. rec. ana ℥ß. raſur. corn. cerv. ebor. ana ʒiij. cicer. rub. cappar. à ſale mundat. uvar. Corinthiac. ana cochl. j. Includ. ventre junioris galli, qui conſutus elixetur cum fruſto carnis vitulin. addendo ſub finem fol. endiv. borrag. bugloſſ. chærefol. calend. cum flor. ana p. jß. poma redolentia ſecta cum cortic. numero 3. macis florem unum aut alterum, reduc. ad ℥xxx. pro tribus *juſculis*, in quorum ſingulis diſſolve crem. tartari ʒß. gum. Arab. gr. xxiv. Capiat tribus horis ante prandium.

Linimentū. ♃ rad. cynogloſſ. alth. lil. alb. brion. cort. med. ulm. ana ʒij. fol. malv. parietar. cicut. chamæd. cete-

rach

rach ana m. j. ſummit. rut. flor. chamæm. melilot. ana p. ij. flor. centaur. hyperic. ana p. ijß. ſem. malv. ℥ß. lin. ℥j. Incidantur & bulliant in cacabo cum ol. commun. axung. ſuill. ana ℔j. medul. crurum bovis ℔ß. vin. Canarin. ℔jß. acet. ſcillit. ℔ß. ad liquorum conſumptionem, & ſpecierum putrilaginem. Exprime, & ſeparetur pars purior à craſſo, quocum fricetur pars affecta mane & veſperi manu calidâ per horæ quadrantem ſuperpoſito linteo calido.

Fotus ſequens uſurpari poteſt ante uſum linimenti, *viz.*

♃ rad. alth. cort. med. ulm. ſambuc. ana ℥iv. heder. fraxin. rad. bryon. utriuſque enul. irid. noſtrat. ana ℥iij. lign. rhod. cortic. aurant. citr. ana ℥ij. cynogloſſ. totius m. iij. fol. rut. chamæm. hyperic. centaur. min. cum toto, tamariſc. ana m. j. ſcabioſ. malv. parietar. ana m. jß. flor. geniſt. ſambuc. eupator. Meſues, ſummit. abrotan. utriuſque ana p. iij. ſem. agn. caſt. nigell. Roman. ana ℥j. bacc. laur. junip. ana ʒx. Conciſa includantur ſacculis quatuor oblongis mediocriter *Fotus.*
latis,

latis, quibus decoctis in duabus partibus aq. fabror. & una vin. alb. addit. acet. vin. alb. accerrimi ℔ß. f. *Fotus* toti hypochondrio ſiniſtro per hor. unam.

Præterea conveniunt quoque *Cataplaſmata* emollientia & diſcutientia: Item *Emplaſtrum* de cicuta cum Ammoniaco.

Proſunt quoque *cereviſiæ medicatæ* in aliis viſcerum obſtructionibus deſcriptæ.

CAPUT XII.

De Melancholia Hypochondriaca.

Signa. S*Ignorum* in hoc affectu maximus eſt numerus; vix enim ulla pars corporis eſt, quæ vim hujus morbi effugit, præcipuè ſi morbus radices altè egerit. Ventriculi adeſt δυσπεψία, inde ructus acidi vel nidoroſi, nauſea, vomitus, & dejectio appetitûs tam potûs quàm cibi; & quæ eduntur, aceſcunt; flatus per ſuperiora & inferiora eduntur; quartâ ſæpè poſt

paſtum.

paſtum horâ adſunt borborygmi. Dolores, nephriticorum æmuli, ad dorſum tendunt, & ad lumbos fœminarum, quibus menſes ſupprimuntur. Alvus ſæpiſſimè áſtricta. Calor ſentitur in hypochondriis, quandoque & dolor in iiſdem & lateribus. Tenſio eſt in abdomine, & ſæpe adeò intument latera, ut neceſſe ſit, laxentur veſtes, ne rumpantur. Menſium & hæmorrhoïdum fluxus interrumpitur. Cordis adeſt palpitatio. Pulſatio ſentitur in hypochondrio plerumque ſiniſtro, quam ſequitur aliquando ancurima. Viſcera, præcipuè lien & meſenterium, obſtruuntur. Subſultus adeſt membrorum. Urinæ crudæ magna ſæpe effluit copia, per incerta intervalla. Flatus per totum corpus perrant. Turbæ in viſceribus vapores excitant, qui, ad ſuperiora perrepantes, fauces perſtringunt, & quandoque ſitim excitant; licèt ſæpiùs os udum in ſputo perpetuo effundendo totum eſt, niſi quòd phlegma in majori copia, & ſeroſi ichores vomitu ſubinde eliminentur. Vapores hi melancholici reſpirationem læde-

re poſſunt, ſi diaphragma vel pulmones petant: Si caput affligant, catarrhos excitant; ſi cerebri meninges, dolorem capitis & plenitudinem, ſurditatem, vertiginem, ἐφιάλτην, hallucinationes, viſa inania & horrenda, ſpectra caliginoſa oculis perpetuò objecta, & mille deliria melancholica. Hinc lachrymæ, ſuſpiria, mœror, animi ægritudo, ſui negligentia, riſus, ſolitudinis amor, hebetudo actionum & animi, torpor, paralyſis ſpuria, affectus comatoſi, & apoplexia. Ἀγρυπνία hujus morbi comes eſt, vigiliæ tamen poſt mediam noctem præcipuè moleſtæ: nam ad hoc tempus aut paulò ulterius, bene dormiunt, poſtea autem evigilant duas aut tres horas, iterúmque dormiunt, alii autem iterum dormire nequeunt. Melancholici debilitatem habent in artubus, & varices; præterea, Melancholici omnes lienoſi, ſcorbuto obnoxii.

Indicationes. Ubi talium ſymptomatum caterva corpus infeſtat, hiſce *Intentionibus* amolienda. Primò, conandum eſt exuberantes ubique corporis & congeſtos

geſtos peccantes ſuccos præparare, incidendo, attenuando, frænando, cicurando, impetum ſiſtendo, fermentationem ſupprimendo, & motos componendo fluctus. Malignitas autem humoribus inſita atterenda & domanda eſt. Secundò, Humores hoc modo cocti per obſtructos meatus cogendi; ideo loca quælibet obſtructa reſeranda, viſcera nimirum utrique ſexui communia, & ſequiori propria, ut & hæmorrhoides viris, fœminiſque itidem ætate provectioribus. Tertiò, Viſcerum intemperiei proſpiciendum, & craſis ſecundùm naturam iiſdem inducenda erit. Quartò, evacuandum univerſaliter vomitione, purgatione, ſanguinis miſſione ex brachio, mallcolis, hæmorrhoidibus, *&c.* Humores autem præparati pravi & lenti optimè κατ' ἐπίκρασιν ducuntur. Singula corporis emiſſaria, *viz.* alvus, urinæ viæ, habitus, nares, fauces, *&c.* evacuanda. Ubi menſtrua ſunt provocanda, id aperientibus non calidioribus agendum. Quintò, Partes nobiles corroborandæ, Ventriculus nimirum,

rum, hepar, lien, cor, caput, & adversùs inſultum efferi hoſtis muniendæ. Præcipuè verò ventriculi officio ſubveniendum, & ſpiritus demiſſi omnino recreandi. Et in καϑύμασι melancholicis urgendum uſque & uſque conandum eſt, ut id, quod primis remediis motum fuit, ſequentibus promoveatur, ultimis radicitus tollatur: Malo enim nodo malus cuneus impingendus eſt. Et iſtis ad optatum finem perducendis victûs ratio, medicamentum, & manus ſubſervient.

Regimē in ſex non naturalibus.

In debita rerum ſex *non-naturalium* adminiſtratione διαιτητικὴ conſiſtit. Applicationis earum ſcopus ſit refrigerare, humectare, aperire, incidere, attenuare; gravantium excrementorum generationem præcavere, vel ea generata conſumere, vacuare; calorem nativum, functionum opificem, ſuſcitare, ſpiritus recreare; ipſi denique Naturæ ſternere ac procurare plenam agendi libertatem. Circa res dictas ita ſe gerant melancholici.

Aër.

Qualis *Aër*, tales ſpiritus; ideo eligatur

eligatur purus, ab omni qualitatum exceſſu alienus, nè vel frigore nimiùm condenſet & exhalationem prohibeat, vel calore torreat, vel diſſolvat humiditate, vel ſiccitate exaſperet.

Cibis boni ſucci & coctu facilibus veſcatur, *viz.* carnibus juniorum animalium, pulli, perdicis, vituli, hœdi, agni, avicularum montanarum & campeſtrium. Mane ut plurimùm elixis, veſperi aſſis & parcè quidem utatur. Juſcula alterentur boragine, bugloſſo, oxylapatho, agrimoniâ, pimpinellâ, calendulâ, meliſsâ, chærephyllo, endiviâ, cichorio, cæteríſque oleribus, quæ aperiendi (ſine calore intenſo) vi polleant. Concedantur ova ſorbilia & tremula in aqua fracta, omphacio vel aurantiorum ſucco condita. Inter piſces ſaxatiles perca, lucius, trutta, gobio, & ſimiles: Inter marinos lingulaca ſive ſolea, rhombus & qui duræ carnis ſunt. Piſcibus autem raro veſcatur. Abſtineat ab acribus, ſalſis, piperatis: aliiſque aromatibus conditis, omnibus eduliis craſſi ali- *Cibus.*

lamenti & difficilis diſtributionis, lacticiniis, caſeo veteri, vino craſſo & nigro, generoſo, Hiſpanico, Malvatico; uno verbo, omnia fugiat quæ ſanguinem exaſſare, incraſſare, vel fervidiorem reddere poſſunt. Potus ordinarius ſit ex cereviſia tenui, limpida, & optimè defæcata. Vinum aliquando gilvum ſumat, tenue, oligophorum, &, ſi per appetitum liceat, dilutum decocto radicum filicis, fœniculi, raſuræ cornu cervi & eboris. Panis probè fermentatus bene coctus ſit, albus, levis, non nimiùm recens. Alimenti magna eſt vis, quippe cùm humorum & ſpirituum materia ſit, iis ſuas impertit qualitates; ita ut perpetuò in rerum natura *orta ſuis principiis atteſtentur.*

Motus. *Motu* ad ſanitatem opus eſt, ſiquidem ignavia enervat vires, & excrementorum congerie quotidie in majus creſcente, calor conſopitus languet. Stagnantes aquæ putreſcunt: Sic & ſanguis dum immotus manet, & ea, quam exercitium procurat, flabellatione caret. Itaque corpus moderatè exercendum paulò

ante

ante paſtus, deambulatione, pilâ, venatione, equitatione. Pulmo mane cantu & vociferatione agitandus. Micatio digitorum manus habiles reddit. Univerſalis frictio matutinis horis celebrata, habitum reſerat, fuliginem diſcutit, & calori pro ventilabro eſt, quem æqualiter per omnia membra diffundit.

Veneris dulces illecebræ in melancholicis torpentes vigoris igniculos ſuſcitant. Indulgendum ei aliquando, rariùs tamen, atque id in coitu advertendum ex *Celſo*, *ejus frequentiam non numero cenſendam ſed naturâ, ratione ætatis & corporis; cúmque non inutilem eſſe, quem corporis neque languor neque dolor ſequitur*. Matutinis horis convenit poſt coctionem, pleno ventriculo nunquam. *Venus.*

Somni & *vigiliarum* vices alternæ ſint. Gelidæ mortis imagini majorem temporis partem dare, pituitam auget, calorem ſuffocat, ſpiritus ſegnes reddit; unde facultates elangueſcunt. Vigiliis corpus macerare pariter noxium, quippe iis calor diſſipatur, partes ſiccantur, humores *Somnus & vigiliæ.*

evadunt acriores, mens ipſa percellitur, & morbificarum cauſarum melancholicis impreſſionibus magis patet. Moderatè omnia. Succeſſivè, horis commodis atque ad id deſtinatis vigilandum, & dormiendum. Somnus, qui cibum immediatè ſequitur, caput gravat, & concoctionem præcipitat.

Excreta. *Excrementis*, nimiâ quantitate naturæ moleſtis, corpus arte exinaniatur, ſi ipſa, officii immemor, hebes reſtitet. Craſſa per alvum deturbentur, liquida per veſicam educantur, & per habitum digerantur. Ventriculus aliquando vomitu, lien per ani venas, & cerebrum per nares & os repurgentur. *Quò natura vergit, eò ducere oportet, per vias convenientes.* Iſtorum autem exequendorum inſtrumenta in ſequentibus deſcribentur.

Animi pathemata. Denique ſiquidem affectus melancholicus ipſas *animæ facultates* principes ſemper tandem adoritur, & mentem caligine ſuffundit, videant melancholici, ut quandiu ratio clavum tenet, illa ſubalternis ſuiſque

veluti

veluti miniſtris abſolutè imperet, Phantaſiæ præſertim, quæ per communis ſensus commercium occaſionem captat uſque externorum objectorum, & Ideas, per ſenſoria ſeſe inſinuantes, arripit quibus mentem excruciet. Iram fugiant, quod indomitum furoris œſtrum hominem ſibiipſi eripit, eúmque digniſſimâ formâ ſi non ſpoliat, ſaltem non ſine dedecore immutatum exhibet. *Mœſtitia, ———— averruncanda hæc, & diis vovenda Inferis fugabitur, & lætitiæ locum dabit*, ſi ſublatis internis cauſis, animus per varietatem gratorum objectorum quotidie deducatur, & blandi iſtius veluti philtri jucundâ titillatione ſubinde demulceatur. Solitudo maleſuada eſt melancholicis, cane pejus & angue fugienda. Politicum animal Homo, ad conſortium natus eſt. Muti doctores, libri, licèt melancholicos ſolentur, iis tamen non nimis incumbendum. Humorem peccantem alunt, & ſub dulci atque proficua fraude ita cautus obrepit hoſtis; præſertim ſi ægri, ut ſolent, eos libros verſent,

in quibus proprii morbi deſcriptionem inveniant. Inde quippe naſcuntur dubia, quibus veluti pedicis inextricabilibus irretitus animus nunquam ſeſe expedire valet; unde fit ut ſuſpicioſi & ancipites perpetuò vivant melancholici, remediis parùm fidant, & ſic curationem non remorentur ſaltem, verùm etiam ex toto impediant. In re medica, fide etiam opus eſt, & *peritis in arte credendum*. Ægri ſeipſos, in propriam perniciem, vanis & inutilibus curioſitatis figmentis nec rodant, nec torqueant. Omnibus & ſingulis iſtis, in quorum obſervatione forſitan maxima & præcipua curationis pars ſita eſt, ſi faciles καὶ τὰ δέοντα ποιέοντες ſe ægri præbuerint, ſperandum, immo certè credendum, huic curationi remedia colophonem additura fore.

Horum alia præparantia ſive alterantia, alia vacuantia, non unius generis, nec æqualium aut virium aut actionum. Aliæ denique partes, opis indigæ, roborantia per toni reſtitutionem & malignitatis aggreſſoris extinctionem requirunt. Omnium ſubjun-

ſubjunguntur deſcriptiones. Ut & admittendorum, aſſumendorum, apponendorum, & faciendorum ordo ſequitur, ſumma cum diligentia obſervandus; quippe ex *Hippocr. Curationum animæ ſunt temporum opportunitates.*

Remediorum ordo ejuſmodi ſit. Primò detur clyſter. Tunc purgatio verna & autumnalis. Apozema laxativum in tres vel duas ſaltem doſes. Phlebotomia dexrrâ vere; ſiniſtrâ autumno. Balneum. Hæmorrhoides aperiantnr, vel ſaphæna. Vere ſerum lactis cum fumaria, agrimoniâ, ſcabioſâ, & ſucco pomorum redolentium. Vinum chalybeatum, & opiata chalybeata, aquæ Spadenſes, Tunbrigenſes, Thermæ Bathonienſes, & ejuſmodi per aliquot ſeptimanas. Clyſter ſemel in ſeptimana. Pilulæ cum gummi ſemel in ſeptimana æqualibus intervallis. Syrupus magiſtralis ſemel in menſe circa plenilunium, vel paulò ante quàm humor ſolitos habeat paroxyſmos ſuos. Paſſulatum paulò ante paſtum, vinum ex ſenna, aut infuſum ſennæ in juſculo

Ordo remediorum

lo matutino, quoties alvus per ſe non fluet. Pulvis digeſtivus horâ dimidiâ poſt ſingulos paſtus. Syrupus de pomis redolentibus meus, cum confectione Alkermes, tabellis vel opiatâ cardiacâ ad palpitationem, eâ vigente ſumendo. Ad caput, frictiones cum ſacculis ſimplicibus cephalicis repletis. Maſticatoria mane. Suffitus de Tabaco. Cauteria.

Formula. *Formulæ* medicamentorum ejuſmodi ſunto.

Clyſter. ℞ rad. alth. lilior. alb. ana ℥j. fol. malv. violar. parietar. mercurial. atriplic cichor. ana m. j. flor. chamæm. melilot. ſummit. aneth. ana p. j. ſemin. lin. ℥ß. ſem. aniſ. fœnic. ana ʒij. f. omnium decoctio in jure capitis vitulini aut vervecini. Cape de colatura ℔j. in qua diſſolv. Cathol. ℥jß. mel. roſar. ſacchar. rub. ana ℥j. ſal. gem. ʒj. Mſ. f. *Enema*, injiciend. ante omnia circa veſperam, levi cœnâ ſubſequente.

Enema aliud pro fœminis hyſtericis cum melancholia. ℞ fol. mercurial. artemiſ. ana m. jß. fol. malv. alth. violar.

violar. parietar. ana m. j. flor. chamæm. melilot. ana p. ij. ſem. fœnic. aniſ. ana ʒij. ſem. lin. ℥ß. f. omnium decoctio. In colaturæ ℔j. diſſolv. Cathol. ℥j. hier. picr. ℥ß. mel. mercurial. ſacchar. rubr. ana ℥jß. vitellos. ovorum numero 2. Mſ. f. *Clyſter*, injiciendus ſemel in ſeptimana, jejuno ventriculo mane, horis tribus ante prandium.

Vere & Autumno (quibus tempeſtatibus per certas veluti periodos atra bilis ſuos habet paroxyſmos) celebranda purgatio ſolennis. *Purgatio.*

♃ rad. filic. fœm. bugloſſ. cichor. tarax. gram. aſparag. fœnic. apii ana ℥j. rad. cappar. tamariſc. ana ℥jß. polypod. querc. ℥iij. fol. chamædr. chamæpit. ceterach, fumar. capillor. omnium, epithym. cuſcut. ana m. j. flor. iij. cordial. geniſt. ana p. ij. ſem. citr. card. bened. ana ʒiij. ſem. alkekeng. milii ſolis ana ʒijß. cappar. à ſale mund. cicer. rub. ana ʒx. poma redolent. minutim inciſ. cum cortic. numero 3. f. omnium decoctio. In colatura infunde & decoque fol. ſen. mund. vino albo odoro nutrit. ℥jß. *Apozema purgans.*

agar. rec. trochiſc. ʒß. medull. ſem. cartham. ℥ij. factâ expreſſ. & colat. redact. ad ℥xij. diſſolv. ſyr. roſ. pallid. comp. cum agar. ℥ij. ſyr. de fumar. ſolut. de epithym. ana ℥j. Mſ. f. *Apozema* pro iij. doſibus matutinis, ſumendis diebus conſequentibus, vel alternis, horis 3. ante juſculum cum cuſtodia. Singulas doſes ſeorſim parare, ſaltem in decocto ſeorſim infundere cathartica ſingularum doſium melius erit. Singulis doſibus addatur ʒj. vel cochleare parvum aquæ cinamomi.

Balneũ. Poſt purgationem inſtituatur *Balneum* aquæ dulcis tepentis, additis emollientibus & refrigerantibus odoratis; quo utatur per triduum vel quatriduum bis in die, atque in eo moretur citra faſtidium aut ſudorem. Inde lectum petat, & deterſô madore, quieſcat, deinde poſt horam unam corpus cibo curet & reficiat.

Operæ pretium fuerit loco fotûs, & ad corroborationem viſcerum omnium naturalium, uti quinquies vel ſexies ſemicupio ſequenti.

℞ rad. althææ ℔jß. rad. fragar. oxylap. rub. tinctor. ana ℔j. rad. enul. ariſtol. utriuſque, Ireos Florentin. brion. cyper. ana ℔ß. raſur. juniper. ligni Rhod. ana ℥iv. fol. artemiſ. majoran. menth. meliſſ. ana m. vj. chamæm. melilot. ana m. viij. flor. ſambuc. ebul. geniſt. ana p. viij. cortic. aurant. citr. ana ℥v. f. decoctio in aqua pro *ſemicupio*, uſurpando tepide mane, vacuato excrementis corpore. In eo ſedeat citra faſtidium aut ſudorem per horam unam aut alteram. *Semicupium.*

A Semicupio, vel Balneo per 8, 10, vel 15. dies pro ratione εὐφορίας, uſus *ſeri lactis* conveniet, de quo recenter à preſſo lacte ſtillante, accipe ℔iv. ſucc. fumar. cichor. ſcabioſ. ana ℥iij. ſucc. pomor. redol. ℔ß. Mſ. & cum albumin. ov. pauc. lim. ſucco & ſacch. roſ. tabell. f. clarificatio. Capiat primo ℔j. deinde ij. vel iij. deambulando horas 4. ante prandium. Atque quantitas ſalutaris hujus εὐπορίστου juxta robur ventriculi, citra nauſeam menſuram admittentis, metienda. *Serum lactis medicatum.*

Aquæ minerales, æſtate.

Hæc *Vere* fiant. Per *Æſtatis* fervidæ ſicciores æſtus petantur *Aquæ Minerales* Marte impregnatæ, uno vel altero annis conſequentibus.

Chalybeata autumno.

Autumno autem (quod eſt melancholiæ regnum) præmiſſâ ſolenni purgatione præſcriptâ, ad chalybeata remedia veniendum, in quibus ſolis atterendæ & extinguendæ κακοήθεις atræ bilis vis eſt, ſive id aperiendo, ſive acrimoniam fermentantem (quæ ex *Hippocr.* omnium qualitatum eſt maximè incommoda) edulcorando, ſive atram fæcem purgando contingat.

Generalia hæc quotannis ad perfectam curationem uſque celebranda. Cum à mineralibus aquis, ferri & vitrioli fodinas præterlabentibus, patiens ad proprias ſedes redux fœlicibus auſpiciis appulerit, poſt aliquot dierum quietem deſcriptus clyſter ſub veſperam injiciatur, poſtridie verò in aurora potio ſequens propinetur.

Potio.

℞ fol. ſen. mundat. minutiſſimè inciſor. ℥vj. epithym. m. j. cortic. exterior. citr. recent. ʒj. cremor. tartar.

tar. alb. ʒij. Omnia, ut decet, præparata macerentur per 6. horas in vino albo Rhenano, addit. ſucc. limon. ℥ſs. mox f. expreſſio & colatura. In qua macer. per tres horas diaphœn. ʒiij. ſucc. pomor. ℥j. f. cum albumin. ov. clarif. & colat. in qua diſſolv. ſyr. roſar. pall. comp. cum agar. ℥j. aq. cinam. cochl. j. Mſ. f. *Potio*, detur in aurora tribus ante juſculum horis.

Sequenti die vel perendie tundatur vena brachii ſiniſtri ad ſanguinis ℥ix. Mox parentur *juſcula* ſeq. per octiduum manè ſorbenda hor. 4. ante prandium. ſuperambulando. *Vena-ſectio.*

℞ rad. gram. fœnic. petroſel. ana ℥ß. cappar. à ſale mund. cicer. rub. ſemin. cartham. in aqua ſubſident. ana ℥j. paſſul. purgat. uvar. Corinth. ana ʒvj. ſem. alkekeng. ʒiij. Includ. ventre pulli gallinacei, qui conſutus elixetur cum fruſto carn. vitulin. addendo ſub finem coctionis fol. borag. bugloſſ. oxylap. agrimon. pimpinell. calendul. chærephyll. ana p. j. flor. geniſt. condit. p. ij. reduc. ad quantitatem unius juſculi. In quo per pannum *Juſcula medicamenta.*

num colato diſſolv. cryſtall. mineral. chalybeati ℥j. Mſ. Exhibeatur, ut ſupra.

Exactis octo diebus, iteretur potio præſcripta. Utiliſſimum etiam fuerit ab iſta purgatione affigere hirudines margini ani, per quarum morſus ſive vulnuſcula, extrahantur ſanguinis circiter. ℥vij.

Interim, dum hæc fiant, præparetur *Vinum chalybeatum* hoc modo.

Vinum chalybeatum ℞ rad. filic. fœm. fragar. rub. tinctor. petroſel. apii, aſparag. chelid. maj. ana ℥j. cortic. median. fraxin. rad. cappar. tamariſc. ana ℥ij. fol. ſicc. ceterach, chamædr. eupator. *Meſue*, ſive agerati, chamæpit. meliſſ. beton. ana m. j. veron. utriuſque ana m. ij. flor. geniſt. calendul. roriſmarin. ſtœch. Arab. ana p. iij. ſantal. citrin. lign. rhod. ſaſſafr. ana ℥vj. nuces moſchat. in fruſta ſect. numero 6. limatur. chalyb extinctione duodecimâ in aceto vini albi fortiſſim. & nonâ in vino Hiſpanico, ad ſummum ruborem reduct. ℔j. Omnia debito modo præparata, & ſicciſſima, pon. in matrac. ſive phial. oblong. coll. optimè clauſi

colloc.

colloc. ponè furnum piſtoris, agitentur quotidie per dies xv. Capiat ab ℥iij. ad ℥vj. mane, ſuperambulando, hor. 4. ante prandium, per menſem integrum. Iſtud remedium efficax eſt. Si ſatis potenter agat, in eo ſubſiſtendum; at ſi incœptæ ejus actioni aliquid validioris addendum ſit, ſumatur chalybs in ſubſtantia, & parentur *Tabellæ* ſequentes.

℞ chalybis ut ſuprà præparati ℥ij. raſur. Cornu cervi primarii recent. ʒvj. magiſter. perlar. corall. dulcis, ſuccin. alb. præparat. ana ʒij. oſſ. de corde cervi, gagat. præparat. ocul. cancr. præparator. ana ʒjß. cortic. exterior. citr. condit. ſicci, aut etiam recentis exſiccati, cinam. interior. ana ℈v. conf. Alkerm. ℥ß. ſacchar. albiſſim. ℥iv. Terantur ſimul diligenter omnia, & additâ paucâ mucag. ſem. alth. aut pulp. radic. f. paſta, ex qua form. *Tabellæ* ponder. ʒiij. lento igne ſiccand. Capiat unam quotidie mane, ut ſuprà, ſuperhauſto vini albi tantillo, ſuperambulando. *Tabellæ chalybeatæ.*

N. B. Sine exercitio chalybeata nocitura potiùs quàm profutura ſunt.

ſunt, & in eorum uſu obſervandum, alvum fluidam ſemper eſſe debere: Ideo ſi alvus reſtiterit, ſubducatur vel enemate, vel pilulis in ſequentibus deſcribendis, quæ ante cœnam deglutiantur.

Tempus aſſumptionis iſtius remedii, quoad numerum dierum, vix poteſt definiri; facilis tolerantia ægri, & emolumentum, quod uſui ſuccedet, conſilii capiendi occaſionem ſubminiſtrabunt.

Nunc ad uſualia veniendum, quorum frequentiſsimus incidat uſus, neceſſe eſt.

Clyſter. Semel in ſeptimana *Clyſter* injiciatur, vel præſcriptus, vel alius, juxta præſentes indicationes. Nihil citra noxam primas vias meliùs everrit, nihil à capite commodiùs revellit, nihil melancholicis convenientius eſt.

Pilula. Æqualibus intervallis, alternatim cum clyſtere, ſemel in hebdomade pilularum ſequentium doſis ſumatur.

℞ gum. ammon. in vino Hiſpan. diſſolut. ℥ß. aloës in ſuccis roſ. pall. cichorii & fumariæ diſſoluti, & per evaporationem in B. coagul. ℥j. pulver. ſubtiliſſ. ſenn. ʒiij. crem. tartar. chalybeat. ʒij. myrrh. ʒjß. ſal. gemm. ʒj. croci ʒß. Mſ. & cum extracto liquidiuſculo ſen. & agar. f. maſſa *pilular.* addendo inter formandum olei aniſi ℈ij. Capiat à ʒß. ad ℈ij. horâ unâ ante levem cœnam.

Eidem uſui inſervire poteſt ʒß. vel ℈ij. pil. ſtomach. cum gum. additis guttis duabus ol. aniſ. & cinamomi. Sin pilulæ iſta ſegniùs purgent, nonnunquam trochiſc. Alhand. gr. ij. vel iij. acuantur.

Pilulæ cum gummi uſuales. ℞ aloës crud. ℥j. gum. Ammon. in vino Hiſpan. diſſolut. ʒiij. pulv. fol. ſen. ſubtil. ℥ß. crem. tartar. alb. ʒij. myrrh. ʒj. croci ʒß. ambr. griſ. ℈j. ſal. gem. ℈ij. Mſ. & cum extracto liquidiuſculo ſennæ, parato in aqua fumariæ f. maſſ. *Pilul.* de qua cap. à ℈j. ad ʒß. & ℈ij. horâ dimidiâ ante levem cœnam.

Pilulæ etiam Cochiæ minores, in eadem doſi huic morbo debellando

do commodæ ſunt; ut & extractum *Rudii.*

Aut parentur pilulæ ſenioris nigræ. ℞ Aloës crud. ℥ß. pulv. fol. ſen. ʒiij. pulv. elleb. nigr. præparator. in pane hordeaceo (vel etiam ſaltem ſiccator.) ʒvj. crem. tartar. alb. ʒij. caryoph. cinam. ana ʒß. f. omnium pulvis, ut alkool, excip. extracto ſennæ liquidiuſculo, form. maſſa *pilularis*, addendo ol. aniſ. ℈ij. Capiat per 10. 15. aut 20. dies à ℈j. ad ℈ij. quotidie mane hor. 3. ante prandium, ſuperhauſto juſculi tantillo.

Summè laudantur pilulæ *Haly*, ad affectus melancholicos, deſcriptæ *Cap. de Ell b. 30. Lib. 2. Meſu.* ℞ hier. picr. ʒij. ellebor. nigr. polypod. ana ʒv. epithym. ſtœchad. ana ʒvij. agar. lap. cyan. ſal. Ind. colocynth. ana ʒiij. Dantur tutò à ʒj. ad aureos duos.

Extractum Hellebori tam ſimplex, quàm compoſitum, aliis admiſtum, huic affectui maximè prodeſt.

Ad emendandam noxam ab Elleboro illatam. Utriuſque Ellebori virtutem ex corpore deturbat Mulſa, deco-

decoctum Uvarum paſſarum, aut Hordei, aut Gallorum, aut Gallinarum cum oleo nucum, vel amygdal. dulc. vel ſimili.

Grana angelica etiam in uſum venire poſſunt. ♃ fol. virid. beton. chamæpit. ſcabioſ. meliſſ. ulmar. card. bened. agrimon. hepatic. ceterach, ana m. j. fumar. totius m. ij. menth. abſinth. pont. ana m. ß. flor. veton. rubr. p. iv. calendul. ſambuc. leucoi. ana p. ij. fol. ſen. mundat. ℥ij. tartar. alb. ℥j. Duo hæc ultima præmacerentur per horas 6. tepidè in ea quantitate aquæ, quæ ſufficiet ad decoct. faciend. mox, additis ſimplicibus præſcriptis, f. decoctio & colatura, in qua diſſolve aloës è veſica diaphanæ ℥iv. f. exhalatio in pelvi argentea ſupra Balneum vaporoſum, addendo, ſub medium evaporationis, expreſſionem ℥j. rhabarbari electi, ſeorſim infuſi in aq. pomor. redolent. cum ſantal. citrin. & cinam. ana ʒj. ſal. corall. abſinth. & gemm. ana ʒj. Mſ. f. maſſa *Pilular.* ſervanda in vaſe vitreo bene clauſo. Doſis ℈j. immediatè ante levem cœnam.

Bolus. Si *Bolus* arrideat, talis detur. ℞ caſſ. fiſtul. recent. è canna extract. ʒvj. diaphœn. ʒij. pulv. elect. diatrag. frig. glycyrrhiz. ana ʒß. Mſ. f. *Bolus*, ſumend. è cochl. cum ſyrup. viol. & de althæa mixtis, dilato ad 3. horas juſculo.

Pulvis. purgans Aliquando detur pulvis benedictus *Valeſci dt Taranta*; ℞ epithym. ʒiv. lap. lazul. agar. ada ʒij. ſcammon. ʒj. caryophyll. numero 20. f. *Pulvis*. Cujus primo detur ʒjß. deinde ʒij. quâlibet ſeptimanâ.

Potio. Si *Potio* ſit gratior. ℞ polypod. ℥j. glycyrrh. recent. ℥ß. epithym. fumar. ceterach. ana m. ß. ſem. aniſ. fœnic. dulc. ana ʒj. fol ſen. mund. ʒvj. pulp. tamarind. ʒv. cremor. tartar. alb. ʒij. f. omnium ex arte maceratio, decoctio & expreſſio. In qua, reductâ ad doſin, diſſolve ſyr. roſ. pallidar. comp. cum agar. ℥jß. ſyr. de pomis ſolutiv. ℥ß. diaphœn. ℈j. aq. cinam. cochl. j. Mſ. f. *Potio* danda in aurora, horâ quartâ ante juſculum.

Syrup. Syrupus magiſtralis. ℞ ſuccor. depurator. acetoſell. ſylveſtr. bugloſſ. ceraſor. prunor. damaſcenor. pomor. curti-

curtipendulor. vel alior. redolent. ana ℥viij. ſucc. mercurial. ℥xvj. infuſion. nonæ roſar. pallidar. vel quod melius eſſet,muſcatellinar. ℥xxiv.aq. decoction.tartar. alb.pintas Pariſienſes duas, ſen. optim. mundat. conciſ. vino albo odoro irroratæ ℥xij. rhabarb. elect. minutim conciſ. ſucco limon. irrorat. ℥iv. agar. recenter trochiſcat. glycyrrhiz. Hiſpan. ana ℥ij. Purgantia iſta cum glycyrrhiza macerentur per horas 24.ad leniſſimum calorem in infuſion. roſar. & dimidia parte aq. decoction.tartari, vaſe probè clauſo ; mox f. expreſſio fortis & colatura, quæ cum ſuccis prædictis miſceatur ; ſeorſim verò in reliqua portione aq. decoction. tartar. diſſolve caſſ. fiſtul. recenter è canna extract.℥vj. pulpæ tamarindor. ℥iv. addendo, ſi opus ſit, partem ſuccorum prædictorum, præſertim tenuiorum, ut acetoſ. & ceraſor.Sinatur fieri per noctem infuſio, manè poſt lenem fervorem f. colatura,quæ cæteris admiſceatur. Ponantur omnia in Alembicum vitreum, vel fictilem lapideum quales ex Bellovacenſi luto fingun-
(tur

tur) ſuperpoſito capitello vitreo, & lentâ in balneo diſtillatione totum reducatur ad ℥xxxij. quibus adhuc calentibus addantur mannæ calabrin. puriſſ. ſacchar. cryſtallin. ſubtiliſſ. pulverizat. ana ℥vj. ſyr. violac. opt. ℥viij. f. *Syrupus*, cui indatur nodulus continens ſantal. citrin. cinam. interior. ana ʒij. lign. aloës ʒj. ſem. coriand. non præparator. ʒiij. flaved. citr. ʒjß. nuc. moſchat. ℈iv. ambr. griſ. ℈j. moſch. oriental. gr. v. qui nodulus ſæpiùs erit exprimendus. Servetur in ampulla vitrea exactiſſimè obturata. Uſus vel per ſe ab ℥ij. ad ℥iij. vel miſtus detur cum aliis ſyrupis & aquis, æſtate cum ſero lactis, menſe ineunte, vel quando humor melancholicus turgeſcet ſemel in menſe.

Vomitus. Si vomere (ut aliquando *vomitus* non futurus eſt inutilis) libeat; Emetica, quæ prodeſſe tantùm, non autem tandem nocere valeant, uſurpentur. Talia ſunt infuſio pulv. emetic. & ſal. vitriol. alb. ʒj. ut artis eſt præparati.

Chalyb. *Chalybs* ſub variis formis aſſumi poſſit, in quibus *vinum* & *tabell.* chaly-

beat.

beat ſuprà deſcripſimus, nunc autem alias ſubjungamus.

℞ conſerv. flor. calendul. roriſmarin. ana ℥j. conſ. Alkerm. ℥ß. rad. chelid. major. cort. exterior. citri, aurant. ſicc. ana ʒij. oculor. cancr. præparat. magiſter. perl. corall. dulc. ana ʒjß. ſuccin. præparat. lap. gagat. præparat. ana ʒijß. ſpodii è cornu cerv. ℈v. cinam. interior. ʒiij. croci Martis aperientis ℥ij. Pulverizentur pulverizanda, ut alkool (in eo enim totum artis magiſterium eſt) omnia verò excipiantur ſyrup. de cichor. ſimpl. f. *Electuarium*, de quo capiat quotidie manè ℥ß. horis quatuor ante prandium, corpus exercendo ambulatione, & brachia agitando diviſione ligni cum ſerra; continuando per 15, 20, aut 30. dies, ſi opus fuerit. *Electuariū*

Sed notandum, hîc tantam eſſe vim *Exercitii*, ut ſine ipſo futura ſint omnia irrita. Quapropter Æger vel à medicamento planè abſtineat, vel eò, ut decet, ex artis legibus utatur.

Sin *Pulvere*, quàm Electuario uti malit, *Pulvis*

malit, ita paretur; ♃ croc. Mart. aperient. ℥ij. raſuræ cornu cervi primarii recentis debito tempore collecti, ℥ß. magiſt. perl. & corall. ſuccin. præparat. ocul. cancr. lap. gagat. præparat. ana ʒij. ſuccin. ſpodii ex cornu cerv. ana ℈v. oſſis de corde ejuſdem ʒjß. cinam. interior. ʒiij. flaved. citri ſicc. ʒij. ambr. griſ. ʒj. Mſ. f. omnium *Pulvis*, ut alkool, cujus ʒiij. ſumantur ſingulis matu inis, ex ovo ſorbili, aut vino albo, ſuperambulando, & corpus movendo, ut ſuprà. Poſſet addi ſaccharum, verùm nimis magnum eſſet doſis volumen. Notandum, quòd à minori quantitate ſumi initium poterit, v. g. à ʒj. ad ℈iv. ℈v. ʒij.

Cerevi-ſia medicata.

Cereviſia medicata antihypochondriaca. ♃ ſalſæparill. alb. & medulloſ. ℥viij. rad. chin. ℥vj. filic. fœm. oxylap. rub. tinctor. ana ℥viij. rad. ſicc. cichor. tarax. oxalid. ana ℥iv. fol. agrimon. capill. omnium, hepatic. cuſcut. ana m. ij. flor. nenuph. borag. bugloſſ. ana p. viij. raſur. cornu. cerv. ebor. ſantal. omnium ana ℥iij. cortic. pomor. redolent. ℔j. nuc. moſchat.

℥j. Bul-

℥j. Bulliant omnia in congiis Anglicis cereviſiæ non-lupulatæ numero viij. ad duorum conſumptionem, ſinatur ſieri infuſio per noctem in vaſe probè tecto. mane f. per ſetaceum colatura, cui adde ejuſdem cereviſ. recent. cong. iij. ſucc. pomorum redolent. ℔vj. ſucc. cochlear. noſtrat. ℔j. ſucc. naſturt. becabung. ana ℔j. ſquam. fer. ℥xvj. ſaccul. incluſ. Sinatur fieri fermentatio ad depurationem liquoris. Recondatur lagenis lapideis probè obturatis, aſſervandis loco ſubterraneo.

Hactenus de curatione morbi generaliori: deinceps quædam ſubnectam quibus ſymptomatis ejus particularibus urgentibus obviam eatur.

Ventriculo robur addatur, & prima *digeſtio* promoveatur *pulvere* ſequenti. ♃ ſemin. aniſ. fœn. dulc. ana ʒvj. coriand. præparat. ℥ß. cortic. aurant. citr. condit. ſicc. ana ʒv. chin. ℥j. cortic. ſaſſafr. ʒiij. magiſt. perl. corall. ana ʒij. cinam. ʒijß. ambr. griſ. ℈j. ſacchari albiſſ. quadruplum pondus omnium. M ſ. f. *Pulvis Digeſtivus.*

Pulvis, ut alkool, ſumendus è cochleari, horâ dimidiâ poſt ſingulos paſtus.

Ad ventriculi flatus. F. infuſio *Theriacæ* in vino albo, vel in aqua card. bened. Capiat de hac infuſione cochlear unum. urgente *flatu*. Vel paretur Biſcoctum *corticis Aurantiorum* aut *Citri* cum *Ambra* & *ol. Aniſi*, utendum ſæpiùs in die, urgente *flatu*.

Extractum. ♃ baccar. junip. recentium ſucculentarum ℥j. calami aromatic. cort. rad. ſaſſafr. ana ʒvj. folior. in umbra ſiccator. abſinth. vulgar. menth. meliſſ. ana ʒx. corticis flav. citr. diligenter ſiccat. ʒv. mac. cinam. optim. ana ʒij. f. *Extractum* cum optimo vino Canarino, de quo ad mellaginem coagulato in Balneo vaporoſo cape ℥ij. gum. guajac. puriſſ. ℥ß. partis albæ benzoin, quæ *Amygdala* vocatur, maſtich. puriſſ. pulveriſ. balſam. Peruan. alb. ſicc. ana ℥ij. ſal. abſinth. gem. ambr. griſ. ana ʒj. Mſ. f. maſſa pilularum. Capiat ʒj. quotidie manè horis 4. ante prandium, ſuperhauſto cereviſiæ abſinthitis vel hydromelitis Malvaticati aq. meliſſ. optimè diluti momento, continuando

do per dies 15, 20. aut plures, pro effectu.

℞ ladani puriſſ. ℥ij. teratur in mortario calido, & addatur ea quantitas balſami Peruani nigri, quæ ſufficiat ad conſiſtentiam *Emplaſtri*, cui addatur quarta pars gummi Carannæ in vino Hiſpanico optimo liquati, trajecti & inſpiſſati. Extendatur ejus portio in alut. ad formam ſcuti. Applic. regioni ſtomachi, & octavo quoque die renovetur *Emplaſtrum*; ſinapizetur, ſive conſpergatur pulvere ſubtiliſſimo Caryophyllorum & Cinamomi. *Emplaſtrum.*

Roborantibus accenſenda ſunt grana, ſive baccæ, juniperi matura, recentia, quæ æquis partibus vini Malagenſis, ſucci cydoniorum & diſſolutionis ambræ griſeæ immergantur, & ſæpius ſiccentur. Capiantur numero 12, 15, aut 20. manè jejuno ſtomacho per plures ſeptimanas.

℞ ambr. griſ. moſch. ana ℈ß. læ- *Liquor* vig. in porphyr. cernantur per cri- *ambræ.* brum aut linteum, affunde ſpiritum vin. optim. (aut ſpir. menth.) ut

ſupernatet uno ſaltem digito, claude optimè, expone ſoli per dies 15. gutta una vel altera inſtillata juſculo aut vino mirificè roborat ventriculum.

Tinctur. *Tincturarum* ſtomachicarum materia ſint rad. galangæ & zedoariæ, calamus aromaticus, cortex ligni ſaſſafr. vvinteranus ſive coſtus faciе ſambuci, flavedo citri & aurantiorum, mentha utraque rubra præſertim & hortenſ. longioribus foliis, meliſſ. abſinth. utrumque, ſummitates roriſmarini, ſem. aniſi, fœnic. coriand. bacc. junip, cinam. mac. quæ omnia, ut artis eſt, cum aquis ſtillatitiis menth. meliſſ. cinam: immo cum ipſa theriacali diſti lata extrahantur: Addantur ambra griſea & moſchus, & ad uſum liquor ſervetur.

Ad cordis palpitationem. *Cordis palpitatio*, ſublatâ causâ vaporosâ ceſſabit; ſiquid tamen hujuſmodi metuatur, in promptu ſit ſyrupus pomorum redolentium mixtus cum confectione Alkermes, cujus cochleare unum cum pauco ſpiritu roſarum, urgente ſymptomate, exhibeatur: Vel ſint ad manus tabellæ

vel electuarium quæ ex cardiacis concinnatæ ſint, non omiſſo lapide bezoar, & inprimis margaritarum magiſterio.

Opiata roborans. ℞ rad. ſcorzoner. cichor. bugloſſ. cond. ana ℥j. conſerv. roſ. caryophyll. ana ʒx. cort. citr. aurant. condit. ana ʒvj. conf. Alkerm. ʒv. corall. & perlar. in magiſterium reduct. ana ʒiij. ſuccin. alb. præpar. oſſ. de corde cerv. ana ʒjß. corn. cerv. ad albed. calcin. ʒij. terr. Strigenſ. Lemn. ana ℈iv. lap. bezoar. utriuſque, ambr. griſ. ana ʒj. Mſ. & cum ſyr. de beton. rub. & trifol. acetoſ. f. *Electuarium*, de quo capiat manè & veſperi, inſtar avellanæ. *Electuariū*

Electuarium etiam cardiacum ſequens ſumatur veſperi in ingreſſu lecti, poſt levem vel nullam cœnam, inſtar juglandis minoris, quoties vapor melancholicus, palpitationes faciens, & motum ſine cauſa ciens, moleſtiùs cor percellit, ipſâmqne mentem impetet. ℞ diaſcord. optimè fermentati per annum, & non fœtentis ℥j. conf. Alkerm. ℥ß. conſ. flor. nenuphar. ʒvj. cortic. citr. extimi condit. *Aliud.*

 ſicc.

ſicc. & triti, ut alkool ℨv. magiſter. perlar. corall. dulc. ana ℨijß. ſuccin. præparat. lap. gagat. præparat. ana ℨij. ſpod. ℨj. diaphoret. vulgaris ex regulo parati ad ſummam albedinem ℨvj. Mſ. & cum ſyr. de pomis redolent. magiſtrali f. *Electuarium*, quod ad uſum ſervetur.

Tinctura. ℞. flor. beton. rubr. p. iv. roſ. rubr. p. ij. flor. violar. bugloſſ. ana p. iij. aq. fontan. puriſſ. ℔iv. cortic. pomor. redolent. m. j. cortic. exter. citr. flavi ℥ß. Aqua reddatur acidula ſ. q. ſucci limonum, atque addatur vini albi Andegavenſ. ℔j. Extrahatur *Tinctura*, ut artis eſt, f. colatura, cujus ℔iij. add. ſyr. de pomis redolent. ℥vj. mororum rubi Idæi ℥iij. ambr. griſ. nodulo incluſ. ℈j. Capiat ℥iv. in languoribus.

Tabella ℞ conſ. Alkerm. ℥ß. magiſter. perlar. corall. dulc. ana ℨij. oculor. cancr. præpar. ℨiij. oſſ. de corde cerv. ℨij. roſar. rubr. ℨj. cortic. exterior. citr. & aurant. condit. ſicc. ana ℈iiij. lap. bez. oriental. ℨj. ambr. griſ. ℈j. ſacchar. cum aq. naph. & roſar. coct. ℥vj. Mſ. f. paſta, quæ, additâ paucâ muca-

mucagine ſemin. cydon. extract. in iiſdem aquis, formetur in *Tabellas* ponderis ℥iij. ſiccentur leniſſimo calore, & ſerventur loco ſicco. Veſperi in ingreſſu lecti, horis tribus à cœna, unam ex hiſce *Tabellis* capiat, quoties cor defecerit.

Ad vapores & vigilias

Vaporem diſcutiet, & ſimul ſomnum blandè conciliabit, ac malignitati reſiſtet *bolus* ex ℈ij. theriac. recent. & ℈j. conſ. Alkerm.

Ad importunas *vigilias* ſumat Laudani grana aliquot; pauca enim aliquando exhibita, furente humore, nihil profuerunt. Ad ſomnum etiam conciliandum & vapores reprimendos, ſyr. nenuphar. diacod. ana part. æq. noctu circa horam ſomni uſurpentur.

Medicamenta externa.

In hoc affectu *Topica* etiam locum habent, quibus uti licet ad placitum.

Linimẽtum ad lienem.

Linimentum ſeq. lieni applicetur ad ejuſdem obſtructionem reſerand. ℞ cortic. med. ſambuc. virid. ℥ij. cortic. med. ulm. fraxin. ana ℥j. linguæ avis ℥vj. radic. enul. caryophil. lat. rub. tinct. chelid. maj. ana ℥ß.

fol. tamariſc. chamædr. chamæpit. ceterach, ana m. j. cynogloſſ. totius m. ij. rad. raphan. ruſtic. conciſ. ℥x. flor. geniſt. hyperic. ſambuc. chamæm. ana p. iij. axung. ſuill. recent. ℔ij. vini Canarin. ℔jß. acet. ſcillit. ℔ß. f. omnium decoctio ad liquorum conſumptionem & herbarum putrilaginem. Pinguedinis in pelvim aq. frigid. plen. injectæ & refrigeratæ pars purior ſumatur, fæcibus ſeparatis, de qua cape ℥vj. ungu. aurant. fragrantis ℥j. ol. jaſmini ℥ß. Mſ. f. *Linimentum* pro litu longo regioni lienis uſurpando, mane ante aſſumptionem remedii Martialis, & noctu in ingreſſu lecti, ſuperpoſito linteo multiplici mediocriter calente. Ante litum operæ pretium erit applicare tumenti lieni lienem bovis recenter ex animalis immediatè jugulati ventre extractum calentem, & deſuper relinquere, donec per ſe refrixerit; ſuperponantur lintea calida ad calorem diutiùs fovendum.

Potus. Vel præparetur decoctum valde emolliens ex parietaria, brancâ urſinâ ſive acantho, chamæmillâ totâ,

cort-

cort. med. ulmi, ſambuci, cicutâ & cynogloſsâ, cui immerſi duo lienes bovis viciſſim applicentur per horam integram calidè.

Emplaſtrum emolliens & diſcutiens, proximè deſcribendum, multum puris per urinas & ſedes evacuavit ab ægra, habente ingentem tumorem cum abſceſſu in liene & rene ſiniſtro. *Emplaſtrum.*

♃ gum. Ammoniac. diſſolut. in ſuccis cicutæ, hyoſcyam. beton. aquat. (ſcrofular.) cynogloſſ. extractis per ſe, trajecti & inſpiſſati ℔j. maſſ. empl. de mucilag. de ranis, quadrupl. mercur. ana ℔ß. pulv. pyritis ſubtiliſſ. in porphyrite cum ſuccis rad. bryon. & fol. ſigill. beatæ Mariæ lævigati, & exſiccati ℥ij. ſem. vitic. naſturt. hortenſ. cochlear. Batav. ana ℥ß. cinnabaris (calomelanos) ℥j. camphor. ʒij. ol. ceræ, petrol. ana ʒjß. Terantur omnia terenda, ut alkool, omniáque miſta excipiantur ſ. q. ſtyrac. liquid. & additâ ſ. q. ceræ flavæ novæ f. maſſa *Emplaſtri*, ex qua Magdaleones formentur. Applic. vel per ſe, vel, in tenella admodùm cute, intermediâ

ſyndone, aut pertenui byſſo. Renovetur decimo quoque die. Quod ſi puſtulæ in cute effloreſcant, ſublato ad paucos dies *Emplaſtro*, liniatur pars affecta dura, tumens, unguento populeo, cui admiſta fuerit quarta pars gummi Ammoniaci cum prædictis ſuccis præparat. & ad mellaginis conſiſtentiam leviſſimo calore reducti.

Emplaſtrum tenax ad lienem *Moffeti*; ♃ gum. Ammon. in aceto ſolut. & inſpiſſat. q. v. cui adde pro ſingulis unciis ʒj. pulveris ſubtiliſſ. caryophyll. f. *Emplaſtrum* applic. ex aluta. Mira facit ad duritiem viſceris, & flatus in hypochondrio ſiniſtro rugientes. Suavem habet odorem.

Ad caput levandũ. *Frictiones.* *Maſticatoria.* *Fumus.*

Capiti conſulent *frictiones* matutinæ retrorſum cum ſacculis farctis ſimplicibus cephalicis, calefacientibus, ſiccantibus, corroborantibus. *Maſticatoria* è maſtiche, pyrethro, cubebis, cardamomo, cerâ exceptis, vel nodulo incluſis; ſedulò expuendo quod diſſolvetur. Vice tabaci (quod omitti conſulo: hæc enim planta, hyoſcyami Indici ſpecies, etſi

etſi ſiccante vi prodeſſe credatur; continuo tamen uſu cerebrum & nervos ferit, ſtupefacit, liquat, & penetranti ſale volatili tonum partis diſſolvit, cum omnium partium nervoſarum damno) ſi *fumis* uti velit, cephalica odorata in eum uſum capiat. Suffumigia etiam grata ex odoratis aërem cubiculi medicatum reddant. Cerebro ideo roborando, & à malignis fumis præſervando ſequentia inſervient.

♃ rad. cyperi ℥jß. Ireos Florent. ℥j. ſantal. citrin. lign. Rhod. ana ℥ß. cortic. citr. exter. aurant. ana ʒv. ſtyrac. calam. benzoin. ana ʒvj. caryoph. ʒiij. flor. lavend. ʒij. aq. roſ. & naph. ana ℔jß. acet. roſac. ℥iv. Mſ. pro *vapore* excitando in paropſide. *Fumigatio.*

♃ Ladan. puriſſ. ℥j. ſtyrac. calam. benzoin. ʒvj. balſam. alb. ſicc. ʒx. lign. aloës ℥ß. lign. Rhod. ſantal. citrin. ana ʒij. cortic. citr. ʒiij. flor. lavend. ʒj. ambr. griſ. ʒjß. moſchi ℈j. carbonis ſalicis vel frangulæ ad pondus omnium; f. Pulvis ſubtiliſſimus, excipiendus mucagine gumm. tragac. extract. in aq. angel. vel naph. formen-

tur aviculæ cypriæ, incendendo in cubiculo, quoties vapor cerebrum percellit.

Eidem caſui inſerviunt paſtilli ex aqua angel. reſiduo, ſive ex magmate ejus aquæ.

Cucufa ☞ ♃ pulv. * Violac. duplicatâ iride ℔ß. rad. pœon. fol. ſicc. beton. ana ℥jß. cortic. citr. aurant. ana ℥ijß. ſuccin. ℥x. ſem. coriand. præparat. nigell. Roman. ana ℥j. ſtyrac. benzoin. maſtich. ſandarac. ana ʒvj. oſſ. cran. human. ad albed. calcinat. ℥iv. f. omnium Pulvis craſſiuſcul. excipiend. bombac. & ſyndon. coccin. pro *Cucufa* continuò geſtanda.

Emplaſtrum. *Emplaſtrum* pro ſuturis. ♃ maſſ. empl. de beton. magiſtral. ℥ij. contra rupturam ℥j. (aut *Cæſaris*) ladani puriſſ. ʒvj. maſtic. thur. ſandarac. benzoin. ana ʒij. gumm. tacamahac. ʒiij. ſuccin. ʒvj. caryophill. mac. ana ʒj. balſami Peruani q. ſ. ut f. *Emplaſtrum*, cujus portio extendatur in aluta ad formam literæ T. applic. ſuturis, raſo capillitio.

Ad nares. Quotieſcunque vapor putris *nares* feriet,

riet, ungantur earum partes interiores *Balſamo* ſequenti.

℞ medull. crur. vitul. aut pedum vervecin. liquatæ & ad albedinem lotæ atque agitatæ ℥ß. ol. ſuccin. quater à ſale & cineribus rectificat. & in aq. vitæ, vel cinam. macerati ʒij. ol. limpid. & flavi caryoph. angel. ana ℈j. balſam. Peruan. ʒjß. Mſ. pro *Balſamo*; cujus conſiſtentia, ſi opus ſit, ſpiſſior reddi poterit, addito ſebo cervino, aut medullâ crurum bovis. *Balſamum.*

Errhina blanda proderunt ex ſucco majoranæ, betæ, anagallid. rubr. cum vino albo & ſaccharo. Vel radix betæ infuſa in vino infuſionis majoranæ & Ireos Florent. naribus indatur. *Errhina.*

Pyrotica maximi ſunt momenti, inter primam enim & ſecundam vertebram poſteriori collo applicita, à cerebro potenter evacuant. Brachio alterutro inter bicipitem & deltoïdem humoris à capite fluentis & ejuſdem vacuationem complent. Interioribus tibiis à ſuprema arce κατ' ἴξιν revellunt. *Fontanella.*

Voſe-

Veſicatoria. *Veſicatoria* nonnunquam locis uſualibus applicita huic malo aliquid levaminis afferunt.

Verùm ut Magiſtratui leges tuliſſe non eſt ſatis, cum præceptorum anima ſit debita obſervatio; ita nec hæc ſcripſiſſe, ni adſit obſervatio, quæ longa in longo & chronico morbo requiritur. Æger ſi tutò curetur, ſufficit; citò & jucundè, in affectionibus inveteratis non licèt, *in quibus fere periculoſa eſſe nimium & feſtinatio, & voluptas ſolet.* Imperet ſecundùm rationem Medicus, obſequatur æger, & bonâ ſpe fretus id perſuaſum habeat, *ſæpe pertinaciâ juvantis malum corporis vinci, & feſtinationem in omni re gravi & ſeriâ perfectioni è diametro adverſari.*

CAPUT XIII.

De Scorbuto.

Indicationes. OBſtructiones viſcerum ſunt reſerandæ, ipſáque corroboranda; humores vitioſi expurgandi: eorúmque

rúmque mala diatheſis corrigenda, v. g. ſi acida ſit, ſalinis; ſi ſalina, acidis. Hiſce *intentionibus* ſatisfaciunt purgantia, alterantia, corroborantia.

Primò *purgetur* æger vel pil. maſtichin. Fernel. aut de hiera; aut *potione* ſequenti. *Purgatio.*

♃ infuſ. ℥vj. fol. ſen. mundat. & ʒjß. rhabarb. cum correctoriis reduct. ad parvam doſin, in qua diſſolve diaphœn. ʒij. ſyr.* noſtri cathol. ℥j. ſp. vitrioli gutt. iiij. Mſ. f. *Potio* exhibenda horis 3. ante juſculum cum debita cuſtodia. *Potio.*

Juſculum medicatum *alterans* hâc formâ optimè inſtitui poteſt, (præcipuè ſi ſcorbutus ad hydropem vergat ♃ rad. chin. ℥ß. rad. gram. fœnicul. aſparag. ana ʒvj. paſſul. Corinthiac. cappar. à ſale mundat. cicer. rubr. ana ʒv. ſem. cartham. pleni ℥jß. Includantur ventri pulli, qui conſutus elixetur cum fruſto carnis vitulinæ, addendo ſub finem coctionis fol. cochlear. & naſturt. aquat. ana m. j. fol. agrimon. pimpin. borag. bugloſſ. oxylap. ana p. ij. ſummit. chærephyl. & flor. calend. ana p. j. In colatura *Alterantia. Juſculum.*

ra

ra diſſolve crem. tart. chalybeat. ʒj. ʒjß. ʒij. M ſ. exhib. per octiduum, ſuperambulando, hor. 4. ante prandium.

Succi. *Succi* extrahantur ex cochlearia utraque Anglica ſcilicet & Batav. naſturtio & becabung. iique recentes & non depurati admiſceantur zytho & cerevifiæ quotieſcunque bibet; aut ſi depurati ſumantur, eorum admiſceatur quantitas major. Herbæ addantur juſculis, comedantur in acetariis.

♃ cochlear. noſtr. m. iiij. becabung. naſturt. aquat. ana m. ij. fol. endiv. hepat. ana m. j. Omnia viridia contundantur in mortar. marmor, & per prelum extrahatur *ſuccus* per reſidentiam depurandus, qui per filtrum actus dulcoretur tertiâ ſacchari parte. Hujus julepi antiſcorb. cochlearia ad minus duo permiſceantur hauſtui cereviſiæ tenuis rec. è doliolo extractæ. Utatur in paſtibus pro potu ordinario.

Cereviſia medicata. ♃ rad. chinæ ℔j. zarzæparill. ℥viij. lig. ſaſſafr. cum cort. ℥iij. raſur. C. C. rec. & ebor. ana ℥jß. nuc. moſch.

per

per fruſta ſect. numero iiij. v. aut vj. cereviſ. lupulat. fortior. gallon. vj. abſinth. vulg. & pont. ana m. j. ſantal. citr. ℥j. ſucc. cochlear. ℔iij. ſucc. naſturt. & becabung. ana ℔jß. f. ut a. e. De hac cereviſia capiat tres hauſtus magnos in die, ante prandium, ante cœnam, & in ingreſſu lecti: Vel

℞ zarzæpar. alb. & medulloſ. ℥viij. rad. filic. fœm. oxylap. ana ℔j. lign. ſaſſafr. ℥ij. raſ. C. C. & ebor. ana ℥iij. rad. raph. ruſt. ℥iiij. fol. cochlear. utriuſque, becabung. naſturt. aquat. berber. ana m. j. ſummit. abſinth. pont. m. ß. ſem. naſturt. hort. & cochlear. Batav. ʒv. nuc. moſch. ℥j. f. decoctio in gallon. viij. cereviſ. lupulat. rec. ad ij. conſumpt. adde ejuſdem *cereviſ.* gallon. iiij. ſinatur fieri infuſio per noctem vaſe probè clauſo, mane f. per ſetaceum colatura, quæ indatur doliolo juſtæ capacitatis, addendo ſucc. cochl. utriuſque, naſturt. & becabung. ana ℔j. ſucc. pomor. redol. ℔iij. ſinatur fieri fermentatio ad perfectam depurationem. Indantur au- *Cereviſia chalybeat.*

tem

item doliolo fruſta *chalybis* quæ ſimul ſint ponderis ℔ij. Poſt exactam fermentationem liquor limpidus includatur lagenis lapideis probè obturatis, quæ reſerventur loco ſubterraneo ad uſum pro potu ordinario, diluendo, ſi placeat, cerevisiâ tenui ſex ſolidorum.

Vin. chalyb. ℞ croci Martis aperient. opt. combuſt. non vomitorii ℥ij. raſur. C. C. ebor. dent. equi marin. ana ʒij, ſantal. citr. ſaſſafr. ana ℥ß. macis ʒj. vini alb. Rupellenſ. vel Andegavenſ. ℔iiij. Infund. per biduum ante potum.

℞ hujus vini ℥v. ſucc. antiſcorb. depurat. per reſident. ℥ij. Mſ. Capiat mane horâ ſeptimâ corpus exercendo.

Inter alterantia meritò recenſentur tartarum & ejus præparationes, *viz.* cremor. tartar. vitriolat. *&c.* ſal abſinth. geniſt. cochlear. pulveres item teſtacei, perl. corall. ocul. cancr. *&c.*

Corroborãtia Elect. chalybeat. ℞ conſ. rad. cichor. ℥ß. conſ. flor. calend. & veton. rubr. ana ʒiij. conſ. Alkermes ʒij. cort. citri cond. ſicc.

ſicc. ℥ijß. magiſt. perl. & corall. dulc. ocul. cancr. præp. ana ʒjß. pulv. cort. ſaſſafr. ℈iiij. Mſ. & cum ſyr. de pomis magiſtr. vel de cichor. ſimpl. f. *Elect.* inſtar opiatæ, de qua cap. ʒij. * troch. Martis aper. ʒß. Mſ. f. *Bolus* ſumend. mane, ſuperhauſto vini abſinth. momento cum exercitio. ☞

Iſta quantitas troch. Martis continuetur per octiduum, deinde dentur ℈ij. per dies totitem, mox ʒj. uſque ad diem trigeſ. vel quadrageſimum.

℞ pulv. elect. arom. roſat. ʒj. troch. de rhab. de abſinth. ana ʒjß. cort. ſaſſafr. citri & aurant. ana ʒj. ſal. perl. & corall. ana ℈iiij. Mſ. & cum ſyr. de abſinth. f. maſſa *Pilul.* de qua & * troch. aperient. cap. ana ʒß. Mſ. cum ſyr. dicto pro una doſi ſumend. ſuperhauſto vini abſinth. momento vel cereviſ. antiſcorb. ſubſequente exercitio. Augeatur quantitas troch. Mart. ut antea dictum eſt. Ad condimentum add. gutt. iij. vel ij. ol. ex ligno ſaſſafr. *Pilulæ.* ☞

Maſſa etiam pilular. poterit formari cum extr. ſaſſafr. parato cum opti-

mo vino Malvat. Malag. vel Canarino.

Tertio quoque die horâ dimidiâ ante levem cœnam capiat ℈ß. vel ℈ij. pil. ſtomach. cum gum. præſertim ſi in chalibeatorum uſu alvus adſtrictione laboret.

CAPUT XIV.

De Abſceſſu Meſenterii.

Diagnoſis. S*Igna* ſint ſi tumor cum inflammatione præceſſerit, doloris in præſens mitigatio, materiæ purulentæ excretio, & febris hectica.

Indicationes. *Indicationes* ſunt ulceris deterſio, & conſolidatio, doloris mitigatio, & febris hecticæ extinctio.

Clyſter. Conveniunt hîc *Clyſteres* lenientes & detergentes, *viz.* ♃ tapſ. barbat. plantag. totius ana m. j. ſcabioſ. veronic. mar. ana m. jß. hord. integr. furfur. macr. roſ. rubr. flor. hyperic. trifol. odorat. ana p. jß. Coq. in aq. font. q. ſ. Colaturæ ℔j. adde ſyr. roſ. ſicc. ℥jß. mel. caprifol. ℥ß. terebinth.

Venet.

Venet. ovi vitello ſolut. ʒij. vin. Canarin. aut de Malaga ℥iij. M ſ. f. *Clyſter* : & repetatur quoties opus fuerit.

Huic addi poſſunt rad. ariſtoloch. caryophyllatæ, bacc. junip. *&c. N. B.* Clyſteres primò debent eſſe detergentes, poſtea conſolidantes & aſtringentes.

℞ aq. decoctionis pomorum (*Reginæ* dictorum) & hord. (addit. ſantal. alb. & rub. ana ʒjß.) ℔jß. ſyr. rub. Idæi ℥iij. corall, ℥j. ſp. vitrioli q. ſ. ad gratam aciditatem. Mſ. f. *Iulapium* pro iiij. doſ. bis in die ſumendis longè à paſtibus. *Iulap.*

℞ diacod. ʒiij. ſyr. rub. Idæi corall. ana ʒjß. Ml. & ſumatur hor. ſomni in hauſtu aliæ inaciatæ. *Hauſtus Hypnoticus.*

℞ terebinth. Venet. aq. pariet. lot. ʒj. ocul. cancr. præp. ℈j. pulv. virg. aureæ gr. x. rhei gr. v. gumm. Arab. gr. vj. Mſ & cum pulv. glycyrrhiz. gr. iiij. f. *Bolus* mane ſumendus ſuperbibendo hauſtum *juſculi* calentis ſeq. *Bolus ſpecificus.*

℞ rad. alth. ʒiij. petroſelin. fœnic. cichor. taraxac. ana ℥ß. raſur. corn. *Iuſculum.*

cerv. ebor. dentis equi marin. ana ℥iјß. cappar. à ſale mundat. uvar. Corinth. ana cochl. j. jujubar. paſſul. exacinat. ana ℥ij. includantur ventre junioris galli, qui conſutus elixetur cum fruſto carnis vitulin. addendo ſub finem decoctionis fol. endiv. hepatic. agrimon. borag. adianth. polytric. ling. cervin. ana m. ß. flor. calend. p. ij. F. colatura ad ℥xxx. pro tribus juſculis mane ſumendis cum *Pulvere* ſequenti.

Pulvis pro juſculo.

℞ crem. tart. ℈ij. lap. prunel. ℈j. cryſtal. ſyderei gr. iiij. ſacch. cryſtall. ad pondus omnium. M ſ. pro una doſi in ſingulis juſdulis diſſolvenda.

Potus diateticus.

℞ Raſur. lign. ſanct. inter. nigerr. ℥j. abiet. rec. reſinoſ. ℥ij. raſur. lign. junip. ℨx. ſantal. citrin. ℨiij. rad. filic. fœmin. caryophyllat. rub. tinctor. ana ℥jß. fol. ſcabioſ. agrimon. hyperic. totius, virg. aur. ſicc. ana ℨvj. flor. ſambuc. betonic. ana p. ij. ſem. alkekeng. mil. ſol. ana ℥ß. nuc. mſchat. ℨij. Incidantur minutim, & divid. in plures partes ponderis ℥ij. f. totidem ſacculi ex linteo raro oblongi,

longi, qui indantur ſingulis lagenis lapideis duarum quartarum capacibus, cereviſiâ ſemilupulatâ repletis: obturentur optimè, & reponantur in cella pro *potu ordinario*, cum quo incipiat poſt duos dies.

Ingredientia poſſunt coqui in cereviſiæ ſemilupulatæ gallon. vj. ad duorum conſumptionem; poſtea addendo gallon. iiij. ejuſdem cereviſ. infunde per noctem, mane cola per ſetaceum & doliolo inde, addendo fermenti alæ rec. ℔j. & ſinatur fermentari antequam lagenis indatur. Singulis lagenis addi poſſunt ℥ij. mellis ſequentis. ℞ plantag. totius m. ij. bugul. bellid. ſcabioſ. agrimon. ana m. j. ſummit. caprifol. m. ß. Coq. in aq. hord. q. ſ. coloratæ clarificat. adde mell. opt. ℔iij. coq. & deſpuma clarificando donec iterum ad mellis conſiſtentiam reducatur.

Horâ ſomni *Bolus* ſequens exhiberi poteſt. ℞ conſ. roſ. rub. cum ſp. vitrioli acidulat. ʒß. confect. Alkerm. ℈ß. magiſt. perlar. lap. bezoar. orient. ana gr. vj. Mſ. f. *Bolus*. Si dolores urgeant, addatur aliquid laudani.

Bolus diaphoreticus.

Purge-

Potio purgãs. Purgetur aliquoties *Potione* ſequenti. ♃ raſur. lign. ſanct. nig. ʒj. veronic. mar. ſcabioſ. ana p. j. flor. cord. p. ij. trag. commun. ℈iiij. crem. tart. ʒj. fol. ſen. mund. vin. alb. irrorat. ʒiij. Coq. & ſeorſim infund. rhabarb. ʒjß. in aq. card. bened. ſucc. limon. acidulat. addit. ſantal. citrin. ʒß. reducantur ad doſin debitam, addendo ſyr.* noſtr. cathol. ℥j. Mſ. f. *Potio* mane ſumenda.

Maſſa pilularis. ♃ tereb. Cypr. & Venet. vin. alb. coctura indurat. ana ℥j. ocul. cancr. præp. ℥ß. gumm. guaiac. junip. ana ʒiij. oliban. myrrh. maſtich. ana ℥ß. croc. ʒj. camph. gr. xxx. pulv. glycyrrhiz. ʒij. balſam. Peruv. nig. q. ſ. f. *Maſſa pilularis*, & ex ʒj. pil. vj. Sumat. iiij. mane & veſperi ſuperbibendo ℥iiij. *Apozematis* ſequentis.

Apozema. ♃ Raſur. lign. ſanct. nig. ℥ij. cancror. fluviat. clibano exſiccat. & pulv. ℥iij. fol. ſcabioſ. m. j. agrimon. beton. veron. utriuſque, virg. aur. pyrol. bet. rub. perſicar. maculat. caprifol. ana m. ß. roſ. rub. p. jß. flor. ſambuc. p. iij. paſſul. integr. ℥iij. Coq. in aq. font. q. ſ. depurando donec liquoris limpidi

reſtant

reſtant ℥xlij. inter depurandum addendo mell. alb. deſpumat. ℥iij. Mſ. f. *Apozema* pro vj. doſ. bis in die ſumendis.

Si dolores ventris urgeant, f. *Fotus* ſequens. ℞ rad. alth. cort. med. fraxin. ulm. ana ℥iiij. rad. ariſtol. utriuſque bryon. irid. noſtrat. ana ℥ij. polypod. ℥iij. lign. Rhod. ℥ijß. fol. chamæd. chamæm. totius, ſcabioſ. totius, ſambuc. hyperic. centaur. min. eupator. Meſ. & Avicen. ana m. ij. flor. ſambuc. keyr. melilot. ana p. iiij. ſem. aniſ. fœnic. ana ℥j. lin. fœnugræc. ana ℥jß. Coq. in aq. font. partibus tribus & unâ vin. alb. generoſ. ſub finem addendo acet. ſcillit. ℔ß. f. *Fotus* ventris regioni adhibendus cum ſpongiis eodem intinctis. *Fotus.*

Poſt Fotum uſurpetur *Linimentum* ſequens. ℞ rad. bryon. utriuſque, alth. ana ℥vj. fol. ſambuc. chamæm. agerat. eupator. Avicen. chamæd. hyperic. abſinth. rut. ana m. j. ſcabioſ. tot. m. iiij. flor. geniſt. centaur. min. ana p. iiij. ſem. lin. ℥j. viticis, ling. avis ana ℥ß. axung. ſuill. rec. ℔ij. vin. alb. generoſ. ℔ij. acet. vin. alb. *Linimentũ.*

alb. ℔ß. bulliant ad liquorum conſumptionem & herbarum putrilaginem. Exprime & ex *parte* puriore f. *Linimentum*.

Statim poſt fotum detur juſculum ſuprà deſcriptum dilato ad tres horas prandio.

Parti dolenti applicari item poteſt *Emplaſtrum* de Cicuta cum Ammoniaco.

CAPUT XV.

De Nephritide.

Diagn. S*Igna* ſunt nauſea, vomitus, lumborum dolor fixus, ſtupor cruris lateris affecti.

Indic. *Intentiones* ſunt ut viæ urinariæ lubricæ reddantur, calculi expellantur & dolor ſedetur.

Clyſter. Primò injiciatur *Clyſter* ſeq. ℞ herb. chamæmel. parietar. melilot. ſanic. ana m.j. flor. ſambuc. hyperic. ana p. iij. ſem. malv. ʒiij. fœnugr. ℥ß. ſem. alkekeng. & mil. ſol. ana ʒijß. f. omnium decoctio & colat. ad ℔j. in qua

qua diſſolv. Elect. lenitiv. ℥j. bened. laxat. ℥ß. ol. viol. ſcorpion. ana ℥j. tereb. Venet. in ov. vitel. ſolut. ℥ß. mſ. f. *Clyſter.*

Si dolor non ceſſet, repeti poteſt Clyſter cum additione aliquot gr. Laudan. ſi dolor urgeat; vel præparari poteſt *ſemicupium* cum malv. viol. parietar. hyperic. chamæmel. & plurimis rapis conciſis, quo utatur iteratò pro ratione doloris, atque in eo moretur ad horam unam ad minus quâvis vice; quò diutiùs, eò meliùs. *Semicupium*

Si perſeveret dolor, & adſit plethora vel inflammatio, *mittatur ſang.* è brachio. *Venæſectio.*

Pro *potu ordinar.* bibat. liquor. ſeq. ♃ rad. alth. ℥iiij. rad. glycyrrhiz. Hiſp. ℥ij. rad. ſymphyt. maj. ſiccat. calicul. nenuphar. ſemin. ſemin. plen. ana ℥j. lign. abiet. reſinoſ. rec. ℥ijß. gumm. Arab. ʒx. gumm. prun. & ceraſor. ana ʒv. ſacchar. albiſſ. duplex pondus omnium; ſem. coriand. ʒxij. f. omnium pulv. ſubtil. ſervand. in pyxid. ad uſum. ♃ hujus pulv. ℥ij. cereviſ. non lupulat. calefact. quart. duas, trajic. ſæpiùs per manicam ſuper *Potus ordin.*

pulv. horâ unâ ante paſtum. Citra calefactionem cereviſiæ poterit pulvis indi lagen. lapid. probè obturat. repon. loco ſubterran. unde deprom. pro *potu ordinar.*

Victus, &c. Quod ad *victum* pertinet, cibi ſint euchymi; ſalſa, piperata. acria, vaporoſa, vina generoſa vitentur. Motus ſit moderatus. Veneri parcè litandum. Vitentur animi pathemata violentiora.

Pulvis vel Elect. ſpecific. ℞ pulv. glycyrrhiz. rad. alth. ſymph. maj. ana ℥ß. rad. petroſelin. ſaxifrag. bulboſ. oſſ. meſpil. ocul. cancr. præp. mandib. lucii, virg. aur. lap. Tiburon. ana ʒiij. ſem. alkekeng. mil. ſol. bardan. ana ʒijß. gumm. Arab. prunor. ceraſor. tragacanth. ana ʒij. lap. prunel. ʒvj. Mſ. f. *Pulv.* aut cum conſerv. flor. malv. vulg. & roſeæ ana ℥ij. medull. ſem. melon. rec. ℥j. & ſyryp. de alth. q. ſ. f. *Electuarium.* Doſ. *pulveris* à ʒj. ad ʒij. ex vino albo mane hor. 4. ante prandium. Doſis *electuarii* quantit. jugland. mane per menſem integrum, ſuperbibendo hauſtum vin. alb. aut aquæ parietat.

℞

℞ axung. cuniculi circa renes collect. levi calore liquat. in aq. parietar. ad albed. lot. & cum pulv. glycyrrhiz. & ſacch. cryſtal. ana ʒß. ſubactæ in formam *Boli*, & ſuperbibatur hauſtus vin. Rhenan. ſaccharat. vel medicati additione ℥j. ſyrup. de alth. Sæpiùs cum felici ſucceſſu exhibui.

N.B. Hoc remedium ex tempore præparandum, ideo axungia hyeme collecta ſervetur ſeorſim ſub aqua parietariæ. Efficacius autem erit remedium hâc formâ. ℞ axung. dict. ℥iij. ol. amygd. dulc. rec. vel butyr. recent. inſulſ. pulv. rad. alth. condit. ſacch. cand. ana ℥j. ſucc. glycyrrhiz. Hiſp. non. combuſt. gumm. Arab. ana ℥ß. mſ. Doſis ʒij. vel ʒiij. Vel ℞ hujus balſ. ʒij. lap. ſprunel. ℈j. ʒß. ℈ij. mſ. f. *Bolus*. *Bolus ſpecificus.*

Multum proderit *Vinum diureticum* ſequens. ℞ lign. nephrit. ℥ß. rad. eryng. gramin. petroſel. fœnic. rub. tinct. ana ℥j. fol. virg. aur. beton. ſaxifrag. utriuſque rut. murar. ſicc. ana ʒvj. flor. viol. malv. ana p. ij. ſem. paliur. ſpatul. fœtid. ana ʒiij. alke- *Vinum diureticum.*

 keng.

keng. mil. ſol. nucleor. meſpil. contuſ. ana ℥iij. ciner. albiſſ. junip. totius ℥ß. Inciſ. & contuſ. includantur ſacculo lineo qui imbibatur q. ſ. vin. Rhenan. dein affunde ejuſdem vini ℔ij. infund. per hor. 24. Coletur ſuper cinamom. inter. ℥ß. ſacch. cand. aut violac. ℥ij. pro iiij. doſ. matutinis, ſuperambulando, longè à paſtu.

Foveatur latus dolens emollientibus lact. & aq. ana part. æq. incoctis, & mox liniatur ol. ſcorpion. & axungiâ cuniculi.

Pro diuretico fortiori præſcribatur medicamentum ſequens.

Aqua diuretica. ℞ ſucc. raphan. cum ſacch. cand. ſtratificat. per reſolutionem extract. aq. diuret. ſequent. ana ℥ij. ſyr. nephrocathartic. ſequentis ℥j. Mſ. f. potio in ſemicupio ſumenda.

Aqua diuretica talis eſt. ℞ rad. bardan. ſcolym. eryng. petroſelin. ana ℥iiij. fol. argentin. beton. virg. aur. auricul. lepor. ſaxifrag. ana m. jß. flor. geniſt. utriuſque ana p. iiij. ſem. ſpatul. fœtid. mil. ſol. ana ℥ij. nucl. meſpil. ℥iij. bacc. junip. ℥ijß. ſuccor. parietar. raphan. limon. bacc. alkekeng.

κeng. ana ℔ij. vin. Rhenan. ℔xij. Macerentur per quatriduum, dein diſtil. in M.B. primò, dein in cineribus citra empyreuma ad ſiccitatem. Magma calcinetur ad albedinem, atque ſuper cineribus in manica trajiciatur quinquies aut ſexies liquor ſtillatitius, & recondatur ad uſum.

Syrupus noſter *nephro-catharticus* talis eſt. ℞ ſucc. depurat. bacc. alkeκeng. & limon. ana ℔j. liquor. è raphan. ſucc. parietar. ana ℔ß. ſacch. albiſſ. ℔jß. trochiſcor. de nitr. (quem lapidem prunellæ appellant) ℥iij. Mſ. & exactè in vaſe argenteo f. ſyrupus, qui reddi poterit acidulus uſûs tempore ad gratiam cum ſp. vitrioli aut ſulphuris. *Syrupus nephro-catharticus.*

Nota, Quæ poſtea præſcribuntur ad *calculum veſicæ*, hîc etiam locum habent; quare caput illud conſulatur.

CAPUT XVI.

De Inflammatione & Vlcere Renum.

In inflãmatione. Venaſectio. In ulcere.

IN *Renum inflammatione* largâ manu mittendus ſanguis, nè phlegmon inde naſcatur; & demum ulcus ſuperveniat.

Quodſi vel hinc, vel à calculo, vel ab alia cauſa, *ulcus* in renibus fiat, ſequenti modo eidem occurrendum.

Intentiones curativ.

Ulcus detergendum, carne opplendum & ad cicatricem perducendum. Ut hæc fiant, ſuperflua quævis arte per idoneos ductus ſunt evacuanda, & cauſæ morbificæ à partibus nobilioribus ad ignobiliores deducendæ. Vires item ſunt reficiendæ. Renes autem adulari debent, & blandè lenientibus tractari.

Victus.

Victus ſit refrigerans & humectans, abſtineat à ſalſis, piperatis, acribus, aromaticis, acidis, vaporoſis, lacticiniis, piſcibus, craſſis eduliis, lapidoſis

doſis fructibus, aliiſque quæ vel humores inflammabiles reddant, vel concretionum occaſiones ſubminiſtrent vel foveant. Veſcatur cibis euchymis, carnibus junioribus, elixis potiùs quàm aſſis, juſculis alteratis boragine, bugloſſo, endiviâ, lactucâ, chærefol. capparibus; ovis ſorbilibus, pomis coctis, prunis, amygdalis. Panis ſit albus bene fermentatus, vinum oligophorum dilutum. Vitentur Aëris inclementia, & negotia ſeria. Exercitium moderatum ſit non violentum, ne fiat inflammatio. Abſtineat à Venere. Somnus & vigiliæ ſint moderati. Ab animi pathematibus violentioribus cavendum. Alvus teneatur leniter ſoluta.

Frequenter injiciatur *Clyſter* hujuſmodi. ♃ fol. malv. alth. viol. parietar. atripl. ſenecion. ana m. j. agrimon. m. jß. flor. chamæm. melilot. ana p. j. flor. nenuph. p. ij. ſem. melon. alkekeng. ana ℨß. Coq. in aq. font. q. ſ. Colaturæ ℔j. adde elect. lenitiv. ℥jß. mel. violac. ſacch. alb. ana ℥ij. butyr. rec. ℥iij. Mſ. f. *Clyſter.* *Clyſter.*

Addi poſſunt rap. domeſtic. numero 1. bulb. lil. alb. m. j. præcipuè ſi ſit ſuſcipio calculi.

purgatio. Mane ſequenti *purgetur* potione ex fol. ſen. crem. tart. *&c.* in aq. hord. factâ, addendo ſyrup. aliquem magiſtralem purgantem. Repetatur purgatio ſemel intra octiduum.

Bolus purg. Purgatio fieri poteſt tali *bolo*. ℞ caſſ. fiſtul. rec. ℥vj. diaphœn. ʒjß. tereb. Venet. aq. parietar. lot. j. gumm. ceraſ. glycyrrhiz. pulv. ana ʒß. Mſ. f. *Bolus* ſemel in ſeptimana ſumendus è cochl. j. ſyrup. de alth. Aut quoque cum diaprun. ſimplicis ʒiij. & mercurii dulc. ℈ß.

Vel ℞ caſſ. fiſtul. rec. ℥vij. rhabarb. ſubtiliſſ. pulv. ʒj. terebinth. Venet. aq. parietar. & melilot. ad albed. lot. ℈iiij. gum. Arab. ℈j. Mſ. f. *Bolus*.

Juſculum. *Juſculum* fiat ex pullo gallinaceo exenterato & farcto rad. gramin. petroſelin. ſummitat. aſparag. cicer. rub. cappar. ſem. melon. contuſ. & elixetur cum fruſto carnis vitulin. addendo circa finem borag. bugloſſ. oxylap. portulac. *&c.* In quaque do-

ſi diſſolve crem. tart. ʒj. Sumatur mane per 4. dies.

Diagridiata mihi ſunt ſuſpecta, quia nimis violenta.

Ad ulcus renum detergendum & arenulas (ſi adſint) educendas paretur *decoctum* ſequens per xij. aut xvj. dies uſurpandum.

℞ Rad. chin. ℥jß. raſur. lign. junip. ſantal. citrin. ana ℥ß. rad. tuſſilag. glycyrrhiz. ana ℥j. lign. nephrit. ʒiij. fol. ſicc. agrimon. veronic. utriuſque, prunell. betonic. piloſell. ana ʒiijß. roſ. rub. p. ij. Omnia conciſa digere per hor. 24. in balneo vaporis in ea quantitate aquæ inſtaurantis ſequentis, quæ ſupernatet 6. digit. vaſe vitreo probe clauſo; mox citra ebullitionem filtretur per chartam. Sume ℥v. mane, expectando non promovendo ſudores in lecto. *Decoctū ſpecificū & vulnerariū.*

Huic addo ſæpiùs rad. ſarſæparil. alth. ſymph. lign. ſaſſaf. fol. equiſet. virg. aur. herniar. ſcabioſ. flor. archang. alb. primul. ver. betonic. ſem. alkekeng. lign. lentiſcen. raſur. corn. cerv. ocul. cancr. & infundo ſæpiùs in cereviſ. lupulat. gallon. vj. ad duo-

rum conſumpt. fermento per noctem, colo, & addo ejuſdem cereviſ. lupulat. gallon. iv. & in vaſe idoneo includo, in quo pendeant in ſacculo nuces moſchat. ad ℥jß. & ocul. cancr. ad ℥ijß nitri puriſſ. ℥viij. ſumatur pro potu ordinario.

Aqua inſtaurans. *Aqua inſtaurans* eſt talis. ℞ corn. cerv. tenell. ℔iij. (aut, ſi deſit, gelatin. ejuſdem) ſucci carnis vitulin. vervecin. & capi in vaſe duplici extracti ℔iiij. ſuccor. depurat. pomor. redolent. ℔ij. bugloſſ. oxalid. rotund. trifol. acetoſ. card. bened. ulmar. ana ℔j. vin. alb. generoſ. ℔iij. ſantal. citrin. lign. Rhod. ana ℥jß. cinamom. inter. ℥ij. bacc. junip. recent. ℥ß. raſur. lign. junip. ℥j. pulv. elect. triaſantal. diamargarit. frig. ana ʒiij. digere per biduum, dein diſtilla in balneo vaporoſo, & liquor diſtillatus ſervetur pro decocto ſupradicto.

Lac aſininum. &c. His peractis, habitâ neceſſitatis æque ac tempeſtatis ratione, *Lac aſininum*, vel caprillum, ſerum lactis clarificatum, aut aquæ Spadenſes exhiberi poſſunt. Lacti utiliter admiſceatur

tur manus Chriſti perlata & coralla-ta, coacta cum gummi Arabico in aq. roſ. ſolut. *viz.* ℞ ſacch. cand. & Madarenſis ſubtiliſſ. trit. ana ℥vj. perlar. & corall. præparat. ana ʒij. M. & cum gumm. dicto vel mucagine gum. tragacanth. aq. plantag. & roſ. ſolut. q. ſ. f. *Tabella* ponderis ℥ß. quarum una pulverizata diſſolvatur in dimidio lactis ſextario. *Tabella.*

Præter hæc conveniunt hordeata, amygdalata, & emulſiones ad acrimoniam temperandam.

Emulſio ſit hujuſmodi. ℞ rad. alth. ſymph. maj. ana ℥j. glycyrrhiz. rec. ℥jß. rad. ononyd, ſaxifrag. utriuſque, petroſel. gramin. fœnic. ana ℥ß. ſem. alkekeng. cum baccis, mil. ſol. ana ʒiij. hord. integ. p. ij. f. decoctio & colatura. ℞ amygd. dulc. excort. ʒvj. ſem. 4. frig. maj. ʒj. lactuc. papav. alb. ana ℥ß. alkekeng. ʒiij. cum decocti ſuprapræſcripti ſ. q. f. *Emulſio*, addendo ſyr. de alt. ℥ij. gum. prun. ceraſ. aq. parietar. ſolut. ana ʒj. Mſ. pro duabus doſibus, m. & v. ſumend. per quatriduum. *Emulſio.*

Quoad

Ordo argendorum. Quoad *ordinem*, primò injiciatur Clyſter, die ſequenti inſtituatur Purgatio, dein per dies 4. ſumatur Juſculum; tandem reiterato clyſtere, deveniat ad uſum lactis aut ſeri lactis, *&c.*

N. B. Loco juſculi ſuprà præſcripti ſubſtitui poteſt vinum è fructu fragariæ, ceraſis acidis, nig. & baccis halicacabi ſuo tempore paratum, aut cereviſia ex iiſdem parata; aut *Hydromel* ſequens, quod pluribus intentionibus inſervit.

Hydromel. ℞. Rad. alt. ℥iij. glycyrrhiz. raſ. ʒij. cichor. taraxac. filic. fœm. ana ℥j. lign. nephrit. junip. ana ℥ij. fol. agrimon. pimpinel. ſaxif ag. veron. fœm. prunell. ſicc. ana ʒx. flor. beton. malv. ana p. iij. fragor. ℔iiij. bacc. alkekeng. ℔ij. *Hydromel.* ex parte una mellis & octo aquæ præparat. ℔xxx. affunde prædictis in doliolo, & fermentetur, dein transſvaſetur liquor, & ſervetur in dolio optimè clauſo. Doſ. ℥iv. manè.

Huic quoque ſæpiùs addo ingredientia decocti vulnerarii ſuprà deſcripti.

Si adſit ardor Urinæ, addantur ſem. 4. frig. maj. papav. alb. flor. papav. errat. ſem. cydon. lactuc. portulac. paſſul. uvar. Corinth. jujub. gumm. Arab. tragacanth. *&c.*

De *Pilulis balſamicis* lenientibus, vid. Cap. de *Calculo* & *Vlcere veſica.*

Si hæc non juvent, adeat æger *aquas minerales* ſulphureas. *Aquæ minerales.*

N. B. Aquæ minerales non ſunt uſurpandæ donec ulcus ſit deterſum, & corpus bene expurgatum.

Vel fiant *artificiales* hoc modo. *Artificiales.*
℞ aq. pluvial. ℔xvj. redd. acidul. ad ſaporis gratiam cum q. ſ. ſp. vitriol. Martis, adde glycyrrhiz. Hiſpan. raſ. ℥j. raſur. abiet. ℥iiij. lign. ſaſſaf. ʒv. rad. alth. ſicc. ℥jß. infunde per triduum loco tepido: cola per chartam emporetic. adde quartam partem vin. Rhenan. optimi, & pro ſingulis pintis liquoris adde * Animæ hepat. gr. xxiv. Lagenis bene obturatis cum cera indatur. Cum ſacchar. edulcoretur tempore usûs. ☞

CAPUT

CAPUT XVII.

De Mictu cruento.

Intent. I*Ntentiones* ſunt ut humorum acrimonia, ſi adſit, obtundatur, aut impetus minuatur; inflammatio, ſi adſit, tollatur, & vaſa conſolidentur, & conſtringantur.

Venaſectio. *Venaſectio* utplurimùm convenit, partim revulſionis gratiâ; partim ad plethoram minuendam.

Purgat. Si *purgatio* neceſſaria videbitur, commodiſſimè præſtatur bolo ſequenti. ♃ caſſ. recent. ʒvj. pulv. ſubtil. rhabarb. ʒj. terebinth. Cypr. ℈iv. pulv. glycyrrhiz. gumm. Arab. ana ℈j. Mſ. f. *Bolus* mane ſumendus, & pro re nata intra triduum vel quatriduum repetendus.

Potus Diatiticus. ♃ Rad. tuſſilag. ſcabioſ. ana ℥vj. raſur. lign. ſanct. inter. nigerr. ℥iv. rad. enul. ℥iij. glycyrrhiz. Hiſpan. ℥ij. polypod. rec. ℥v. fol. veron. mar. ſanicul. bugul. hyperic. totius ana m. ij. heder. terreſt. m. iij. flor. paralyſ. ſambuc. ana

p. vj.

p. vj. ſem. malv. bombac. ana ℥j. coriand. præparat. ℥jß. nuc. moſc. ʒvj. bulliant in gallon. iiij. alæ & tribus cereviſ. lupulat. ad duorum conſumpt. adde eorundem liquorum ana gallon. iij. Infunde per noctem vaſe bene ſtragulis tecto. Coletur & doliolo indatur, addendo mell. puriſſ. ℔iiij. fermenti alæ rec. ℔ij. fermentetur ad perfectam depurationem, pro *potu ordinario*. Doliolo indatur ſacculus continens ℥xvj. ramentor. Jovis puriſſ.

℞ conſerv. roſ. rub. ℥iiij. conſerv. rad. ſymph. maj. flor. archangel. alb. ana ℥j. conſer. flor. malv. utriuſque, pulp. rad. alth. cum ſacch. coct. ana ℥jß. pulv. ſubtil. glycyrrhiz. ℥ß. pineol. mundat. ſem. citrull. melon. amygd. dulc. mundat. aq. roſ. infuſ. ana ʒiij. gum. Arab. ʒijß. gum prun. ceraſ. ana ʒjß. tragacanth. ʒj. M. ſ. f. *Electuarium*. Doſ. quantit. jugland. quotidie in ingreſſu lecti horis tribus à cœna levi. *Electuariũ.*

Addi poſſunt pulv. rad. ſymph. ocul. cancr. cryſtall. rupis in aq. urtic. & vin. Rhenan.

Rhenan. ſæpiùs extinct. & in porphyrite redact. in alcohol

Trochiſci. ℞ *Trochiſc. nephrit.* ʒj. conſerv. roſ. rub. ʒjß. Mſ. deglutiat mane immediatè ante hauſtum lactis aſinini ſacch. roſ. edulcorat.

Trochiſci nephritici ſunt tales. ℞ glycyrrhiz. Hiſpan. mund. ℥ij. ſem. rec. mund. melon. cucurbit. citrull. ana ℥ß. ſem. papav. alb. portulac. oxalid. lactuc. plantag. ſophiæ chirurg. ana ʒiijß. ſem. malv. cydon. ana ʒiij. roſ. rub. anther. roſ. cupul. gland. ſumach. bacc. myrt. coriand. præparat. acac. hypocyſt. ana ʒijß. ſantal. omnium ana ʒj. maſtich. thur. ſeu oliban. ſandarach. ſuccin. præparat. ana ℈v. ſpod. corn. cerv. ad albed. calcinat. cran. human. uſt. ana ℈iiij. ſang. dracon. magmat. rhabarb. ab expreſſione reſidui ana ℥ß. carnis & oſſium meſpilor. herniar. equiſet. gland. ana ʒij. gumm. Arab. prun. ceraſ. tragacanth. ana ʒjß. amyl. tritic. ℥j. f. Pulvis & trajiciatur per ſetaceum, & cum aq. ſperm. ranar. plantag. & roſ. f. Paſta ex qua formentur *Trochiſci* ad uſum.

Iulapium exhibeatur ex aq. ſtillat. ſperm. ranar. & ſyrupo è ſucco plantag. corallor. *&c.* *Iulap.*

Crocus Martis corallinus detur inſtar *Lohoch* cum gumm. Arab. & tragacanth. addit. ſacchar. Gumm. autem diſſolvantur in aq. plantag. & ſperm. ranar. *Lohoch.*

♃ unguent. nutrit. magiſtral. rec. ℥iiij. camph. ol. nenupharin. ſolut. ℈j. Mſ. pro litu pro regione lumbari quotidie in ingreſſu lecti uſurpando, ſuperpoſito linteo non admodum calente. *Vnguentum.*

Bufo terreſtris ſiccatus ſyndone involutus ſuſpendatur ex collo retrorſum, ita ut tangat regionem renum & continuò geſtetur. *Bufo appenſ.*

Multum valet *ſuccus urticæ* depurat. cum ſyrupo ſequenti exhibitus, ſucci *viz.* ℥iiij. ad ʒj. ſyrupi. *Specificum.*

♃ ſyr. de ſucco plantag. moror. rub. Idæi ana ℥iiij. ſyr. corall. ℥v. ſyr. cydon. rob de ribes ana ℥vj. Mſ. ad uſum.

♃ urtic. rub. urent. virid. m. vj. ſcabioſ. rec. m. ij. heder. terreſt. m. j. Contund. & extrahatur ſuccus, & edulco- *Aliud.*

retur

retur ſacch. roſ. Doſ. ℥iiij. mane & veſperi.

Tabella ℞ pulp. rad. alth. ℥ß. pulv. ſubtil. rad. ſymph. maj. & glycyrrhiz. Hiſpan. ocul. cancr. præparat. ana ʒij. lap. hæmatit. præparat. ʒiij. ſacch. roſ. ℥iv. Mſ. f. pulv. & cum q. ſ. dum. tragac. aq. ſcabioſ. extract. f. *Tabellæ*, ſempérque unam in ore teneat.

Bolus. ℞ flor. ſulphuris, lapid. hæmatit. præparat. part. alb. benzoin. ana ℈j. Excipiantur omnia ſyrup. de hedera terreſt. ſ. q. f. *Bolus* dandus pluribus matutinis conſequentibus, ſuperhauſto poſſeti ex ſcabioſ. & veronic. præparati hauſtulo, dilato ad minus ad 3. hor. cibo.

Pilulæ balſamicæ. ℞ balſam. ſulph. terebinthin. inſpiſſat. ℥ß. rad. enul. ſicc. gumm. guajac. ana ʒij. ceruſſ. antimon. Jovis. in alcohol redact. cum ſacch. cand. ana ʒiij cum q. ſ. balſam. Peruvian. f. *Maſſa pilularis.* Doſ. ʒj. mane quotidie ſuperbibendo hauſtum cereviſiæ mellitæ.

Hiſtoria mictûs. Vidi quendam, annorum circeitr 40. qui à retentricis renum imbecillitate, & tum vaſorum tum parenchymatis

chymatis laxitate tantum cruoris fundebat cum urina, ut corpus macilentum, exangue & pene tabidum ægerrimè traheret, pulſum habens velocem, languidum & febrilem. Eò uſque res devenerat ut refrigeratâ urinâ, incoctus ſanguis in ea concreſceret albicans, & gelatinæ potius quàm ſanguini affinis. Vano labore aſſumptis & adhibitis omnibus remediis, tandem intra tres quatuôrve dies convaluit, hauſto quotidie mane lacte vaccin rec. mulcto ſuprà ramum menthæ rubræ, eóque calente ex animali dulcorato ſatis bonâ quantitate ſyrup. (gelatinæ, ſapæ) cydonior. & ſyrup. cinamom. Vivit adhuc (1644.) nomine *Chambers*, & ab annis 12. perfecta fuit iſta curatio.

ſang. à renum imbecillitate &c.

Quidam, qui adhuc eſt in vivis, in paroxyſmis nephriticis à calculo, & etiam extra paroxyſmos ſæpiùs ſolitus fundere urinas ſanguinolentas, conſuluit plures Medicos doctos & melioris notæ, qui diu præſcripſerunt quæcunque ſunt artis, & irrito labore adminiſtrârunt idonea remedia,

Alter mictûs ſang. à calculo.

dia, propinato ſæpiùs ſucco plantaginis, datis quæcunque ex ſymphyto, *&c.* præter iteratam phlebotomiam & alia innumera. Tandem acceſſit mulier quæ ſequenti remedio intra decem dies perfecit negotium, planè ſedato per plures menſes ſanguinis fluxu, qui quoties recurrit eodem ſiſtitur modo.

℞ bonam quantitatem herbar. viridium plantag. centinod. burſæ paſtor. hyperici; conciſis affundatur in veſica vel cupr. vel potiùs ſtanneâ magna quantitas lactis vaccini rec. mulcti, & f. diſtillatio, quæ etiam fieri poterit in vaſe refrigeratorio. Excipiatur aqua, quæ reſervetur ad uſum. Exhibeantur ℥v. aut vj. hujus aquæ, cum ℥j. ſyr. de alth. (quidni de ſymphyt.) ter in die, manè horâ octavâ, quintâ pomeridianâ & in ingreſſu lecti per dies, 10, 12, 15.

N. B. Semel in eodem ſubjecto facta eſt recidiva hyemali tempeſtate, quâ cùm non ſuppeterent herbæ virentes, eædem præcedente æſtate dum vigerent collectæ, & debitè in umbra ſiccatæ, lacti inditæ

ditæ & diſtillat. profuerunt optimè. Retulit Turnerus ægri pharmacopœus, *Mar*, 4. 1645.

CAPUT XVIII.

De ardore Vrinæ.

UNdecunque *ardor urinæ* vel *dyſuria* procedat, an ab humorum acrimonia, an à calculo, aut ab ulcere vel inflammatione Veſicæ vel ejuſdem ſphincteris, ſequentia eidem conducere poſſunt.

Pilulæ Nephriticæ *Michelii* magnæ ſunt efficaciæ in urinæ ardore à tartaro lutoſo. *Pilulæ Michelii.*

℞ myrrh. thuris maſcul. maſtich. ana ℥ij. ſuccin. præp. croci ana ℥ß. camphor. ʒij. ℈ij. ceruſ. antimon. ſixiſſ. & albiſſ. ʒxv. Trita omnia ut alkool excipiantur ſ. q. terebinth. Venet. in ſp. Vini tartariſato liquatæ & mediante aquâ communi lactificatæ, f. maſſa pilular. Cap. ʒß. mane horis tribus ante prandium, & tantundem horis totidem à cœna levi, ſuper-

ſuperhauſto *aquæ lactis* ſeq. parvo cyatho, idque diu donec tota maſſa conſumpta fuerit.

Aqua lactis. ♃. Rad. alth. ſymphyt. maj. bulbor. lilior. alb. ana ℔iiij. fol. equiſet. parietar. melilot. cum toto ana faſcic. iiij. (faſciculus autem habet m. iiij.) fol. betonic. ſcabioſ. pimpinell. tapſ. barbat. cum flor. ana faſcic. ij. lagopod. portulac. plantag. vulgar. & aquat. ana faſcic. ijß. malv. violar. atriplic. hort. ana faſcic. iii. flor. nenuph. utriuſque malv. roſ. chamæmel. ana m. vj. flor. eric. m. viij. melon. recent. à cortic. liberat. maj. fragr. matur. numero iiij. Recentia omnia incidantur, iiſque affund. aq. hord. vel alæ recent. coct. nondum fermentat. alterutrius, *viz.* liquoris fervent. ℔xx. Sinatur fieri maceratio per noctem, in ampla veſica cuprea vel plumbea, aut ferrea, ſi habeatur, idque ad leviſſ. ciner. tepid. calorem; mane autem affunde ſeri lactis recent. non acidi ℔xl. & ſuperpoſito capitello in refrigerat. f. diſtillatio in vaſe duplici, vel ſaltem ad leviſſimum calorem, & quæ extillârit

lârit aqua, ſervetur ad uſum in lagenis lapideis exactiſſimè obturatis ſubere, reponend. loco frigido ſubterraneo.

Emulſio ℞ aq. lact. præſcript. ℥v. medull. ſem. melon. ʒij. amygdal. dulc. recent. mund. par. v. hord. mundat. ad putrilag. cocti cochl. j. f. *emulſio* dulcorando pauco ſaccharo, add. gum. Arabic. pellucid. in eadem aqua diſſolut. ʒj. Mſ. pro doſi.

Pulvis. ℞ gumm. Arabic. glycyrrhiz. Hiſpan. recent. ana ℥iiij. radic. ſicc. alth. & ſymphyt. maj. ana ℥ij. fol. equiſet. ℥iij. flor. melilot. & malv. roſ. ana ℥jß. Ex omnibus debitè ſiccatis f. pulvis ſubtiliſſ. ad uſum.

Tinct. Uſus autem hic eſto: ℞ hujus pulv. ʒß. aq. ſupradict. lactis ℔j. trajic. aqua ſuper pulverem per manicam duodecies ad minus. Calefiat primò, & ut meliùs virtutem attrahat, vas ſuppoſitum recipiens argenteum vel fictile ſit in alio vaſe aquæ calentis pleno. Sumantur hujus liquoris ℥v, vj. vij. vel viij. pro doſi.

Pilulæ lenietes *Pilulæ* hæ *lenientes* ex gumm. in magnis urinæ ardoribus quacunque

de cauſa utiliſſimæ ſunt. ℞ gumm. Arabic. & tragacanth. ana ℥ß. gumm. pruni & ceraſ. ana ʒij. album. ovi inſpiſſat. & penitus ſiccat. ℥j. pulp. extract. ex partibus 2. rad. alth. & parte una rad ſymphyt. maj. cum decoct. capit. papav. alb. & citra uſtionem in balneo vaporoſo ſiccat. ℥ij. ſucci glycyrrhiz. non combuſt. ʒvj. Excipiantur omnia ſ.q. ſyrupi de papav. f. maſſa. Doſis à ʒj. ad ʒij.

Syr. de mucil. Non minoris efficaciæ eſt *ſyrupus de mucilaginibus* ſeq. ℞ cort. med. ulmi, rad. alth. & ſymph. maj. ana ℥ij. ſem. pſyll. & cydon. ana ℥j. fl. nenuph. alb. recent. ſect. per medium caliculis, ut ſemen mucilaginoſ. exeat, par. xxv. Coq. cortex, radix. & flor. in ℔viij. aq. hord. ad medietat. conſumption. f. colatura, cui calenti indantur ſemina, & ſatis longâ infuſione ad calorem moderatum extrahatur mucago, trajicienda per pannum ſtamineum, ad cujus ℥xvj. add. gumm. Arabic. in aq. roſar. & plantag. diſſolut. ℥j. gumm. prun. & ceraſ. itidem diſſolut. ana ℥ß. gumm. tragacanth. diſſolut. ad conſiſtentiam ſyrupi ʒiij. ſac-

ſacchar. alb. in aq. lact. diſſolut. (quæ etiam pro aliis diſſolutionibus ſumi poteſt) ad pondus omnium. Coq. lento igne continuò agitando ad conſiſtentiam nivæ, quæ in vaſe vitreo lati orificii ſervetur ad uſum.

Hydromel item ſequens multùm juvat. ℞ lign. nephrit. conciſ. ℥iij. rad. chin. ℥xvj. rad. ſicc. alth. malv. ſymph. maj. ana ℥viij. polypod. glycyrrhiz. ana ℥iiij. fol. ſicc. parietar. cymar. malv. & alth. ana m. jß. fol. agrimon. equiſet. veronic. mar. betonic. ana m. ij. flor. nenuph. utriuſque cum capitul. malvæ vulgar. & roſeæ, papav. errat. ana p. viij. ſem. malv. alth. cydon. violar. ana ℥jß. melon. cucurbit. bacc. alkekeng. lactuc. portulac. ana ℥j. ſem. papav. alb. ℥iij. (vide de ſem. papav. nigr. de capit. papav. de ſem. hyoſcyam.) paſſular. mund. uvar. Corinthiac. jujub. ana ℥vij. gumm. Arabic. prun. ceraſi ana ℥ijß. gumm. tragacanth. ʒx. Omnia conciſa & contuſa ponantur in ſaccum è panno ſtamineo raro, & recond. doliolo atque iſtis ſpeciebus affund. hydromelitis optimè cocti *Hydromel.*

& deſpumati galon. x. Affundatur autem liquor calens, & in loco calido ſinatur fieri fermentatio omnimoda. Peractâ fermentatione liquor recondatur lagenis lap. apprimè clauſis loco ſubterraneo.

N. B. Ut tollatur ſapor mellis & flatus corrigantur, addatur paſtinaca ſylveſtris, tota planta optimè lota bulliat cum mulſa (ejus ſcilicet ℔j. in mulſæ quantitat. ſuprà præſcript.) Mulſa autem paretur ex parte una mellis, & partibus 5. aq. pluviæ, quæ ſimul coquantur ſedulò deſpumando ad ſupernatantis ovi terminum.

Ala medicata. Ejuſdem virtutis eſt *Ala* hæc *medicata.* ℞ rad. aſparag. & ononid. ana ℥ij. rad. malv. alt. ſymph. maj. ana ℥iiij. uvar. Corinthiac. ℥vj. glycyrrhiz. rec. ℥iij. fol. pariet. ar. m. iv. Bulliant in galonibus ſex alæ recent. ad duorum conſumption. Colaturæ add. gumm. Arabic. in aq. parietar. & ſiliq. fabar. virid. ſolut. ℥iv. gumm. prun. & ceraſi itidem ſolut. & mucilag. ſem. nenuphar. ſatis ſpiſſ. in iiſdem aq. fact. ana ℥ij. & f. fermenta-

mentatio ad depurationem. Servetur ad uſum. Detur bis in die longè à paſtibus.

Cum hac utatur æger *Electuario* ſeq. ♃ conſ. flor. malv. roſeæ (Holpbrctzo) & communis ana ℥iiij. conſ. flor. papav. erratic. & nenuphar. ana ℥ij. medul. ſem. melon. recent. ℥iij. pulv. glycyrrhiz. & rad. ſymphyt. maj. ana ℥j. gumm. Arabic. ℥jß. gumm. ceraſ. & prun. ana ʒx. Mſ. f. *Electuar.* de quo cap. inſtar jugland. ante hauſtum Alæ.

Electuario huic, vel quibuſlibet ex ſuprà præſcriptis addi poſſunt (ſæviente ardore & dolore) Opiata vel liquida vel ſolida, ſub ingr. lect. vel aliàs ſi libeat. *Opiata.*

In veſicam per ſyphonem *injici* poteſt liquor ſequens. ♃ fol. parietar. malv. tapſ. barbat. ana m. j. fl. malv. roſ. p. iij. capit. papav. alb. maj. numero iij. hord. mund. p. ij. f. omnium decoct. & colat. de qua cap. ℔ß. lact. vaccin. ℔ij. mucilag. ſem. malv. cydon. & fœnugr. extr. in aq. plantag. & ſperm. ranar. ℥ij. ſucci gly- *Injectio.*

 cyrrhiz.

cyrrhiz. in iiſdem aq. diſſolut. ʒj. mſ. pro injectione, cui addi poſſunt gr. iv. opii.

Oleum amygd. dulc. in veſicam inject. dolorem mitigat, ut & oleum commune non rancidum.

CAPUT XIX.

De Veſicæ Calculo, & Ulcere.

OPeræ pretium erit Veſicam cathetere explorare, an Calculus ſit doloris cauſa necne; & quantus ſit, ſi adſit: nè ſi molis ſit magnæ, ſruſtra patiens Lithontribis ſatigetur. Hoc enim caſu ſi lithotomo ſe nolit exponere, ut atroces cruciatus demulceantur, & urinæ viæ leniantur, Medico unicè nitendum eſt.

Hiſce intentionibus inſerviunt quæcunque in cap. præcedente ad urinæ ardorem præſcripta ſunt: Quibus ſequentia addi poſſunt.

Clyſter. ℞ fol. beton. m. ij. malv. violar. parietar. ana m. j. flor. chamæmel. & melilot. ana p. iij. ſummit. aneth. p. ij. ſem.

ſem. fœnugr. ℥ß. f. omnium decoctio in ſero lactis recent. Cap. de colatura ℔j. in qua diſſolv. cathol. elect. lenitiv. ana ℥j. ſyr. violac. ſacch. alb. ana ℥ij. mucilag. ſem. alth. extract. in aq. hord. ℥iij. mſ. f. *Clyſter*.

Inſtituatur quoque *Purgatio* lenis, ut ſuprà in Cap. *de Ulcere Renum*. *Purgatio.*

Perinæum foveatur *fotu* ſequenti. *Fotus.* ℞ rapor. ℔iij. raphan. totius ℔ij. rad. lil. alb. alth. ſymph. maj. ana ℥iv. parietar. totius, malv. argentin. virg. aur. ſaxifrag. naſturt. betul. ana m. ij. chamæmel. m. iij. bacc. junip. ℥iij. ſem. alkekeng. mil. ſol. ana ℥jß. f. Sacculi, quibus decoctis in aq. font. foveantur perinæum & pubes calidè mane & veſperi per horam integram.

Ex iiſdem, urgente dolore, paretur *Semicupium*, etiam addito lacte vel oleo pro neceſſitate. *Semicupium.*

Balneum quoque inſtituatur ex ingredientibus ſemicupii auctâ quantitate, in quod ingrediatur bis in die; & poſt tertium balneum ſumat in ipſo balneo hauſtum infrà deſcri-

ptum è ſucco parietar. *&c.* addendo lap. prunel. ʒj. aut amplius pro neceſſitate ad ʒjß. aut ʒij. ſi calculum expellendi ſpes ſit.

Cerevisia medicata. *Cerevisia medicata* ſit talis. ℞ filic. fœm. ℥viij. alth. ſymph. ana ℥v. cort. med. ulm. nucis moſchat. ana ℥iiij. fol. ſicc. pariet. equiſet. veron. mar. ana m. iij. flor. malv. utriuſque, nenuphar. cum ſemin. ana p. iiij. ſem. malv. cydon. ana ℥jß. Coq. in alæ rec. galon. vj. ad duos, addendo ejuſdem cereviſ. fervent. galon. iiij. infunde per noctem, & coletur per ſetaceum mane: liquori affuſo in doliolo adde q. ſ. ferment. cereviſ. cum ℥viij. gumm. Arab. ſinatur fermentari ad perfectam depurationem, & lagenis lapideis indatur ad uſum.

Opiata. *Opiata* ſeq. multum levaminis ægro ferre poterit. ℞ conſ. flor. malv. ℥iiij. medull. ſem. melon. ℥j. pulv. rad. ſymph. maj. glycyrrhiz. ana ʒß. pulv. oſſ. meſpilor. ocul. cancr. mandib. lucii ana ʒiij. pulv. virg. aur. ſem. alkekeng. mil. ſolis ana ʒijß. gum. Arab. ceraſ. prun. ana ʒijß. cum ſyr. de alth. f. *Electuarium*. Doſ. quant. it.

nuc. jugland. mane, ſuperhauſto cereviſ. medicat. momento, dilato prandio ad 4. horas.

Convenit quoque (in arenulis vel calculis minoribus) in ipſo ſemicupio *hauſtus* ſequens. ♃ ſucc. depurat. parietar. ℥ij. vin. alb. ℥j. ſucc. limon. ℥ß. ol. amygd. dulc. rec. ℥jß. Mſ. f. *Hauſtus.* *hauſtus*

Aut ♃ cancror. fluviat. numero ij. terantur in mortario marmoreo cum vin. alb. & extrahatur cremor, cui adde ſyr. viol. de alth. ana ʒvj. cryſtal. mineral. ʒj. Mſ. *Alter.*

Cryſtallus rupis in ſucco urticæ *ſpecificum* eſt. *Specificum.*

Pulv. lithontripticus item exhiberi poteſt ad ʒj. qui talis eſt. ♃ rad. alth. & glycyrrhiz. ana ℥jß. virg. aur. ℥iij. rad. ononid. ling. avis ana ℥j. nucl. meſpil. ℥j. ſem. aquileg. ocymi, milii ſolis, alkekeng. ſpatulæ fœtid. ana ʒvj. ſem. viol. Martiar. ʒx. ocul. cancr. præp. cum ſp. vitriol. & ſp. vin. lap. Tiburon. cryſtal. rupis præp. ana ℥ij. grillor. præp. cum malvat. ℥j. mſ. f. pulvis ut alkool. Et ſi velis, cum triplo ſyr. de alth. & nephrocathart. *Pulvis lithrontript.*

(ſuprà in Cap. *de Calculo Renum* deſcript.) in æqual. proportione mixtor. f. Opiata, cujus doſis à ʒj. ad ʒiij. ſuperbibend. hauſtum cerevif. medicat.

Ad ulcus. Injectiones. Si ulcus adſit, primò deterg. *injectione* ex aqua hordei & melle roſaceo. Aut ſit hujuſmodi, de qua injiciatur ℔ß. quavis vice quater in die, ut pertingat ad veſicæ fundum & latera. ℞ roſ. rub. fol. melilot. ana m. j. fol. agrimon. apii, prunel. veron. utriuſque ſanicul. conſolid. maj. ana m. j. rad. ariſtol. rut. ℥iij. furfur. macr. hord. integr. ana m. ß. cancror. fluviat. clibano exſiccat. & pulv. numero vj. Coq. in vin. alb. aut ſero lactis q. ſ. Ad colaturæ ℔ij. adde ſacch. cand. ſyr. de roſ. ſicc. aut mel. roſ. ana ℥iij. urin. pueri impub. ℔j. mſ. f. *Injectio.*

Alia. Ad ulceris conſolidationem talis fiat *Injectio.* ℞ glycyrrhiz. Hiſpan. rec. ℥ij. rad. alth. ſymph. maj. ana ʒx. fol. beton. aquatic. equiſet. ana ℥jß. veron. mar. bugul. prunel. hyperic. totius, perſicar. maculat. ana ʒvj. flor. malv. roſeæ ʒv. ſem. malv. pſyll. cy-

don.

don. ana ℥ß. gumm. Arabic. verm. terreſtr. ſiccor. veſic. bubul. ſiccat. ana ʒiiijß. f. pulvis craſſiuſculus, de quo ſumatur ℥j. aq. hord. ℔ij. Coq. ad medias, f. colatura, cui adde æq. part. lact. vaccin. rec. & f. *Injectio* bis in die tepidè.

Pilulæ meæ *lenientes* in veſicæ aut renum ulcere & calculo, tales ſunt. *Pilulæ leniẽtes*
℞ oliban. myrrh. maſtich. ana ʒiij. glycyrrhiz. rad. conſolid. maj. ſicci ana ℥ß. crem. tart. ʒij. croc. ʒj. camph. ʒß. antimon. diaphoret. ℥j. f. pulv. & cum tereb. aq. roſ. lot. q. ſ. f. maſſa pilularis. Doſ. ʒß. mane ſuperbibendo hauſtum cereviſ. medicat. Paulatim augeri poteſt doſis ad ʒj.

℞ gumm. guaiac. natural. ʒiij. maſtich. oliban. part. alb. benzoin. ſandarac. gumm. anim. ana ʒij. ſantal. alb. ocul. cancror. ana ʒj. terebinth. Cypr. coctura indurat. ℥ß. ſuccin. alb. præparat. ʒijß. f. alkool excipiend. ſ. q. balſ. Peruv. nigr. & f. maſſa *pilular*. Doſis ʒß. ad ʒj. ſuperhauſt. cereviſ. medicat (vel aq. lact. in Cap. ſuperiori deſcript.) hauſtu. *Aliæ balſamica.*

Obſervatio. In ulcere Renum & veſicæ, in quo cum maximis inter meiendum cruciatibus mucus viſcidiſſimus excernebatur, D. Deodatus, irritis aliis omnibus remediis, ſalivationem provocabat per *Mercurii dulcis* iteratam exhibitionem in vetula generoſa fere nonagenaria, Omnia ſedata fuerunt ſymptomata. ità ut quæ moribunda erat & cui cutis vix oſſibus hærebat, per annum vixerit ſatis ſana. Recurrente tamen morbo, ſenectute oppreſſa tandem ſupremum obiit diem.

Mercurius dulcis. In juniore ſubjecto iterata exhibitio *Mercurii* in parva quantitate, etiam ſine ptyaliſmo, proculdubio profuiſſet. Quotidie poſſunt exhiberi gran. vj, viij, x. *calomel:* Vide de *Mercurio nigro* ſive Æthiope minerali. Rationalis eſt hæc via propter revulſionem, præter Mercurialem vim quæ aliàs ulcerationes internas & externas perſanat.

N. B. Non dubito quin poſſit prodeſſe hâc viâ in tartaro lutoſo ſine ulcere, revellendo & evacuando blennam quæ vel in ſtomacho generata.

nerata, vel in cerebro; ſugitur à Meſaraicis cum ſubſtantia aliment. & poſtea ſeparatur in renibus & defluit in veſicam.

Apes ſiccatæ in pulverem redactæ propinentur ex vino albo, urinam paulò pòſt provocant. Num. iij. ſufficiunt utplurimum. In ſeipſo *Iſchuriâ* laborante ſæpiùs expertus eſt Hiberniæ Primas Armaghanus. *Ad iſchuriā.*

Quidam (nomine *Dickinſon*) laborans carunculâ in urethra, *Iſchuriâ* correptus partim à fungoſæ carnis inflatione, partim à grandiori arenæ grano meatum jam pene occluſum penitus obſtruente, de vita deſperans, & conſilii inops, aſſumpto ſiphone ſeu ſyringâ ſtanneâ (quod inſtrumentum ipſi tunc erat ad manum ad injectiones faciendas in urethram & veſicam) aërem ſaltem ex vacuo ſyringæ corpore in meatum impulit cum aliqua violentia. Sic dilatato ductu, ſucceſſivè multum aëris intravit veſicam, qui nè erumperet, quoties ſiphonis apicem ſive fiſtulam extrahebat ad novum aërem captandum, arctè digitis premebat urethram, *Obſervatio.*

thram. Tandem ſatis oppletâ veſicâ, laxato & remoto obice, flatus cum impetu erumpens, arenam expulit, & prorupit urina ſatis copioſa maximo cum levamine. Deinceps quoties aliquam experitur difficultatem, recurrit ad ſacram anchoram, cujus nunquam fallacem experitur effectum.

Ego vellem inſufflare ex folle parvulo duplici, qualis eſt organor. aërem in tubum argenteum ſatis brevem & majuſculum, urethræ priùs inditum, & circumligare virgam ſerico molli ſine ullo dolore; atque ita & urethram dilatare & opplere flatu veſicam, *&c.* vel uti veſicâ vento turgidâ eodem modo quo clyſteres injiciuntur.

Lithotomia. In calculo majori, ubi ejuſdem excluſionis nulla ſpes eſt, ſi *Lithotomiæ* ſe ſubjicere æger velit, poſt operationem modo ſequenti tractari poteſt. Operatur quidam Scotus, aliàs ignarus, poſt extractionem lapidis vulneri & veſicæ hoc pacto proſpicere ſolet feliciſſimo cum ſucceſſu. Ægrum jubet obambulare paſſus ali-

quot,

quot, ut veſica à muco, grumis ſanguinis, & reſtitantibus lapidis fruſtulis aut arenulis liberetur (quam intentionem in debilioribus ſupplere poterit injectio detergens calidè facta in veſicam immediatè poſt abſolutam operationem.) Poſtea facit ut per horæ quadrantem ſedeat in ſemicupio tepido parato ex decocto cortic. quercûs tam valido, ut ejus guttula ungui ſuperpoſita non diffluat. Semicupium iſtud ſeq. die & tertio repetit: quo remedio profitetur ſanguinem ſiſti, vulnus claudi, & partem inſigniter corroborari. Deinceps uſque ad perfectam curationem vulneri proſpicit mixturâ ex decocto prædicto, melle puriſſimo & terebinth. Veneta, quod ſuum balſamum vocat, & pennâ illinit. Cortex autem (Lann dictus) petatur à coriariis. Terebinthina facilè cum cæteris jungetur, ſi aliquid vitelli ovi crudi addatur.

Si poſt *Lithotomiam* reſtet *involuntarium urinæ profluvium*, convenit decoctum vulnerarium & aſtringens, ut

ut quoque fotus aſtringens, & ſuffitus ex gummatibus per ſellam perforatam receptus.

Quid agendum in Gangræna. Si *Gangræna* Lithotomiam ſequatur, vulneri adhibeatur fotus ex ſcord. abſinth. centaur. min. *&c.* Vulneri denigrato adhibeatur unguent. Ægyptiacum cum ſpir. vini. Cavendum nè vulnus aëri ſæpiùs exponatur. Aperta teneatur veſica turundâ lineâ balſamo digeſtivo inunctâ. Fiant injectiones vulnerariæ & detergentes per tubum œſophago vel inteſtino pulli obtectum in veſicam per vulnus. Intus ſumantur decocta vulneraria. Clyſteres lenientes injiciantur alternis diebus. Ulcere deterſo occludatur vulnus per ſuturam ſiccam ex pice, maſtiche, vernice, thure, ſarcocolla, *&c.* quæ aquæ appulſum non ſentiant.

CAPUT

CAPUT XX.

De Ictero Virgineo ſeu pallidis Coloribus.

HActenus de Morbis utrique Sexui communibus: Ab his ad illos pergendum qui ſequiori peculiares ſunt. In quibus *Icterus virgineus* (juniorum utplurimum morbus) primò occurrit.

In morbo hôc curando imprimis corpus cachecticum bene purgari debet, antequam ad deobſtruentia (ſic dicta) perveniatur. V.g.

♃ Rad. petroſel. fœnic. glycyrrhiz. ana ℥ij. ſem. aniſ. & coriand. præp. ana ℥j. crem. tartar. ℈iiij. fol. ſen. mund. ʒß. pulp. tamarind. ℥iij. f. decoct. & colat. cui addatur infuſio ℈iiij. rhabarbari ſeorſim fact. in aq. fumar. cum ℥ß. ſantal. citrin. Reducantur omnia ad doſin: in qua diſſolv. man. Calabr. ſyr. roſ. pallid. comp. cum agar. ana ʒj. mſ. f. *potio* danda in auror. 3. hor. ante juſcul. cum cuſtodia. *Potio.*

Poſt

Vomitus. Poſt diem unum aut alterum iteretur purgatio, à qua ſi non videatur ſatis vacuatus ſtomachus, ſed superſit cruditas, cum plenitudine, utile fuerit *vomitum* provocare vel datâ ℈j. vitrioli alb. depurat. vel ℥ij. vini emet. cum debita cuſtodia, ita tamen ut poſt purgationem, ante vomitorii exhibitionem, per biduum incidatur tenax humor exhibito oxymel ſyr. viol. cum ſpir. vitrioli bis terve in die è cochleari longè à paſtibus. Si verò ſufficiens fuerit purgatio, à vomitorio abſtinendum.

Purgatione generali præmiſsâ ad deobſtruentia deveniendum, quæ vel cum purgantibus mixta, vel ſola exhiberi poſſunt. Deobſtruentium omnium baſis eſt chalybs, in cujus præparationibus omne fert punctum * Anima hepatis toties laudata.

Pilulæ. ℞ Aloës opt. ʒij. ſpecier. hier. rhabarb. agaric. ana ʒß. croci Martis ʒij. ſpec. diarrhod. Abbat. ʒj. croci ℈j. aq. meliſſ. q. ſ. f. maſſa *pil.* Doſis ℈j. vel ʒß. per plures dies continuos.

Vel ℞ Rad. curcum. & ariſtol. rot.

rot. ana ℨijß. rad. chelidon. maj. enul. ari præp. valer. ſylv. calam. aromat. croci Angl. ana ℨj. flaved. aurant. & citri ſicc. cort. ſaſſafr. ana ℈iiij. ſem. trifol. odor. ſem. myrrhid. ocul. cancr. & chel. cancr. marin. maj. conſtellat. C. C. vitriolati ana ℈v. flor. matricar. agerati ana ℨij. Trita omnia ſeorſim in alkool, ponderata & miſta excipiantur ſ. q. mellaginis liquidæ bacc. junip. & f. *Electuarium.* *Electuarium*

♃ hujus elect. ℨjß. croci Mart. tartarei ℨß. reſin. gambodiæ gr. vj. viij. vel x. pro una doſi: Capiat doſes xx. xxx. xl. ſuperhauſtâ alâ maciatâ calente & ſuperambulet.

Vel omiſsâ reſinâ gambodiæ, loco mellaginis bacc. junip. excipe ſpecies ſyr. vel ſucco inſpiſſato bacc. ſpinæ cerv.

Vel ſi purgantia omittere velis, ad formam ſeq. formentur *tabellæ.* ♃ croci Martis aperient. ℨijß. conſ. alkermes ℥ß. magiſt. perl. & corall. oculi. cancr. præp. ana ℨij. cort. citri & aurant. ſicc. condit. ana ℨjß. raſur. C. C. primar. rec. ℨvj. oſſis è cord. ejuſd. cinam. ana ℨiij. ſacch. ℥ij. f. *Tabellæ.*

omnium

omnium pulvis ut alkool, excipiend. mucilag. ſem. malvæ extract. in aq. cinam. f. paſta ex qua formentur *Tabellæ* æqualis ponderis numero 20. pro totidem diebus. Cap. mane hor. 4, vel 5. ante prandium, ſuperambulando per horas duas. Superhauriat aliquid vini abſinthit.

Tabellæ diatart. *Tabellæ Diatartari.* ℞ crem. tartari albiſſ. ʒß. ocul. cancr. cum ſucc. limon. præp. gr. x. flaved. extimæ citri ſicc. cinam. inter. ana gr. iiij. curcum. ſal. abſinth. cochinell. * anim. hepat. ana gr. iij. Omnia ſubtiliſſ. pulv. excipiantur mucagine admodum liquida rad. alth. aut ſem. ejuſdem vel malvæ, & f. *Tabellæ* pro una doſi, quæ usûs tempore reducatur in bolum cum ſyr. flor. veton. rubr. vel diſſolvatur in juſculo vel poſſeto. Sumatur hor. 4. ante prandium per plures dies. Inter præparandum teratur maſſa optimè in mortario marmoreo, & exactè ſubigatur.

Alternis autem diebus capiat pil. ſtomach. cum gum. ℈ij. horæ quadrante ante levem cœnam. Vel veſperi ſing. diebus pil. tales.

℞

℞ gum. Ammon. in vino generoſ. vel aceto ſcillit. diſſolut. ℥jß. aloës ℥j. myrrhæ ʒij. croci ʒjß. ſal. abſinth. & artemiſ. ana ʒj. ſal. corall. ℈iv. Mſ. & cum ſyr. de artemiſ. vel oxymel. ſcillit. f. pil. Doſ. ℈j.

Si chalybeata minùs arriſerint, ſequentia utplurimum ſunt utilia.

℞ Rad. petroſel. fœnicul. gram. aſparag. ana ℥ß. raſ. C. C. ebor. dent. equin. marin. ana ʒij. uvar. Corinthiac. cappar. à ſale mundat. ana cochlear. j. ſem. alkekeng. & milii ſolis ana ʒijß. Includ. omnia ventre galli gallinacei, qui conſutus elixetur cum fruſto carnis vitulin. addend. ſub finem coctionis fol. borag. bugl. caryophyllat. adianth. polytrich. ceterach, ling. cervin. ſalv. vit. hepatic. ana p. jß. flor. calend. veronic. rubr. primul. ver. violar. ana p. ij. cort. pomor. redolent. m. j. Reduc ad ℥xxiiij. pro 3. doſibus matutinis, in quarum ſingulis diſſolv. crem. tart. vulg. ℈ij. magiſtralis ℈j. mſ. exhib. 4. hor. ante prandium cum exercitio. Repetatur ad placitum. *Juſcula.*

℞

Apozema. ♃ Rad. oxylap. chelid. maj. ana ℥ij. rad. filic. fœm. cichor. taraxac. gram. aſparag. fœnicul. ruſc. ana ℥j. fol. agrimon. chamædr. chamæpit. hyperic. capillar. omnium ana m. j. fl. calendul. geniſt. rubr. ana p. ij. ſem. aniſ. fœnicul. dulc. coriand. ana ʒij. pom. redolent. numero 3. f. omnium decoctio & colatura, quæ levi coctione reducatur ad ℔jß. In qua diſſolv. ſyr. de cichor. ſimpl. & de 5. rad. ana ℥ij. Mſ. f. *apozema* clarificat. aromatiz. cochl. uno aq. cinam. pro 4. doſ. bis in die ſumend. longè à paſtibus, continuand. per plures dies.

Electuariũ ♃ Rad. ſicc. chelidon. maj. ʒvj. rad. cichor. taraxac. petroſel. rub. tinct. ana ℥ß. verm. terreſtr. præp. ℥j. flaved. aurant. condit. ſicc. ʒiij. ſem. alkekeng. milii ſolis, myrrhid. bardanæ ana ʒij. ſpodii ex ebore C. C. calcin. reduct. in magiſter. cum ol. vitrioli, ocul. cancr. corall. rubr. cum ſucc. limon. dephlegmat. apert. ana ʒijß. crem. tartari utriuſque ana ℈v. ☞ ſpec. trium ſantal. * noſtr. ʒjß. ſal. artemiſ. & abſinth. bis uſt. ana ℈iv. Terantur terenda ut alkool, omniáque

mixta

mixta excipiantur ſyr. de cich. ſimpl. & de quinque rad. & fiat *Electuarium*. Doſis ℥ij. vel ℥iij. ſuperhauſtâ cereviſ. abſinthite, vel potu ſeq.

℞ ſarſæparil. ℥viij. rad. filic. fœm. oxylap. ana ℥xij. ruſc. aſparag. ana ℥iiij. lign. ſaſſafr. cum cort. ℥iij. fol. agrimon. meliſſ. capillar. omnium ana m. ij. fl. geniſt. ſambuc. & garyophyl. ana p. iij. nuc. moſchat. ℥j. Includantur omnia ſacculo è tela rara, quæ pendeat in gallon. vj. cereviſ. nonlupulat. recent. Utatur pro *potu ordinar*, dum ſumet Electuarium præſcriptum. *Potus ordin.*

N. B. Satius eſt uti iis quæ removent impedimenta, quàm naturam impenſiùs irritantibus.

CAPUT XXI.

Menſium fluor immodicus.

DUo ſint iſtius Curationis tempora, alterum *præcautionis*, alterum *cohibitionis* hæmorrhagiæ.

Ad

Ad præcautionem. Ad *præcautionem*, Obſtructa aperiri. Corpus ejúſque varias partes & regiones κατ' ἐπίκρασιν evacua. Inſigniter corrobora Ventriculum, Hepar, Uterum. Ab inferioribus revelle. Uterum ſubinde ablue, & ejus laxitati proſpice. Corpus nutrito. Intemperiem variam corrige. Aliàs impendent Tabes, Hydrops, Ulcus & Cancer Uteri.

Victus. *Victus* ſit aperiens, in omnibus qualitatibus medius, quarum vitandus exceſſus. Alimenta ſint boni ſucci & facilis coctionis. Vitet ſalſamenta, aromatibus condita, Lacticinia, fructus ὡραῖοι, & quæcunque ſanguinem vel exaſſare, vel ſeroſum reddere valent. Potus ordinarius eſto Vinum gilvum, aut Claretum Gallicum oligophorum optimè dilutum. Aqua chalybeata. Infuſio ligni Nephritici quæ tam longa ſit donec Aqua colorem opalinum contraxerit. Vel *Cerevisia medicata* ſequens.

Cerevisia medicata. ♃ Rad. chinæ per taleolas ſectæ ℥viij. rad. dulcamar. ℥vj. ſerraturæ quercûs recentis ℥iiij. ſantalorum omnium

omnium ana ℥ij. raſuræ C.C. primar. recentis, raſur. eboris & dentis equi marin. ana ʒjß. foliorum ſiccorum agrimoniæ, ſcabioſæ, buglæ cum floribus, hepaticæ, adianti, polytric. ſalv. ana m. j. ſem. plantag. ʒiij. nucis moſchat. ℥j. ſquamæ ferri ʒxij. Alæ recentis galones viij. Sinatur fieri fermentatio ad perfectam depurationem. Liquor limpidus recondatur lagenis lapideis ſubere exactiſſimè clauſis, quæ recondantur & reſerventur in cella frigida, inde depromendæ in uſum ordinarium.

Vomitus

Si Ventriculum onuſtum Patiens ſenſerit, *Vomitus* provocetur leniori medicamento, ita ut pituita per ſuperiora evacuetur à ventriculo; ad bilem verò uſque vomitorio trahere, periculoſum: hæc potiùs per inferiora blando Cathartico deturbetur.

Purgatio.

Ante chalybis exhibitionem *purgetur* ſemel atque iterum potione ex infuſo ſennæ, pulp. tamarind. rhabarb. mann. ſyr. roſar. ſolutiv. cum agaric. ſyr. flor. Perſicor. Detur potio diebus interpolatis: Intermedio tempo-

tempore per 3. aut 4. dies detur Julap. ex tinctur. ſantalor. florum violar. cichor. roſar. veton. rub. extractâ cum ſp. vitriol. in aq. ſtillatit. lactis & pom. redolent. Adde ſyr. moror. rubi Idæi. julap. Alexand. ſyr. de pomis: Detur bis in die.

Potio Potio efficax. ♃ fol. ſenn. mundator. ℥ß. rhabarb. ʒij. aq. pomorum ℥iiij. vin. Rhenan. ℥ij. ol. tart. per deliq. præparat. gutt. viij. f. infuſ. per hor. 24. in frigido. Colaturæ add. infuſ. roſ. pallid. ℥j. mann. Calabr. puriſſ. ℥ß. mſ. f. potio, corrigenda gutt. aliquot ol. vitriol. (à quo tolletur ſapor ſalis tartar.) & aq. cinam.

Poſſetũ purgãs. *Poſſetum purgans* limpidum. ♃ fol. ſenn. ℥j. rhabarb. inciſ. ℥ß. pulpæ tamarind. ʒiij. ſem. coriand. præpar. ʒij. cinam. inter. ʒj. Infund. per hor. 24. in ℥x. vini albi tenuis, vel in frigido, vel ſaltem ad leviſſimum calorem, f. colatura & fortis expreſſio. Bulliant ſeorſim ℥v. lact. vaccin. recenter mulcti, eidem bullienti affund. infuſ. & expreſſ. prædict. frigidè; Addantur ℥jß. ſacchar. & cum ovi album. f. clarificatio. Colatura

detur

detur in potu qui erit limpidiſſimus, & non ingratus.

Poſt purgationem detur per ſex dies *Julap.* ſeq. bis in die longè à paſtibus. *Iulap.*

♃ aq. ſtillatit. lactis & pom. redolent. ana ℔j. aq. plantag. vini Rhenan. opt. ana ℔ß.* ſyr. ex tincturis ℥iv. ſyr. corall. ℥ij. aq. cinam. ʒij. mſ. Capiat ℥vj. pro doſi.

* *Syr. ex tincturis* hic eſt: ♃ roſ. rub. ſelectiſſ. ℥j. flor. violar. à capulo viridi mundator, flor. veton. rub. ana ℥ß. ſummitat. meliſſ. p. j. flaved. citri recent. ʒij. ſantal. citr. & rubr. contuſ. ana ʒiij. ligni Aloës ʒj. aq. roſar. & pomor. redolent. ana ℥xij. ſp. vitriol. q. ſ. ad mediocrem aciditatem: f. in vaſ. vitr. maceratio in B. M. per hor. 24. ad tinctur. rubicundiſſ. extractionem: f. per chartam bibulam duplicem colatur. ♃ ſacchar. albiſſ. ʒxvj. coq. cum aqua roſarum in Roſatum in vaſe argenteo: removendo ab igne add. liquoris tincti ℥vj. & fac ſyrupum, quem ſi potentiorem velis, adde ejuſdem liquor. ℥iv. ita ut in totum ſint ejus ℥x.

clyſter. Toto hoc tempore ſi non fluat alvus, vel ſubducatur *Enemate* blando injecto, vel alternis detur Julap. catharticum ſequens ſatis gratum.

☞ *Iulap.* ℞ aq *noſtræ inſtaurantis & pomor. redolent. ana ℥iiß. aq. fragor. & ceraſ. ana ℥j. ſucci fragor. ceraſ. aut ribes ana ʒvj. ol. ſulph. q. ſ. ad gratam aciditatem. In his mixtis macera per noctem in frigid. flor. violar. & vetonic. rub. ana p. ij. fol. ſenn. mundat. minutim inciſor. ʒij. mane f. per chartam colatura, in qua diſſolv. ſyr. violac. recent. ℥ß. mſ. f. *Iulap.*

Pro aqua inſtaurante ſumi poteſt aqua Capi ſtillatit.

chalyb. Mox fiat ad *Chalybeata* tranſitus, quæ primo in liquore, deinde in ſubſtantia exhibeantur.

N. B. Ego in Ventriculi, Lienis, Uteri affectibus inveteratis & pertinacibus ſæpe vinum chalybeatum exhibui per annum integrum fœlici ſucceſſu.

In Chalybeatorum uſu purgetur

quarto

quarto quoque die aliquibus ex purgantibus prædictis.

* *Anima hepatis* eſt chalybeatum præſtantiſſimum (medicamentis aliis miſcendum.) ☞

Iiſdem diebus quibus utetur Chalybe, quocunque tandem utatur modo, horis quinque à prandio, tribus ante levem cœnam, capiat Julap. ſeq. ℞ aq. ſtillatit. lactis vaccin. & pomor. redolent. ana ℥ij. ſyr. ex tincturis (præd.) & ſyr. coral. ana ℥ß. mſ. f. *julap.* *Iulapiū*

Perſtet in uſu remediorum Chalybeatorum per 40. vel plures dies.

Pulvis digeſtivus ſeq. ſit in uſu ordinar. horâ dimid. poſt ſingulos paſtus. *Pulvis digeſt.*

℞ cruſtæ panis albi optimè cocti, in ſucc. cydon. ter infuſ. & ſiccat. ℥ij. ſem. fœnicul. dulc. & coriand. præp. ana ℥ß. C.C. ad albed. uſti ʒiij. ejuſdem primar. recent. raſur. eboris & dent. equi marin. ana ʒij. magiſterii aciduli corallorum, perlarum & ocul. cancr. ana ʒijß. roſar. rubr. cinam. integri ana ʒjß. macis ʒß. ſacchari roſati triplum pondus om-

 nium.

nium. Mſ. f. pulvis ſubtiliſſimus ad uſum.

Balneũ. Abſoluto uſu remediorum Martialium & repurgato (quantum vel affectionis gradus poſtulabit, vel virium ſtatus ſinet) corpore, veniat ad *Balneum* tepidulum cum aqua ferrata & lacte, additis aſtringentibus, plantag. equiſet. fol. ſalicis, nenuphar. biſtort. tormentill. ſantal. roſ. rubr. *&c.* quo utatur per plures dies conſequentes citra faſtidium vel ſudorem.

In egreſſu Balneï *liniantur* Lumbi & ima ventris pars unguento Alabaſtrino *noſtro, & Nutrito magiſtrali.

Lac aſininum. Tandem (præſertim per æſtatis ardores) bibat *Lac aſininum* cum ſaccharo roſato perlato & corallato, idque cum debito regimine per duos tréſve menſes.

Externa. *Injectiones* in uterum detergentes & roborantes, item *Empl.* umbilico & Lumbis applicanda, in uſum trahi poſſunt.

Nec *Phlebotomia* (in Plethoricis) omittenda.

Hæc

Hæc autem omnia ad *præcautionem*.

Ad fluxum in *paroxyſmo cohibendum* ſequentia maximæ ſunt efficaciæ. *In paroxyſmo.*

Lapis prunellæ, Crocus Martis corallinus, Tinctura Coralli, ſuccus plantaginis; Clyſter ex ſucco ſtercoris Equini vel Aſinini; Oſſa human. ad albed. calcinata dentur è ſucco plantag. & aq. ſperm. Ranar. ad ℈j. Cataplaſma ab umbilico ad Pubem, & ad os ſacrum ex fuligine camini excepto albumine ovi & pauco aceto Roſac. acerrimo. Magiſteria perlarum & corallorum. Lapis hæmatites. Buſo ſiccatus collo appenſus, vel lapis ſanguinalis. Narcotica. Venæſectio.

CAPUT XXII.

Menſium Suppreſſio.

P*Urgetur* iterum atque iterum Corpus. *Purgatio.*

Mittatur ſanguis è brachio primò, *Venæſectio.*

mò,

mò, in corpore plethorico. Inſtante Menſium tempore tundatur Saphœna. Præſertim vero *hirudinibus* aperiantur hæmorrhoides: cujus evacuationis mirum & promptum ſæpiùs vidi effectum.

Pilula. *Pilul.* de Ariſtolochia Fernelii efficaciſſimæ ſunt. ♃ rad. ariſtol. rotund. ℥j. rad. gentian. myrrhæ elect. ana ʒiij. Aloes, cinamom. ana ℥ß. zinzib. ʒj. Omnia exquiſitiſſimè trita excipiantur ol. amygdal. dulc. recent. Doſis ʒjß. ac protinus ſorbendum juſculum quo diluantur.

Vel ♃ rad. ariſtol. rotund. ʒj. gentian. myrrh. ana ℥ß. flavedinis citri & aurant. ſedulò ſiccat. ana ʒij. croci ʒj. ſpec. hier. picr. ʒjß. macis ℈ij. caryoph. ℈j. cum oxymel. ſcill. f. maſſa *pilular.* Doſis ʒj.

Ad *Menſtrua* movenda *materia medica.*

Materia medica.

Ariſtol. rotund.	Hyſſop.
Dictam. Cret.	Crocus.
Rad. Gentianæ,	Flor. Chamæmel.
Rub. tinctor.	Betonic.

Arte-

Artemiſia.	Laurus.
Matricaria.	Meliſſa.
Puleg. Regale.	Praſium.
Ruta.	Scordium.
Sabina.	Calaminth.
Gran. Juniper.	Sem. Dauci.

Infuſum. ℞ fol. ſabin. mundat. ℥ij. cort. ſaſſafr. rad. gentian. ariſtol. rotund. rub. major. ana ℥j. fol. puleg. regal. hyſſop. matricar. ana ℥jß. rutæ, dictam. Cretic. ana ʒx. abſint. vulgar. ʒv. ſem. dauci, baccar. lauri recent. bacc. juniper. ana ʒvj. croci ʒj. vini Rhenani optimi & tenuiſſimi ℔vj. Infunde, cola, exprime pro viij. doſibus, 8. diebus continuis ſumend. mane jejuno ſtomacho. *Infuſio.*

Electuarium. ℞ rad. ariſtol. rotund. gentian. valerian. rub. tinctor. calam. aromatic. ana ʒijß. rad. Chelidon. maj. ʒiij, fol. ſicc. puleg. regal. rutæ, dictam. Cretic. matricar. calamint. ana ʒij. flaved. aurant ʒjß. croci ʒj. baurac. ℥ß. ſal. artemiſ. & abſinth. ana ℈iv. trochiſcor. de myrrha ʒiij. f. omnium pulvis ſubtiliſſim. excipiend. ſ. q. ſyr. de artemiſ. f. *Elect.* *Electuarium*

reſervand. ad uſum. Doſis ℥ij. vel ℥iij. ſuperbibend. vini abſinth. momentum, ſuperambulando.

Baurach cum *croco* & guttis aliquot *olei ſaſſafr.* potenter movent menſes.

Peſſus. *Peſſus.* ℞ trochiſc. de myrrha ℥ij. ſabin. puleg. regal. rut. colocynth. ſcammon. ana ℥j cyclamin. helleb. utriuſque ana ℈iv. f. pulvis ſubtiliſſimus excipiend. balſamo Peruviano vel felle bubulo pro Naſcali. Inungatur apex moſchi gran. xij. zibet. gran. vj. ol. ſaſſafr. gr. xij. (Nota, mixturam hanc *peſſis* pluribus ſufficere.) Indantur penitiſſimè, & per totam noctem contineantur.

Suffitus *Suffitus* ex ſtercore ovillo prunis injecto, vel ex lixivio ſulphuris antimonii; excipiantur penitiſſimè per infundibulum multis foraminibus pervium.

Ad mēſum dolorem. *N. B.* Menſes aliquando non in totum ſupprimuntur, at *parcius* juſto fluunt, idque ſummo cum *dolore* dum erupturiunt. Ad *fluxûs auctionem, doloriſque præcautionem* f. ſequentia.

Fotus. Biduo ante Menſium eruptionem

foveatur

foveatur hypogaſtrium ab umbilico ad pubem *fotu* menſtrua ciente. V. g. ℞ rad. alth. lil. alb. ana ℥iij. rad. ariſtol. utriuſque gentian. enulæ, rub. tinct. cyclamin. cucum. aſinin. ana ℥ij. fol. chamæmel. virid. m. iij. fol. eupator. Meſue, coſti hortenſ. rut. matricar. nepet. artemiſ. calamint. puleg. regal. tanacet. ana m. j. ſabin. m. ij. ſem. lin. ℥ij. baccar. junip. ana ℥jß. f. ſacculi duo, quibus decoctis in aqua & vin. albo generoſo, additis ℥viij. aceti ſcillit. f. *fotus* per horam integram viciſſim applicand. mane.

Eo ipſo die quo erumpent, detur mane medicamentum ſeq. *Emmenogogon*; applicato poſt aſſumptionem fotu.

℞ trochiſc de myrrha ℈j. pulv. ſubtiliſſ. ſabin. ℈ß. croc. caſtor. ana gr. v. Mſ. & cum ſyr. de artemiſ. form. *pilul.* numero 5. deaurentur. addendo inter formandum ol. cinam. gutt. iiij. Capiat mane, ſuperhauſto vin. abſinthit. tantillo hor. 4. ante prandium. *Pilulæ.*

Potentius. ℞ trochiſc. de myrrh. ſabin. ana ℈j. baurac. gr. xv. ſal. artemiſ.

& coral. ana gr. vij. Cum ſucc. ſabin. vel rut. f. maſſa, addendo ol. cinam. & ſabin. ſtillatit. ana gutt. iiij. f. doſis.

Peſſus. *Peſſus.* ℞ fol. ſiccat. rut. ſabin. nepet. matricar. tanacet. ana ℥ß. rad. ariſtol. rotund. gentian. cyclam. bryon. ana ʒiij. myrrh. aloës ana ʒij. ambr. ʒß. moſchi ℈ß. zibet. gr. iiij. pulverizentur ſpecies, addantur odorata, atque iſtis farciatur ſacculus oblongus è ſyndone pro *Peſſo* ut a. e.

CAPUT XXIII.

De Paſsione Hyſterica.

Clyſter. C*Lyſter* ſeq. injiciatur. ℞ rad. Ariſtoloch. rotund. & bryon. ana ℥ß. fol. malv. alth. violar. parietar. ana m. j. ſummit. artemiſ. & trifol. odorat. ana m. ß. flor. chamæmel. hyperic. ſambuc. ana p. ij. ſem. aniſi, fœniculi, cumini, bacc. Laur. & Juniper. ana ʒij. f. decoctio & colatura: In cujus ℥xij. diſſolv. mellis vulvariæ & mercurial. ana ℥jß. ſacchar.

rubr.

rubr. ℥ij. vini muſcatellini ℥iij. mſ. f. *clyſter.* injiciend. hor. 5. p. m.

Proximo mane, ſi opus fuerit, *mittatur ſanguis* è brachio: poſtridiêque leniter *purgetur.* *Venæ ſectio.*

Vinum *Chalybeatum* cum radic. & herbis aperientibus & hyſtericis eidem infuſis apprimè utile eſt. *Vinum chalybeat.*

Apozema ſequens *ſpecificum* eſt.

℞ cortic. caſſiæ fiſtulæ optimè loti vino albo & à meditullio liberati contuſ. ℥j. ligni aloës ʒij. cort. rad. ſaſſafr. ʒjß. ſem. myrrhid. odorat. ʒij. f. omnium decoctio in ℔iij. aq. fontan. ad ℔j. conſumptionem, f. colatura, cui add. vin. Rhenan. non adulterati ℔j. ſp. ſulph. & ſal. gem. ſine ulla alterius ſalis additione præparati ana ʒj. ſal. card. bened. & artemiſ. ana ℈ij. mſ. omnia exactè, mox add. ol. tart. per deliquium præp. q. ſ. ut omnis aciditas penitùs extinguatur, agita; add. ſyr. flor. vetonic. rub. & flor. pœon. ana ℥ij. ſyr. moror. rub. Idæi ℥j. aq. cinam. cochl. j. mſ. Capiat ℥v. ſi poſſit, ſin minùs, iiij. bis in die *Specificum.*

dic longè à paſtibus per 6. dies vel plures pro re nata.

Aliud. *Sſpecificum* aliud (præcipuè pro innuptis) ♃ lienem bovis caſtrati ab omnibus pelliculis diligenter mundatum & in minima fruſta conciſum numero j. puleg. regal. matricar. rutæ, nepet. menth. ſiccorum ana ℥jß. eupator. Meſue ſive ageratí ℥j. ſeminum viticis & rut. ana ʒvj. His omnibus affund. vin. ſpir. ut ſupernatet 3. digit. Digere in balneo Roris per triduum. Cola, exprime, coagula ad mellaginem: cui add. croc. ſubtiliſſim. pulv. ʒiij. caſtor. opt. ℥ß. camphor. ʒij. Mſ. Redige ad pilul. conſiſtentiam ad uſum.

Emplaſtrum. ♃ maſſ. empl. pro * matrice ℥ij. gumm. tacamahac. ℥j. galban. in vin. Hiſpan. ſolut. & inſpiſſat. ʒj. pulv. ſubtiliſſ. trifol. odorat. ℈iiij. camphor. ℈j. mſ. & addit. tantill. ſtyrac. liquid. colati f. maſſa *Emplaſtr.* cujus portio extend. in aluta ovalis figuræ & applicetur umbilico pubem verſus. Umbilico autem indantur gr. ij. moſchi, & totidem zibet. bombace involuta: Geſtetur continuò, & octa-

vo

vo quoque die renovetur.

Iulapum hyſtericum ſeq. prodeſt in paroxyſmo. ♃ aq. ſtillat. bryon. ℥iij. menth. & hyſſop. ana ℥j. abſinth. ℥ij. hysteric. ℥jß. theriac. ſtillat, ſpiritûs caſtor. per infuſion. præp. ana ʒx. ſyr. flor. pœon. mar. & artemiſ. ana ʒix. ſp. vitriol. q. ſ. ad gratam aciditatem. Mſ. detur cochlear. unum & alterum pro ratione neceſſitatis in paroxyſmo. *Iulap.*

♃ aq. ſtillat. pomor. redolent. ℥vj. aq. hyſter. ℥j. ſyr. flor. vetonic. rub. & de cort. citr. ana ʒvj. ſp. vitriol. q. ſ. ad levem aciditatem: Mſ. pro 2. doſ. ſumend. hor. octavâ matutin. & quintâ p. m. longè à paſtibus. *Aliud.*

Pilulæ hæ ſunt efficaciſſimæ. ♃ rad. ariſtol. rotund. gentian. ana ʒj. aſæ fœtid. ſagapen. in vin. Canarin. ſolut. traject. & inſpiſſat. myrrhæ ana ℈iiij. rutæ, trifol. odorat. flor. matricar. & chamæmel. nobilis ana ℈ijß. fæcular. bryoniæ, cinamomi albi, flor. lavendul. cortic. exterior. citr. & aurant. debitè ſiccat. ana ℈ij. teſticulorum equi debitè præparat. ʒiij. *Pilulæ.*

Teran-

Terantur terenda ut alkool, omniáque miſta excipiantur ſ. q. ſucc. puleg. regalis cum ſacchar. inſpiſſat. ad mellaginem, & f. maſſa *pil.* ad uſum; adde gutt. pauc. ol. ſtillat. ſaſſafr.

♃ hujus maſſæ ℈iij. croci ſiderei fermentat. aloës roſat. ana gr. xlv. mſ. f. maſſula dividend. in novem part. æqual. pond. pro totidem doſ. ſumend. hor. 4. ante prandium ſuperambuland. Superbibatur hauſtus poſſeti calentis.

In hoc remedio perſeveret per dies novem vel plures pro facili tolerantia & ſucceſſu.

Alia. *Pilul. hyſter. magiſtrales.* ♃ baurac. fæcul. bryon. ana ℥j. pulv. ſubtiliſſ. ſabinæ, rut. puleg. regal. ana ʒv. ſem. matricar. ℈iij. cort. caſſ. fiſtul. cinam. inter. oſſium dactylor. ana ℈iijß. caſtor. ℈ij. ſem. paſtinac. major. trochiſc. myrrh. ana ℈iij. ſperm. ceti recent. ſal. artemiſ. ana ℥ß. ol. ſtillatit. ſabin. ſaſſafr. ana ʒj. ol. cinam. ſuccin. ana ʒß. teſtium equi condit. tertiam partem reliquorum (*viz.* ℥ij. ʒx. gr. x.) mſ. & cum ſyr. de artemiſ.

miſ. f. *pil.* Sum. iiij. vel v. duabus horis med.

N. B. Licèt moſch. & ambr. griſ. cæteráque odorata noxia ſunt odore, i. e. naribus admota, non autem in ſtomachum aſſumpta, ubi partem roborant, & diffuſis per vaſa vaporibus ipſum uterum recreant.

Inſtituatur *balneum* aq. dulc. in quo calido & probè tecto per noctem infuſa fuerint ſimplicia ſeq. Rad. alth. & malv. cum toto, fol. multa mercur. utr. atripl. betæ, chamæm. præſertim verò ebuli, & flor. multi ſambuc. Moretur in eo manè per hor. unam vel diutiùs prout vires ferant: nè ſit autem nimis calidum. Perſtet in hujus (alternis diebus renovati) uſu per plures dies. *Balneũ.*

Ante ingreſſum balnei indatur *peſſus* ſeq. qui per totum balnei tempus contineatur. *Peſſus.*

℞ fol. virid. mercurial. & vulvariæ ana m. j. rad. recent. ebul. ℥ij. agar. ʒij. Teranrur omnia in mortar. in pultem qua repleatur ſacculus oblongus ex ſyndone (vocata *Tiffany*) qui delibutus melle mercuriali indatur

tur peniſſimè propendente filo.

Suffitus. Tandem ſaphœnæ apertio, vel hyrudinum ad venas ſedales applicatio, ſi malum perſeveret, inſtitui poſſunt: ut & *ſuffumigationes* ex ſterc. ovin. ℥iv. croc. ℥ß.

CAPUT XXIV.

Fœminis Liberos gignentibus *Regimen & Remedia ſalutaria.*

Ad *Conceptum* promovendum.

CIrca medium à Menſibus intervallum ſiant ſequentia.

Poſt univerſalia, ſcilicet purgat. balneum, *&c.* Umbilico applicetur *Empl.* ſequens.

Emplaſtrum. ♃ gumm. tacamahac. puriſſ. ℥j. galban. in vino Malvat. diſſolut. traject. & denuo inſpiſſat. ℥ß. pulv. ſubtiliſ. cort. citr. & aurantior. ana ʒj. pulv. flor. lavend. caryophyl. ana ʒß. Mſ. & addito pauco oleo nuc. moſchat. per expreſſ. f. *Emplaſtrum* cujus portio

portio extend. in aluta pro *Emplaſt.* umbilical. Umbilico autem indantur zibet. gr. ij. moſch. gr. j. bombace involuta.

Ante ingreſſum lecti utatur *ſuffitu* ſicco ſequenti, per horæ ſemiquadrantem. *Suffitus*

℞ Ladan. puriſſ. ℥j. benzoin. ℥jß. ſtyrac. calamit. ℥ß. lign. al. ʒiij. lign. Rhod. juniperin. ſantal. citrin. ana ʒij. cort. citr. flor. lavendul. ana ʒjß. caryophyl. cinamom. macis ana ʒj. maſtich. oliban. ana ʒiij. gum. anim. balſam. Peruv. ſicc. ana ℥ß. f. omnium pulvis, addendo carbonis ſalicis ad pondus omnium.

Poſt ſuffitum indatur *Naſcale* ſeq. per totam noctem geſtand. *Naſcale*

℞ trochiſc. de gallia moſchat. ʒß. benzoin. puriſ. ℥j. ladan. ʒvj. pulv. ſubtiliſſ. nepetes, mentaſtr. majoran. ſalv. rubr. flor. lavendul. ana ʒij; cortic. aurantior. & citr. ana ʒjß. coagul. lepor. ſtercor. ejuſdem, cortic. Winteran. ſive coſt. caryophyl. cinamom. ana ʒj. f. omnium alkool excipiend. ſ. q. balſam. Peruv. nigr. F. veluti paſta inſtar maſſ. pilular. cujus

portio

portio ad quantitatem glandis maj. formâ oblong. includatur ſyndon. rariſſ. appenſo oblongo filo. I. *Naſcale* indendum ut dictum eſt, mane removendum. A remotione autem claudatur uterus ſuperapoſito linteo calente faſciâ colligato.

Electuariū. Amoto Naſcali capiat quotidie (donec menſes ſupervenerint) *Elect. Aphrodiſiaſtic.* ſeq. doſin, *viz.* inſtar caſtan. ſuperbibend. vin. Hippocrat. cum ſolo ſacch. & cinam. parat. hauſtulum, blandè ſuperambulando, dilato ad tres horas prandio.

♃ Rad. Satyrion. condit. myrobalan. emblic. condit. ana ℥j. zinzib. virid. condit. nuc. moſchat. condit. ana ℥ß. confect. alkerm. ʒvj. medul. nuc. Indic. recent. ʒvj. cortic. citr. & aurant. condit. ſiccor. ana ʒiijß. cerebel. paſſer. teſticul. gall. ſiccat. ana numero 34. pudendi cervi ab animali in Venerem ruente reſciſſi optimè ſiccat. ʒiij. renes ſcincorum numero 2. non putidos, magiſter. perl. cum oleo ſalis præpar. ʒij. baurac. natural. ʒiij. ambr. griſ. ʒj. pulv. elect. diambr. ʒij. Mſ. & cum ſyr.

ſyr. ex vin. Malvat. aut Malagenſ. ℥. *Elect.*

Fluentibus Menſtruis nihil moliatur: Caveat ſedulò à frigore externo.

Si alvus ſit adſtricta, moveatur Enemate leniente, cui ſemper add. vinum muſcatellinum.

Die à ceſſatione menſium ſecundo, deglutiat mane in lecto ovum ſorbile ſequens, ſuperhauſto vin. Hippocrat. momento, per totum diem ſe in lect. continend.

♃ Octo *ova* gallinæ gallo junctæ recens poſit. quorum germina ſeparata nono ovo aliquantulum coct. indantur; inſperſis pulv. nuc. moſchat. tantillo, ſal artemiſ. gr. v. & ambr. griſ. gr. iiij. Ovu.

Utero indatur *Naſcale* ſuprà præſcript. cujus apex ungatur mixturâ ex fell. perdic. & gall. ana ʒj. zibet. gr. viij. ambr. griſ. gr. x. moſch. gr. v. Per totum diem contin. in utero, & hypogaſtrium continuò foveatur pannis calidis.

Cœna ſit parca; comedat ſuccum coxæ vervecin. cum ovis Portugall.

cum

cum ambr. & pauco moſch.

Horis duabus à cœna tradat ſe ſomno remoto Naſcali, & rejectis omnibus aliis medicamentis, emplaſtro, *&c.* poſt primum ſomnum, præmiſsâ mariti titillatione & laſcivis amplexibus atque oſculis ad irritandum Veneris æſtum, coeat. Ne ſejungatur nimis citò à viro. Supina jaceat aliquandiu clauſis coxis. Mox blandè ſe convertat in latus dextrum, atque iterum ſomnum capeſſat.

Vir ungat glandem eodem linimento ex fellibus, *&c.*

Si irritus fuerit primo menſe horum effectus, ſecundo & tertio eodem modo repetantur præſcripta, uſque dum conceptus fiat.

Tempore *Geſtationis* agenda.

Victus. Bona ſit *Victûs* Lex: cibi boni ſucci & coctu faciles. Potus ordinarius eſto cereviſia lupulata defæcatiſſima: nonnunquam hauſtus vini clareti oligophori veteris. Rarò utatur potu præcalido & admodum generoſo; multo minus bibat Metheglin Cambric.

bric. generoſius aut herbis & ſpeciebus calidis medicatum, aliquóſve liquores quos Angli *aquas calidas* vocant. Iſta ſanguinem excalfaciunt, humores acuunt eóſque fluxiles reddunt, unde metuenda in partu hæmorrhagia, & poſt partum febris continua.

Conceptus retinetur pulvere ſeq. *Ad conceptum retinẽdum.*

Cancri fluviales vivi in olla vitreata poſt panis extractionem clibano immittantur (ſemel vel ſæpiùs) dum redigi poſſint in pulverem ſubtiliſſimum: cujus doſis ʒij. manc & ſero in cibis.

Si debilis *ventriculus* cruditatibus ſcatens & flatibus turgidulus, vel everri, vel corroborari poſtulet, conveniet blanda κάθαρσι ſemel aut bis in ſeptimana cum *pil.* ſeq. quas gravidis millies ſine ulla noxa, immo ſummo cum levamine exhibui. *ad nauſeam.*

Pil. pro gravidis Riverii.

℞ gum ammon. in ſucc. cydon. diſſolut. ℥j. aloës in lacte nutrit. ʒvj. maſtic. benzoin. ladan. ana ʒij. ſalis abſinth. ℈ij. cum miva aut ſapa cydoniorum

niorum f. maſſa. Doſis ℈j. immediatè ante levem cœnam.

Pil. ſtomach. Meſuæ ſunt etiam convenientiſſ. dummodo aloë in ſucc. cydonior. diſſolvatur. ♃ aloës ʒvj. maſtich. roſar. rubr. ana ʒij. cum ſyr. de abſinth. f. maſſa.

Sic velim. ♃ aloës in lacte nutrit. & coagulat. ʒvj. maſtich roſ. rubr. ana ʒij. ſal. abſinth. ʒß. Mſ. & cum mellagine ʒij. rhabarb. extract. per infuſion. in ſucc. cydon. limpidiſſimo, expreſſionem fortem, & coagulationem in balneo vaporoſo f. maſſ. pilular. Doſis ℈j. ad ʒß. ſumend. ut ſuprà ante paſtum.

Pulvis digeſtivus. A paſtu cap. aliquid vel cortic. aurant. & citri condit. ſicc. vel *pulveris digeſtivi* ſeq.

♃ cruſt. pan. alb. ſicciſſ. ℥j. ſemin. aniſ. & fœnic. dulc. ana ℥ß. ſem. coriand præp. ʒiij. magiſter. perl. & corall. dulc. ana ʒijß. roſ. rubr. ʒjß. cinam. interior. cortic. exterior. citr. & aurant. condit. ſicc. ana ʒij. ambr. griſ. ʒß. ſacchar. cand. quadruplum pondus omnium; mſ. f. *pulvis* utend. è

cochl.

cochl. horâ dimid. poſt ſingulos paſtus.

Immunis à *fiſſuris rugas* procurantibus & nimiæ cutis extenſioni ſuccedentibus ſervetur *Venter Pomato* ſeq. quo mane & in ingreſſu lecti venter linatur, ſuperpoſitâ faſciâ artificialiter paratâ ex pelle canina. *Ad vẽtris fiſſurar. pravẽtionem.*

♃ ped. vervecin. crudos, detractis tantùm per aquam bullientem pilis, numero 200. Confractis oſſibus bulliant in olla terrea ad putrilaginem. Refrigerato decocto colligatur ſupernatans pinguedo, quæ ab aqua ſedulò ſeparetur, de qua pinguedine cape ℔ß. ſpermat. ceti recent. olei ſine igne expreſſi ex amygdal. dulc. ſemin. cucurbit. melon. & pineol. ana ℥ij. medul. cervin. ſebi damæ, axung. ſuill. recent. ana ℥iij. ceræ granat. ℥ijß. Liquentur ſimul omnia, deinde in mortar. marmor. piſtillo buxeo feriend. agitentur donec f. inſtar unguent. *pomati*: addantur aq. roſar. & naphæ ad odoris gratiam & majorem albedinem. Servetur in pyxide vitrea ad uſum.

Partu appropinquante.

Noni menſis initio incipat paulatim corpus magis ac magis ante paſtus exercere: poſtea verò uſque ad partus terminum augeatur *exercitium* mane & veſperi, non tamen ad laſſitudinem importunam.

Victus. *Victus* ſit tunc temporis aperiens, & in juſculis diluatur tantillum croci.

Per totum nonum menſem in ingreſſu & egreſſu lecti linantur interius pudendum, os pubis, & oſſis ſacri cum oſſibus Iliorum connexio, ipſiúſque coccygis regio, *linimento* emolliente ſeq.

Linim. ℞ bulb. lil. alb. in fruſta ſect. numero 2. rad. alt. conciſ. ℥iij. fol. malv. virid. m. iij. ſem. lin. contuſ. ℥jß. verm. terreſtr. lotor. ℥iiij. ol. amygd. dulc. recenter extract. q. ſ. ut ſupernatet 3. digit. Digerantur omnia in B. vaſe vitreo per quatriduum: mox f. fortis expreſſio; de qua cap. ℔j. axung. ſuill. recent. pingued. gallin. recent. ana ℥iij. ſpermat. ceti, medul. ped. verve-

vervecin. prædict. ana ℥iiij. medul. cru[illegible] um vituli ℥ij.mſ. f. *unguent*. (inſtar Pomati) bene agitando in mortar. marmor. Servetur ad uſum tam ante partum quàm ipſo partu.

Incepturis partûs doloribus, ſi fieri poſſit, injiciatur *Clyſter* ſeq. *Clyſter.*

℞ quatuor emollient. ana m. j. artemiſ. m.jß. flor. chamæmel. & melilot. ana p. ij. ſemin. lini ℥ß. ſem. aniſ. fœnicul. ana ʒiij. f. omnium decoctio in jure capit. arietin. Cap.de colatur. ℔j. in qua diſſolv. Cathol. ℥j. ſacchar. alb. ℥ij. butyr. recent. ol. violac. vel amygd. dulc. ana ℥jß. vitel. ovor. numero 2. Mſ. f. *Enema*. Hoc remedio evacuabitur Inteſtinum, fiet fœtui via, diſſipabuntur flatus, & partes lubricæ ac molles reddentur,

In ipſo Partu.

Invadentibus doloribus primis quantum poterit ambulet, & premente dolore ſtet ad cathedram, vel nexis ad robuſtarum famularum collum & humeros brachiis, nitendo veluti egeſtura fæces alvi, adjuvet fœ- *Parturientis ſitus.*

tûs naſciturientis conatum. Mox ambulet; nec ad ſedile perforatum veniat, ſedeátve niſi aperto utero, & capite fœtus jam coronam oſtentante, ipſáque oſſa diducente: ſic enim & facilior erit & brevior labor partús.

Victus. Parentur jus Capi, Vituli, Vervecis, additis paſſulis, calendulâ, thymo, ſatureiâ, artemiſiâ, croco; & ſi longior ſit labor partûs, vires iſto alimento refocillentur. Vel fiat bromium (Chaudeau, *Caudle*) ex vino Rhenano, ovis, cinamomo, ſaccharo, additâ, ſi lubet, paucâ aquâ.

Fœtum & ſecundinã expellẽtia. *Reſtitante* fœtu, & evaneſcentibus partûs doloribus, dentur remedia fœtum expellentia.

℞ artemiſ. m. j. rut. p. j. ſabin. ʒj. f. decoctio in vino Rhenano; in colatura redacta ad ℥iij. diſſolv. pulv. oſſ. dactylorum & bauracis ana ʒj. vin. Hiſpan. ℥ß. mſ. f. hauſtus.

Aut dentur *trochiſc. de myrrha* ad ʒj. cum aq. artemiſ. & è rad. bryon.

In radicibus *dictamni Cretici* albis, quæ in pulverem redactæ iridem referunt,

ferunt, & in baurace maxima vis ad promovendum partum. Baurax innoxiè datur ad ℥ij.

In Italia datur *Mercurius crudus* ad facilitandum partum.

℞ aq. lil. alb. ℥v. ſacchari ℥ß. ctoci pulverizat. ℈j. ſabin. ʒß. mſ. f. hauſtus.

Oleum ſem. napi vetuſtate albidum, ſumptum cum aqua puleg. regalis conceptus falſos, molas, *&c.* excludit.

Eadem remedia *ſecundinam* morantem expellent.

Sit ſedula obſtetrix patienter tempus debitum expectans, non temeraria nec feſtinantior æquo.

Poſt Partum.

Pulvis ad Tormina ſequens exhibeatur immediatè poſt partum. *Ad Tormina.*

℞ Rad. conſolid. maj. ʒj. nucleor. Perſic. nuc. moſchat. ana ℈ij. ſuccini ʒß. ambræ griſ. ℈ß. f. pulvis de quo capiat ʒj. ex vino albo. *N. B.* Si in primo partu exhibeatur mulieri, nunquam patietur tormina

in partubus ſequentibus; ſi in aliis, imminuet.

Tormina præcavebuntur ſi poſtridie partûs ventriculo vacuo exhibeantur ℥ij. ol. amygdal. dulc. recent. extract. ſine igne, addito ſac h. cand. in vin. Rhenan. Idem remedium minori quantitate utiliter repetetur diebus ſubſequ. , quo etiam promovebuntur lochia, & alvus libera ſervabitur.

Tormina à partu mirè ſedat enema ex decoct. chamæmel. aniſi, anethi, cumini, cui addatur pars dimidia vini muſcatellini cum vitello ovi.

Ad mãmar. dolorem. ♃ ceræ novæ ℥ij. ol. nucum, olei ſem. napi diſtillat. vel potiùs expreſſ. ℥ß. liquetur primò cera, dein add. ol. & f. tela intingendo: applicetur juſtæ magnitudinis.

Ad lac fugandum. Per hor. 12. à partu *Mammæ* ſaltem tegendæ ſunt & fovendæ linteis calidis donec omnia reſederint, & quieverit commotio univerſalis totius corporis quæ fit in partu: poſtea applicanda mammis ſequentia, ſi *Lac fugare* ſtudueris.

♃ ceræ novæ, mell. commun. crud.

crud. ana ℥iiij. ol. roſat. butyri recentis ana ℥j. ſucci ſalv. & chærephyll. q. ſ. f. mixtura extend. ſuper umbonibus ex canabe optimè conſutis: f. embrocat. ex ol. roſ. & aceto ante applicationem: medicamentum calidè applicetur, tegatur linteis calidis, neque ante nonum diem removeatur.

Vel extenuantur mammæ *Terebinthinâ* lotâ in aq. roſ. & agitatâ cum *ovorum vitellis*, *croco* & *farinâ*.

Cataplaſmate ex *napis* & *oleo roſato* fugatur lac.

Emplaſtrum Diachylon Ireatum prodeſt, in Emplaſt. forma applicat.

Lac ex mammis citò fugant *folia nucum virid.* ſi cum iis bis in die mammæ tegantur.

♃ cimar. ſambuc. ſalv. menth. ana m. j. Coq. ad mollitiem, piſtentur pro cataplaſmate mammis imponendo.

Lens item in *aq. marina* coct. poterit apponi.

Item fit cataſplaſma ex *farina fa-*

bar. ervi, lupinor. cocta in oxymelite.

Ad *lactis coagulationem* applicentur ſequentia. ♃ fol. apii, cicutæ, vincæ pervincæ, buxi, chærephyll. ana m. j. bulliant in aceto acerrimo, deinde f. colatura.

Ad lactis coagulationem.

♃ Ol. roſar. liliacei. amygd. dulc. ana ℥j. acet. prædict. (in quo litharg. auri percoctum fuerit) ℥iv. mſ. & agita in mortar. marmor. ad linimentum, addendo camph. in parte olei diſſol. ℈j. & ſub finem, cerati albi refrigerantis Galeni, unguent. Roſ. Meſuæ ana ℥jß. mſ. & applicetur parti tumenti & duræ.

N. B. Camphora duris tumoribus dolentibus & inflammatis applicata, dolorem auget, & propterea nè applicetur in principio, vel augmento, ſed in fine ſtatûs & declinatione.

Vide num butyrum poſſit parari ex lactis cremore, in quo fuerint macerata cicuta, apium, vinca pervinca. ſenecio, & in magno dolore hyoſcyam. contuſ.

Flores fabarum coq. cum butyro recen-

recenti, ungantur mammæ. Servari poteſt in annum.

In *papillarum fiſſuris.* ℞ pingued. ex ſeginin. coriorum in aqua coctis ſupernatantis (Anglicè **Piece-greaſe**, Gallis *Surpoint*) q. v. Liquefiat ſæpiùs, & abluatur aquâ roſarum ad coloris & odoris mutationem, f. instar pomatæ: illinantur papillæ; citò ſiccat & cicatrizat. *Ad papillarũ fiſſuras.*

Poſt partum ſi magna ſuccedat *hæmorrhagia*, occurrendum revulſione per ligaturas brachiorum, cucurbitulas appoſitas ſub mammis, exhibitionem lap. prunel. in aq. plantag. vel in aq. hord. applicationem emplaſtri aut cataplaſmatis ex argilla, ſucco plantag. aceto forti ad regionem lumborum. Removeatur ceſſante periculo, nè noceat lochiorum expurgationi. *Si nihil nimis, committatur Naturæ negotium.* *Ad hæmorrhagiam.*

Pudendo applicetur illico poſt partum ol. hyperic. cum vitell. ov. è bombace.

Poſtea primæ ablutiones fluentibus lochiis f. cum ſalvia & chærephyllo coctis in vino albo & aqua:

deinde progreſſu temporis adminiſtrentur detergentia & tandem adſtringentia.

Ad lochia promovenda. Fotus ad *lochia promovenda.* ℞ rad. ariſtoloch. utriuſque, enul. bryon. ana ℥ij. fol. rut. artemiſ. ſalv. majoran. matricar. puleg. calamint. origani, nepetæ ana m. jß. ſabin. m. ij. chamæmel. totius m. iij. flor. roriſmar. cum ſummittat. ſtœchad. utriuſque, lavendul. ana p. iij. ſem. aniſ. fœnicul. ana ℥j. cortic. aurant. ℥ij. caryophyl. ʒvj. ſem. lin. ℥ijß. f. decoct. in 2. part. aq. & una vini Hiſpan. ſub finem addendi.

Si quid reſtet ex *Secundina*, extrahatur manibus Obſtetricis, vel eluatur injectionibus factis in uterum ex aqua hordei cui incoxerint pulegium, matricar. caprifolium, chamæmel. abſinthium, addito vino Hiſpanico & melle roſaceo & mercuriali.

Ad alvi aſtrictionem. Aſtrictâ *alvus* alternis diebus ſolvatur Enemate emolliente ex jure capitis vervecini, additis hyſtericis.

Victus. Ante quintum diem vel ſeptimum carni-

carnibus nè *veſcatur*, ſed ſolis juſculis alteraris hyſſopo, thymo; gelatinâ cum croco modico; panatellâ liquidiuſculâ.

Si *hæmorrhoïdes* ſæviant, ſequentibus leniri poſſunt. *Ad hæmorrhoidas*

Cæpe coct. ſub cineribus, piſtetur cum butyro recenti, vitel. unius ovi & pauco croco, & applicetur.

Vernix quo pictores utuntur, eſt remedium ſingulare in curandis hæmorrhoïdibus tam apertis quàm latentibus: debet autem in iſto vernice pannus lineus madefieri & admoveri.

Rad. chelidon. min. tuſæ q. ſ. cremoris lact. vaccin. q. ſ. Agita ſimul & f. cataplaſma.

♃ ol. ſem. lin. ℥j. opii ℈j. f. unguent. in mortar. plumb.

Album Græcum cum ol. roſac. in mortar. plumb. agitat. efficax eſt remedium.

Pulvis ſubtiliſſimus rubiginis ferri cum ſucco tapſi barbati applicetur.

De hæmorrhoïdibus autem conſulatur hujus Libri *Cap.* V.

N. B. Si natus *Infans debilis* fuerit, percutiantur nates & plantæ pedum. Ori autem indatur taleola Cepæ, quod eſt præſens remedium excitans.

CAPUT XXV.

De Fluore albo.

VIx à ſolo Utero procedit tantæ colluviei ſeroſæ jugis effluxus, ſed liquidum iſtud excretum ſecedit à toto Venoſo genere: Ideo ſiccandi, abſorbendi & divertendi Ichoris, maxima & continua eſt habenda ratio.

Nota. Hoc ſymptoma, quemadmodum Gonorrhœam, præſertim virulentam, potiùs detergendo quàm aſtringendo averruncare ſoleo; & ſane tutior eſt via, nè præſidio incluſus hoſtis deinceps ferociat, & ulcus faciat in renibus, veſica, utero, in quo ſæpe Cancer hac de cauſa generatur.

Humoris eva- Ad peccantis materiæ *evacuationem & diverſionem* facit, (1.) *Vomitus*

mitus ſæpiùs provocatus; aliquando, raro tamen, per validiora Emetica, ut ſunt Antimonialia. Vitriolum album aſtrictione roborat, & villos ventriculi firmat, neque impetuosè movet per inſeriora, ut ſæpiùs Antimonio contingit. (2.) *Sudoris provocatio* per diaphoretica potens eſt revulſivum. (3.) Per vias *urinæ* evacuatio electiva peccantis materiæ maximi eſt ad derivationem momenti. (4.) *Cauteria* etſi laudentur à plurimis, tamen non ſunt adeò inſignis effectûs, niſi manifeſta fiat à capite defluxio: tunc applicentur collo, humeris, brachiis. Vel ruentis in Uterum ichoris quæratur diverticulum & declive emiſſarium: Et tunc internis coxis quatuor digitis ſupra genua inurantur. (5.) *Purgatio* etiam hîc locum habet, per quam ducatur ſatis potenter tenuis humor, idque ſæpiùs repetitis vicibus.

Quod ad medicamentorum ſtadium decurrendum attinet, convenientiſſimus erit *ordo* ſequens.

Quemadmodum morborum fe-

rè omnium longiſſimorum primus eſt focus in ventriculo, ſic primarium illud eſt in in eorum curatione, ut univerſo corpori proſpiciens culina primò everratur, & ſuperfluitatum collectio quotidiana penè inevitabilis diligentiſſimè præcaveatur. Facilè *vomentium* ſors fœlix eſt, quippe per iſtam evacuationem antecedentium cauſarum incrementum antevertitur, earûmque in conjunctas impeditur tranſitus.

purgatio. Sequatur Vomitum *purgatio*, quæ abſolutè neceſſaria eſt (etiam ſæpiùs repetita) antequam ad *detergentia* & *ſudorifica* fiat tranſitus, quæ immediatè Catharticis debent ſuccedere.

Purgantium formulæ.

Bolus ℞ Terebinth. Venet. aq. roſar. ad albed. lot. ʒij. pulv. rad. petroſel. glycyrrhiz. & rhabarb. ana ℈j. camphor. gr. iij. mſ. f. *bolus* ſumend è cochl. cum ſyr. violar. hor. 4. ante prandium quatuor matutinis conſequentibus.

Pilula ℞ Maſſ. pilul. coch. min. ℈j. pulver. calomel. gr. xv. ol. aniſi gutt. ij. Mſ.

Mſ. f. doſis ſumend. poſt. bolos dict. *Pilul.* hæ ſæpiùs repetantur prout vires ferant.

Hydragoga fluori huic convenient: *viz.* Mechoacan. Jalap. ejúſque reſina, Scammonii reſina; Elaterium aliis catharticis, ut pilul. aggregativis, permiſtum ad granum unum & alterum; Iris Florent. ad ʒj. cum reſin. Jalap. gr. vij. ad x. aut reſinæ ſcammon. gr. v. Semen Ebuli, Gambogia, *&c.* Obſervando ſemper ut die purgationis circa horam ſomni cardiacum aliquod ex confectione alkerm. lap. bezoar, magiſter. perl. & corall. exhibeatur. *Simplicia purgantia.*

Notatu dignum eſt in hoc affectu tantam haberi debere ſeri rationem (quippe cujus copia in venoſo genere fluctuans, morbum fovet) ut ei evacuando ſtrenuè ſit incumbendum.

Corpore probè per ſedem purgato, utiliſſimæ ſunt ad everrendum & roborandum *aquæ Minerales* ferri & vitrioli virtutibus turgentes, quales ſunt Tunbrigenſes; quæ ſi deſint, licebit ejuſmodi arte parare. *Aq. minerales.*

parare. In corpore pituitoſo, ubi magis ſiccandum, aquæ Thermales ſulphureæ bibantur.

Diuretica. *Diureticorum* hic locus eſt, quæ ſint hujuſmodi.

℞ raphan. per taleolas ſect. ℔j. ſacchar. cand. ℥iv. cryſtal. mineral. ℥ij. Miſceantur in paropſide argentea, & excipiatur liquor ad uſum.

N. B. Hic liquor valdè fœtet, præſertim cum nitro: Ideo vel detur recens, vel ſine nitro, nè nauſeam moveat.

℞ Rad. apii recent. ℥iiij. rad. petroſel. taraxac. aſari ana ℥ij. alkekeng. ceraſ. ℥j. Infund. loco tepido per hor. 24. in ℔ij. ſeri lactis recenter clarif. deinde f. ebullitio ad ℔ß. conſumption. Colatura f. per manicam, in qua diſſolve liquoris prædicti ex raphano ℥iiij. Mſ. pro 4. doſ. ſumend. bis in die, ſuperambulando, per octiduum. Vel ſatius fortè fuerit manè tantùm iſtud diureticum exhibere in majori quantitate, nè ſi paullo poſt vel inter paſtus detur, coctionem præcipitet, & cruditatibus venas oppleat. Tunc ℔jß. ſit pro duabus doſibus,

ſibus, & addantur tantùm ℥ij. liquoris ex raphano.

Dum diuretica exhibentur, injiciatur *Clyſter* niſi fluat alvus per ſe, quod vix fiet, aliò diverſo ſero.

Nota, Cum hoc malo ſæpius complicari Gonorrhœam vel ſimplicem, vel virulentam; utraque tractanda erit juxta proprias Indicationes detergendo ſtrenuè & indeſinenter, ſed gradatim quoad gradum virtutis remediorum, & tandem ſiſtendo & aſtringendo ſive aſſumptis ſive injectis.

Detergentibus ſuccedant *ſudorifica*, quibus utatur ægra pro ἱυφοεἱας modo, per ſeptem vel plures dies. Sudorifica.

℞ antimon. diaphoret. Hartman. gr. xij. lap. bezoar. gr. vij. conſ. flor. vetonic. ʒj. diaſcord. ℈j. Mſ. f. *bolus* ſum. mane ſuperhauſto ſeq. liquore.

℞ aq. ſtillatit. card. bened. & Mariæ ſcabioſ. ulmar. ana ℥j. ſyr. vetonic. ʒvj. Mſ. f. doſis cum guttis ſex ſp. Vitriol. Provocetur in lecto ſudor ſuperpoſitis ſtragulis atque (ni aliàs ſatis manaverit) ad pedes appoſitis

lagenis.

lagenis aquâ calidâ plenis.

Interim victus ſit parcior, & niſi ritè fluat alvus, provocetur clyſtere.

Cereviſia medicata.

Cereviſia medicata *diaphoretica* talis ſit.

♃ ſarſæ ℥ij. rad. chin. ℥jß. raſ. guaiaci ℥j. ſaſſafr. ℥ß. nodorum abietis reſinoſ. ʒx. rad. pimpinell. & tormentill. ana ʒiiij. ſem. bardan. ʒiij. ſem. coriand. præp. ʒv. veronic. mar. & ſanic. ſicc. ana m. j. Omnia contuſa & conciſa craſſiuſculè, dividantur unciatim, ſingulæ unciæ indantur ſingulis lagenis lapideis ℔ij. capacibus, affundendo cereviſ. & bene obturando vaſa. Poſt infuſionem ſufficientem bibatur cereviſ. pro potu ordinar. in paſtibus & extra paſtus.

Vel ♃ ſarſæ ℥xvj. rad. chin. ℥viij. rad. filic. fœm. ℥xij. rad. aſperag. fœnicul. ruſci ana ℥iv. ſantal. alb. & rubr. ana ℥iij rad. ſymphyt. maj. ℥vj. raſur. ebor. C. C. dentis equi marini ana ℥ijß. ſummit. Archangel. alb. cum flor. ſophiæ, herniariæ, lyſimach. purpur. ana m. iiij. piloſel. auricul. mur. ana m. iij, agrimon. ceterach, cuſcutæ. meliſſ.

liſſ. ana m. ij. nuc. moſchat. ℥ij. ſquamæ ferri quater in vino Hiſpan. extinct. & in porphyrit. lævigat. ℥xv. Sicca omnia, conciſa & contuſa includantur ſacculo è tela rara, qui pendeat in Alæ generoſ. galon. decem, ſinatur fieri fermentatio ad perfectam uſque depurationem. Liquor limpidus includatur lagenis lapideis, quæ apprimè clauſæ ſerventur loco ſubterraneo.

Vel loco diætæ *decoctiones vulneraria* & ſiccantes manè ſumantur. *Decoct. vulner*

♃ Rad. chin. ℥ij. fol. veronic. maris, alchymill. buglæ, prunellæ, piloſell. millefol. agrimon. ana m. j. roſ. rubr. p. ij. ſantal. citrin. ʒij. lign. Rhod. ℥ß. f. decoctio in ſ. q. aq. font. chalybeat. Colaturam clarificatam levi cocturâ redige ad ℔ij. pro 4. doſ. matutin. Dulcoretur pauco ſaccharo. Continuetur hujus uſus per 20. dies.

Quoad *Victum.* Cibi ſint boni ſucci & coctu faciles, carnes aſſatæ potiùs quàm elixæ; panis bene coctus, bene fermentatus, ſale *Victus.*

le

le modicè conditus, additis ſeminibus paucis aniſi & coriandri, poſtridie coctionis ſaltem comedendus. Vitentur lacticinia, ſorbitiones multæ, potus largus, fructuum abuſus præcipuè ὡραίων. Vitentur etiam pinguia, mellita, ſaccharata, piſces mucilaginei & molles; ſi quos appetat, ſumantur durioris carnis, ſive marini ſive ſaxatiles. Abſtineat etiam ab acetariis, ſalſis, piperatis.

Exercitia. Violenta nè ſint exercitia, quæ lumbos præſertim fatigent. Peſſima animi pathemata, ira & mœror, cane pejus & angue fugiantur.

Siſtentia. Quoad *Siſtentia*, videndum ut tempore idoneo exhibeantur, id eſt ultimo; metus enim eſt nè à refluxu materiæ in viſcera, gravius incommodum ſuboriatur. Hócque incommodi habent aſtringentia, quòd obſtructiones augent, vel generant, & alvum aſtringunt.

In Siſtentium cenſu primas tenent ſuccinum, radix ſymphyti maj. tormentillæ, flor. lyſimach. purpur. ſantalum album, camphora tenuitate

nuitate valdè penetrans, & aëreâ atque igneâ vi inſigniter ſiccans, & agens in partes generationi dicatas, in quibus odore ſolo ſemen conſumere perhibetur.

♃ conſ. roſ. rubr. ℥iiij. conſ. flor. Nenuphar. utriuſque, Lyſimach. purpur. bugloſſ. ana ℥j. myrobal. condit. cortic. citr. condit. ana ʒvj. magiſter. perl. & coral. ana ℥ß. raſur. C. C. ʒv. ſuccin. alb. præp. ʒiijß. oſſ. de corde Cervi ʒvj. ſpodii C. C. ad albed. uſti ana ʒjß. croci Martis aperient. ℥iij. Mſ. & cum ſyr. cort. citr. f. *Elect.* de quo capiat æger inſtar jugland. mane & veſperi longè à paſtu. Vel *Elect.*

♃ conſ. roſ. rubr. flor. lyſimach. purpur. archangel. alb. vetonic. rubr. ſalv. ana ℥j. * *cryſtal. Martis* ℥ij. Mſ. & cum ſyr. moror. rub. Idæi & ſapâ cydon. f. *Electuar.* de quo capiat à ʒj. ad ʒij. quotidie mane. ſuperhauſto vini albi momento per plures hebdomadas.

* *Cryſtalli Martis.* ♃ limat. ferr. puriſſ. q. v. cui inſtilla paulatim & ſucceſſivè oleum ſulphuris, donec

nec nulla fiat ebullitio. Affundatur aqua pluvia diſtillata, f. diſſolutio; hanc filtra per chartam emporeticam, eique ſp. vin. permiſceto: Cryſtalli intra paucas horas decident ad fundum, quos in charta ſiccatos reponito ad uſum.

Abſorbentia Quæ *abſorbendo* ſiſtunt, ſiccitate pollent & terreæ ſunt ſubſtantiæ; *viz.* bolus, terra ſigillata, Lemnia, creta, interior pars alba & mollis concharum oſtrearum, mater perlarum, teſtæ & chelæ cancrorum, oculi cancri, ovorum teſtæ, coral. alb. (præſertim in fluore albo, ut rubeus in rubro) perlæ, C.C. calcinatum, oſſa omnia, præſertim humana, calcinata ad ſummam albedinem.

Crocus Martis corallinus, qui fit ex vitriolo Martis ad ſummam albedinem calcinato, eſt ſummum aſtringens in omni fluxu.

Incraſſantia. Siſtuntur etiam tenuium humorum effluvia eorundem *incraſſatione* ſive congelatione, quæ procuratur icthyocollâ, gum. tragac. ſpermate ranarum (non bufonum) idoneo tempore collecto & diligenter exſiccato

cato citra aduſtionem, ità ut poſſit in pulverem redigi; albumine ovorum itidem deſiccato; mucilaginibus ſem. pſyll. cydon. præſertim autem nenupharis, ubi gluten eſt copioſum. Fit gelatina ex lacte & icthyocolla, additis pulveribus ſubtiliſſimis ſantali albi, C. C. calcinati, ſpodii; additur parum ſacchari & concinnatur ferculum non ingratum: poteſt addi aliquid cinamomi. Eſt in fluore albo efficax, ſi bis in die ad uncias duas ad minus devoretur longè ab alimento.

Pilulæ ſiſtentes

Pilulæ hæ ſpecificæ ſunt. ♃ ſuccin. alb. præpar. ſantal. alb. ana ℥ß. C. C. calcin. ocul. cancr. præpar. corall. alb. præp. nuc. moſchat. ana ʒj. glycyrrhiz. Hiſpan. ſicciſſ. ʒj. gum. Anim. camphor. ana ʒij. f. omnium pulvis ſubtiliſſ. excipiendus ſ. q. terebinth. Venet. f. maſſa *pilular.* Sum. ad pondus ʒj. mane hor. 4. ante prādium, & in ingreſſu lecti horis tribus à levi cœna, ſuperhauſto vini rubri ſive clareti uſti cum ſacchar. & cinam. momento.

Aliæ.

Vel ♃ gum. guaiaci, animæ, ladan,

ladan. colophoniæ ana ℥j. maſtich. thuris, ſandarac. ana ʒiij. ſuccin. utriuſque flavi & albi præpar. ana ʒiijß. rad. tormentil. biſtort. ſymphyt. maj. filipendul. ana ℥ß. inter. oſſis ſepiæ, mandibul. Lucii, magiſter. perl. & coral. cum ol. ſulph. præcipitat. ana ʒijß. C. C. ad albedinem uſti ʒvj. croci Mart. aſtringent. ʒx. camphoræ ʒij. ambr. griſ. ʒjß. f. omnium pulvis qui excip. ſ. q. terebinth. Venet. f. maſſa *pilular.* Doſis ut ſuprà.

Tabellæ Haud minùs ſiſtunt *tabellæ* ſequentes. ♃ croci Martis optimi ℥ß. coral. rubr. præp. marg. præp. vel potiùs ſalis eorundem ana ʒij. lap. hæmatit. præp. ʒjß. bol. Armen. terr. ſigillat. ana ʒj. ſacchari albiſſ. duplum pondus omnium, Mſ. & cum mucag. gum. tragac. in aqua Roſar. extract. f. *tabell.* ponderis ʒij. Capiat unam mane & veſperi.

Narcotica. Iſta niſi profecerint, & ad *Narcotica* ſit deveniendum, concinnentur tales pilulæ.

♃ gum. guaiac. ʒiij. colophon. ℥ß. maſtich. ʒij. * *landan. dyſenteric.*

noſtri

noſtri ʒß. cum ſapa cydoniorum f. maſſa. Cap. ʒj. quotidie mane ſuperhauſto vini albi tantillo per 10. vel 15. dies.

N. B. Vinum exhibendum ad correctionem opii, nè *viz.* caput feriat & ſomnum conciliet.

* *Laudanum dyſentericum.* ℞ extract. opii ℥jß. extracti croci ℥j. tinctur. corall. ʒvj. magiſter. perlar. croci Mart. aſtringent. ana ʒiij. ambr. griſ. benzoin. ana ʒj. moſchi ʒß. Mſ. f. maſſa. Doſ. gr. iij. vel iv.

Quoad *Externa*, Ea ſunt *Cauteria*, *Inſeſſus*, *Suffitus*, *Metrenchyta*, & *Emplaſtra* Lumbis, *&c.* applicata. **Extern.**

De *Cauteriis* ſuprà dictum eſt.

Inſeſſus ex hyſtericis, paucis aſtringentibus & vulnerariis plurimis parandus eſt.

Suffitus ſiccus. ℞ maſtich. ſandarach. ana ℥ij. ſtyrac. calamit. benzoin. ana ℥j. lign. Rhod. ſantal. citr. ana ʒiij. Ladani puriſſimi ℥iij. carbon. ſalic. ℥v. Mſ. & cum mucag. gum. tragacanth. extract. in aqua Angelic. f. aviculæ Cypriæ inſtar digiti craſſæ & oblong. incendendæ ſ. a.

Suffitus humidus ex odoratis in ſella perforata exceptus etiam proderit; ut ex decocto lign. Rhod. raſur. junip. ſtyrac. benzoin. in vino albo, addit. caryophyll. nuc. moſchat, *&c.*

Metrenchytum. ℞ cort. med. querc. jun. ℥ij. radicum tormentill. & biſtort. ana ℥j. ſantal. citr. & rubr. ana ʒvj. fol. querc. tenell. potentillæ, plantaginis, centinod. ana m. j. Archangelinæ alb. m. ij. ſalviæ rub. m. ß. roſ. rub. p. iiij. Bulliant omnia in aqua fabrorum ℔vj. ad ℔ij. addendo poſt colaturam vini rubr. vin. Muſcatellin. ana ℔j. f. injectio bis in die tepidè, ter quatérve quâvis vice. Poſtea utatur idoneo ſubligaculo.

Emplaſtrum applicand. lumbis & oſſi ſacro. ℞ Ladan. puriſſ. ℥ij. rad. biſtort. ℥j. gum. Arabic. lap. hæmatit. battit. ferri in aceto præp. ana ℥ß. ſang. drac. maſtich. ſandarac. ana ʒvj. myrtil. roſ. rubr. ana ʒiij. olei glandium ceræ ana q. ſ. ut f. *Empl.*

CAPUT

CAPUT XXVI.

De Scirrho & Cancro Vteri.

LIcèt Medici veri ac rationalis ſit, Morbos præſentes curare, futuros præcavere, incurabiles non attingere, nè infamentur remedia quæ multis fuêre ſaluti: quoniam tamen *ſatius eſt anceps ac dubium experiri præſidium quàm nullum*, & Chriſtiana charitas nos vetat ægris opem poſcentibus denegare auxilium, Patientis voluntati mos gerendus eſt, eáque præſcribenda quæ teterrimam diriſſimi morbi hydram leniant ſaltem, ſi non extinguant & averruncent. Hipp. Celſ.

Cancros occultos (id eſt, vel non apertos, vel Uteri) non tangere melius: ſi enim tangas, moriuntur citiùs; ſi non tangas, diutiùs perdurant. Hipp.

Hoc affectu laborantes ſæpe conqueruntur de *dolore Lumborum & dorſi* ob Nervos qui à medulla ſpinali orti in uterum implantantur. At cur pars ſpinæ ſuperior dolet, inquies? *Dolor in dorſo unde.*

Nota, nervorum diſſectionem & diviſionem fieri in partibus ſuperioribus, (ita ut medulla ſpinalis ſit inſtar caudæ equinæ) licèt è ſpina prodierint in inferioribus; dolor autem ad originem uſque extenditur.

Vomitus. Ventriculus itidem ſæpiſſimè nauſeâ vomitúque afficitur per conſenſum ob ſextum par nervorum quod utrique parti inſeritur.

Purgatio. Si vires conſtent, *purgetur* pil. ex fol. ſennæ, tartaro chalybeato, pulvere rhabarb. jalap. exceptis extractis rhei, ſennæ & abſinth. Ad maſſæ hujuſmodi ℈j. add. gr. x. xij. xv. vel xx. pulv. calomel. At in iſtis non properandum, nam generoſa remedia validas vires poſtulant.

Si blandiùs purgare velis, detur ptiſana laxans clarificat. ex ſenn. ʒij. pulp. tamarind. ℥j. pulp. caſſiæ ʒvj. vel mann. ℥j. f. potio ut artis eſt. Aut detur dilutum caſſiæ ſolùm, factum cum ptiſana, & ſæpiùs per pannum trajectum. Conveniunt etiam ſyr. de pomis ſolutivus, de epithymo Auguſtanus, violarum ſolutivus, *&c.*

Clyſter. *Clyſteres*, ſive ad purgandum, ſive ad

ad diſcutiendum, ſive denique ad leniendum dolorem injiciantur, in parva ſint quantitate.

℞ juris omaſorum ℥iiij. vin. muſcatell. ℥ij. infuſ. croc. metal. ℥iij. ſal. gem. ʒj. f. *clyſter* (in ſcirrho) purgativus.

Clyſter, cui incoxerint plantago, ſolanum, papaver erraticum, agrim. herba Roberti, idque in lacte aut jure capitis vitulini, detur in parva quantitate (*viz.* ℥viij.) cum ſyring. aut veſica ſiphone brevi. Urgente ſummo dolore, in eo diſſolvantur gr. ij. iv. vj. Laudani. Nihil addatur pingue, ſed ſoli ovorum vitelli. Injiciatur hic clyſter quoties alvus pigra extiterit. Præterquam enim quòd ab adſtricto alvo pejùs ſe habeant ægræ, *clyſter* etiam rationem obtinet fotûs pro utero.

Si quid valet in *diſcuſſione*, certè *Mercurius* crudus in parva quantitate, ut primò ad ℈j. permixtus pil. fœtid. vel iſtiuſmodi, additis gr. x. vel viij vel vj. flor. ſulph. nulli ſecundum eſt ad complendam iſtam intentionem diſſolvendi medicamentum. Da audacter *Vſus Mercurii.*

 ſæpiùs

ſæpiùs ſine metu ptyaliſmi, qui quamvis ſuperveniat, nihil nocebit.

Electuarium. *Electuarium* hoc *roborans* eſt ſpecificum adverſus Cancrum, ſumend. mane & veſperi inſtar avellanæ majoris: ♃ lact. ex æquis partibus ocul. cancr. perl. & corall. cum aq. veronic. præp. ℥ij. cancr. fluviatilium ad albedinem calcinator. chel. cancr. marin. nigr. in apice ana ℥j. diaphoretici vulgaris optimè præp. ℥jß. milleped. præpar. raſur. dent. equi marin. viperinæ carnis præp. ana ʒx. cornu cervi ad albedinem uſti, raſur. cran. human. uſti & non uſti ana ʒvj. rad. gladiol. ſcrophular. utriuſque, filipendul. ſpong. bedeguar. ſicc. ana ʒv. lapid. lazul. gagat. & ſmaragd. præp. ana ʒvij. Mſ. & cum ſyr. fact. ex ſuccis pedis-columbin. & veronic. utriuſque, f. *Elect.* inſtar Opiatæ.

Viperarũ caro. *Viperarum caro* magni eſt momenti in curatione Elephantiaſis quæ eſt Cancer univerſalis, quidni earum ferarum uſus etiam conveniet in cancro particulari cum idoneis vehiculis?

Chalybeata In junioribus quibus menſes, naturæ lege, non ceſſaverint, *Chalybeata*

(cum

(cum menſes moventibus) principem locum obtinent; (nihil enim chalybe potentius ad internos ſcirrhos emolliendos & abſumendos) ſenioribus autem (fluxum menſtruum non patientibus) non æquè proſunt.

Victus ſit boni ſucci; alimenta quæ facilè coqui & citò diſtribui poſſint, exhibeantur. Ut gelatina ex carnibus & cornu cervi. Juſcula conſummat. Jus carnium diſtillatum per deſcenſum, expreſſum, colatitium, reſtaurans. Panatella. Ova ſorbilia. Emulſiones. Amygdalogala. Hordeatum, *&c.* *Victus.*

Cerevisia medicata in uſum ordinarium ſit talis. ℞ ſarſæparill. ℔j. rad. filic. fœm. rad. cannæ Hiſpan lign. lentiſc. ana ℔ß. rad. ſcrophular. majior. filipend. ſigill. Solomon. ana ℥iv. lign. ſaſſafr. ℥ij. raſur. dent. equ. marin. C. C. & eboris ana ℥iij. fol. agrimon. ſanicul. veronic. utriuſque ceterach ana m. ij. ſummit. roriſmar. p. iij. nuc. moſchat. ℥j. Alæ galon. x. ſucc. naſturt. aquat. & cochlear. ana ℔ijß. Sinatur fieri fermentatio. *Cerevisia medicata.*

Paſſulatum ex aqua chalybeata utiliter pro potu ordinario propinari

 poteſt.

poteſt. Aqua autem calens projiciatur ſupra paſſulas Damaſcenas, & f. fermentatio donec vinoſum habeat ſaporem. Vinum item gilvum oligophorum aquis Spadenſibus dilutum. Serum etiam lactis clarificatum, cum ſyr. de pomis redolentibus. Aquæ denique in *VVellenborough* prope *Ashby* in Comitatu *Northampton.* conſtantes ex ferro multo, vitriolo pauco, & alumine aut nitro, multùm valent.

Ad dolorem ſedandum.

Cùm *dolor* ſit ſymptoma maximè plerumque urgens, ad hunc *ſedandum*, Laudanum exhibeatur vel per ſe ad gr. j. ij. iij. iiij. quia aſſuetudine tandem natura ejus uſum ſpernet; vel cum conf. de hyacinth. vel cum diaſcord. ℈j. bene fermentati, ita ut non fœteat aut galbanum ſapiat. Abſtinendum ab opio quia venenatum, caput valde ferit, pruritum excitat, torpidum reddit corpus, unde ægra manus, tibias, pedes manifeſtè frigidos ſæpe ſentit.

Dolor etiam à ſemicupio imminui poteſt: *viz.* In lacte & aqua coquantur ſolanum, plantago, hyoſcyamus, tapſus

tapſus barbatus, piloſella, herba Roberti, flos papav. errat. nenuphar. fol. ſalicis, vitis, cicuta, cynogloſſa, ſem. lini, pſyllii, cydon. &c. In decocto tepido mergatur corpus dimidium, urgentibus doloribus: Iſta enim Narcotica & dolorem ſedabunt, & tumorem emollient, & (ſi hæmorrhagia adſit) ſanguinem ſiſtent, nec oberunt viſceribus.

Lenitur etiam dolor ab Emulſionibus: ut. ♃ medull. ſemin. melon. recent. ℈iij. ſem. papav. alb. in aq. roſar. infuſ. per tres hor. ℈ij. amygd. dulc. recent. mund. par. iij. terantur in mortar. marmor. & affuſis ℥vj. aq. ſtillatit. lactis f. Emulſio, in qua colata diſſolv. ſyr. de mucilag. ʒx. Mſ. f. hauſtus ſumend. cum dolor ſævierit. Vel ſi magis anodynam velis, pro ſyr. de mucilag. adde diacodii ʒvj. vel ℥i. præcipuè veſperi.

Si *tumor* durus in *Epigaſtrio*, alterutrôve inguine tactui ſe offerat. ♃ ung. de alth. ſimpl. ℥jß. pingued. capon. ol. amygd. dulc. & lil. alb. an. ℥ß. ſperm. cet. recent. unguent. è flor. aurant. ana ʒiij. Mſ. f. litus pro unctione partis du- *Ad tumorem Epigaſt.*

 ræ

ræ & dolentis mane & in ingreſſu lecti, diu multúmque manu leviter in gyrum fricando, ſuperpoſito Emplaſt. ſeq. quod ſuperinducta faſcia idoneâ contineatur.

℞ Maſſ. Empl. de ammoniac. ℥ij. cerat. ſantalin. rec. ℥j. gum. carann. ʒß. liqueſiant ſimul, adde ceræ in ſucco abſinth. & acet. ſtillatit. coct. ad ſucc. cor. conſumptionem q. ſ. f. Empl. cujus portio in aluta molli extendatur, & tumefactæ parti applicetur.

Vel applicetur (noctu) cataplaſma ſeq. ℞ rad. alth. & lil. alb. ana ℥iiij. fol. ſigill. B. M. ſive bryon. utriuſque, ſcrophul. maj. ana m. ij. fol. chamæmel. rut. abſinth. ana m. ijß. malvæ m. jß. cicut. totius & hyoſcyam. ana m. iij. Conciſa omnia indantur ollæ fictili vitriatæ cum axungiæ ſuillæ recent. ℔iiij. alæ fortiſſim. ℔iiij. Coq. mediocri calore ad alæ conſumption. & herbar. putrilag. Exprimatur pinguedo, cujus refrigeratæ pars purior à fæculentâ ſeparata ſervetur ad uſum.

℞ rad. recent. ſcrophul. maj. & min. ana ℥iij. rad. recent. ſigill. B. Mar. ℥iiij.

℥iiij. rad. bryon. itidem recent. ℥ij. piſtentur omnia exactiſſimè & per ſetaceum trajiciantur: add. farin. ſubtiliſſ. ſem. lin. ℥iv. axung. ut ſuprà præparat. ad pondus omnium, ſive ℥xvj. Subigantur exactiſſimè in mortar. lapid. & f. cataplaſma. Inter terendum autem add. croc. ſubtiliſſimè pulverizat. ℈ij.

Si *tumor* in *vagina* vel circa orificium Internum ſit, vel partes hæ ſint duræ, vaginæ injiciatur liquor ſeq. *Ad tumorem in vagina.*
℞ ſucc. ſalv. ℥iv. aq. ſtillatit. caprifol. & vini de Malaga ana ℥vj. flor. & ſummit. roriſmarin. m. j. mellis roſat. ℥iv. bulliant ſimul ad deſpumationem mellis lento igne, liquor clarificetur ſervandus ad uſum.

Ad duritiem emolliendam & tumorem diſcutiendum valent etiam ſequentia: vaporarium cum emollientibus, diſcutientibus hyſtericis. Spongia imbuta decocto emollienti vaginæ immiſſa. Peſſus cum ſtyrace liquida & pulveribus ſyndone involutis. Semicupium cum menſes provocantibus tempeſtate idonea. Mercurialia per os. Suffitus Mercurialis,

qui excipi poterit in ſella perforata.

Ad hæmorrhagiã. Si *hæmorrhagia* adſit, injiciantur ſucci urticæ mortuæ ſive lamii, plantaginis, ſophiæ Chirurgorum, *&c.* cum croco Martis, Laudano, hypocyſt. acac. *&c.* Applicetur item lumbis cataplaſma ex argilla, aceto & ſucc. plantag.

℞ cort. granator. balauſt. ſumach. ana ℥j. nucum cupreſſi ʒvj. roſ. rubr. myrtill. ana ℥ß. f. decoctio in aqua chalybeata (ut Fabrorum.) Cum hoc decocto extrahatur mucago ſem. pſyll. & cydon. Mucilaginis hujus ℥ij. adde acaciæ, hypocyſt. ana ʒß. diſſolut. in aq. roſ. f. injectio per metrenchytum. Patiente ita poſito ut medicamentum non effluat, quod erit in parva quantitate & ſatis ſpiſſum injiciendum. Statim autem ab injectione indatur Naſcale ex ſpongia molli involuta ſyndone, (cum filo) quæ affluente humore inflabitur, & pudendum magis magiſque claudet.

ad cancr. ulceroſum. Si Cancer jam *ulceroſus* factus fuerit, f. injectio ſeq. ℞ ſterc. vaccæ gramen depaſcentis, recentis, ℔x.

ſucc.

ſucc. ſymphyt. maj. veronicæ, plantag. ſolani, ſempervivi utriuſque ana ℔ij. ſucci portulac. ℔iv. Mſ. f. diſtillatio in alembico plumbeo. Cape de hac aqua ℔ij. phlegmatis aluminis, vitrioli, & ſpermatis ranarum ana ℔j. tapſimel. ℥vj. aloës, ſalis Saturni dulcis, (*i.e.* per triplicem in aqua aluminoſa diſſolutionem & coagulationē præparati) ana ℥j. Mſ. pro injectione facienda in parva quantitate per ſyphonem. Si velis ut magis adhæreat, adde mucag. ſem. pſyll. cydon. & nenuph. vel gum. Arabic. pruni, ceraſi, diſſolut. in aqua roſarum. F. injectio bis in die claudendo ſpongiâ prædictâ, quæ digito blandè adigi poterit uſque ad ulcus dummodo propendeat filum.

Vel ♃ fol. agrimon. caprifol. herb. Robert. ana m. j. chelidon. maj. m. ij. apii m. ß. roſ. rubr p. iij. fl. ſambuc. hyperic. chamæmel. melilot. ana p. ij. hord. integr. p. ijß. f. omnium decoctio in ℔iij. aq. ad tertiæ partis conſumption. In colatur. diſſolv. mell. caprifol. ſyr. de roſ. ſicc. ana ℥ij. vini de Malaga infuſionis glycyrrhiz. Anglic.

glic. ℔ß. Mſ. pro injectione facienda per ſyphonem bis terve in die, ter quâvis vice tepidè.

Suffitus. ℞ maſtich. ℥j. ſandarac. thuris ana ℥ß. balſam. alb. ſicc. tereb. ſicc. ana ʒiij. ladani ℥ij. antim. ℥jß. cinnab. ℥j. ſtyrac. calam. benzoin. ana ʒiijß. carbon. ſalicis ad pondus omnium, f. pulvis (ut alkool.) excip. mucag. gum. tragacanth. extract. in aqua meliſſ. & roſ. Fiant avicul. pro ſuffitu, excipiendo ſemel in die in ſella perforata.

APPEN-

APPENDIX.

De Variolis.

PRocedit hoc malum à ſanguinis ebullitione, quæ ſi contingat in corpore ſano, Naturâ exiſtente robuſtâ, facilis fit ad habitum humoris morbifici expulſio, facilis & cita ſuccedit expulſi concoctio, püſtulæ celeriter ſua decurrunt tempora, & ſine ullo pravo ſymptomate intra paucos dies Natura ſuperato hoſte victrix triumphat. E contra, ſi corpus cacochymum ſit, & pravi ſucci heterogenei commiſceantur, internæ excitantur turbæ, quæ in ſingulas partes gravem deponunt ſarcinam. Major eſt malignitas quando peſtilens eſt aëris conſtitutio, & in vulgus contagioſi ſæviunt morbi, aut Epidemiæ Papulæ iſtæ graſſantur. Tunc pertimeſcenda ſunt gravia mala, Febris, Vomitus, Hæmorrhagia *Morbi hujus cauſæ & ſymptomata.*

rhagia

rhagia ingens, Delirium, Convulſio, Syncope, Diarrhœa utplurimum funeſta, Angina ab humoris μετάςάσει, Suffocatio, præſertim circa morbi ſtatum, puſtulis matureſcentibus inflatis, & in ingentem tumorem ſublatis facie totâ, collo, gutture, & anguſtatis faucibus, licèt paullò ante mortem valdè præcipitem & utplurimùm inexpectatam liberè reſpirent, nec difficulter admodum deglutiant ægri.

Vidi quendam, in quo poſt caſum Variolarum, quibus à capite ad pedes totum corpus ſatebat, decíduis primis cruſtis, factâ novâ ebullitione, eadem puſtularum quantitas præcedentibus ſucceſſit, bonis tamen ægri rebus.

Duo ſunt maximè periculoſa tempora, initium eruptionis, quo tempore fiunt Convulſiones, & alia gravia ſuccedunt ſymptomata: alterum à nono ad undecimum quando matureſcunt puſtulæ. Tunc inflantur caput, fauces & collum, tumet facies, reviviſcit febris, & multi materiâ retrocedente in pulmones, quaſi fulmine icti,

icti, ſuffocantur.

Ad *Præcautionem* in corporibus in quibus nulla adhuc apparent morbi ſigna, non neglectâ in plethorico & ſanguineo ſubjecto phlebotomiâ, in cacochymo purgatione blandâ, ſequentia videntur eſſe ad uſum. *Ad præcautionem.*

Victus ſit refrigerans, detur juſculum vel poſſetum alteratum acidis, acetoſâ triplici, oxytriphyllo, berberis, omphacio uvarum, portulacâ, limonibus; hiſce juſculis permiſtum nitrum cryſtalinũ cum ſaccharo refrigerabit, & ſalem volatilem ammoniacum, fermentationis authorem, per vias urinarias cum lotio deturbabit. item nitrum utiliter permiſcebitur cereviſiæ pro potu ordinario propinandæ. *Exercitia* ſint valdè moderata, neque fiat quicquam quod calorem nativum augeat mutétve in igneum, aut citra febrem etiam procuret in humoribus, excitato ipſorum ſulphure, incendium. *Victus.* *Exercitia.*

Bonum eſt *fluidam* habere *alvum*, ut in corporibus impuris, ſi Variolæ contingant, imminutâ humorum putrium & acrium ſarcinâ, Diarrhœa præca- *Alvus fluida redd.*

præcaveatur: idcircò operæ pretium erit, vel ſubinde alvum *Enemate* eluere leniente ſaltem & blando, vel tertio quartóve quoque die ſumere *pilular.* ſequent. doſin.

℞ maſſ. pil. Ruffi ſive peſtilent. ʒij. maſtichin. Fernel. * Gran. Angel. ana ℈j. ſal. card. bened. ℈iv. Mſ. & cum ſyr. de cichor. comp. cum rhab. f. maſſa *pilular.* cujus doſis eſto à ℈j. ad ʒß. vel ℈ij. Dentur autem vel horæ quadrante ante levem cœnam; vel iis quibus metus eſt, ne per noctem ſolvatur alvus, horis 2. poſt dictam cœnam.

Quotidie mane detur ʒß. ℈ij. vel ʒj. robuſtioribus ſeu adultioribus maſſæ ſeq.

Pilulæ prophylactica. ℞ rad. tormentill. ʒß. bezahar cervin. vitriolat. C. C. philoſoph. calcinat. ana ʒij. corall. rub. ocul. cancr. vulgari modo præpar. diamargarit. vitriolati vel nitrati ana ʒj. cryſtall. acetoſellæ ſylv. & oxytriphyll. ana ℈iv. lap. bezahar occident. ʒjß. f. omnium alkool excipiendum ſ. q. ſapæ cydoniorum, vel ſi deſit, ſyr. de lujula aut de limon. fiátque maſſa *pilul.* ſervanda in vaſe vitreo ad uſum. Superbibatur poſſetum

tum præparatum cum acetoſellis di-ctis, aut ſucc. limon.

Perſeverent *præcautionis* avidi in hoc remedio per dies & ſeptimanas, donec tempeſtas iſtius infortunii ferax pertranſierit.

Statim ab initio, & etiam ubi adeſt magna plethora, quamvis Variolæ incipiant erumpere, *mittatur ſanguis* è brachio, ſi tardè fuerit vocatus Medicus, præſertim ſi cauſa procatarctica fuerit calor, à Vino, ab ira, à vehementi exercitio, ab Amore, & ſi valdè facies rubeat. *Curatio. Venæſectio.*

Præmittenda etiam *Purgatio* (& cum opus, *Vomitorium*) prout ea poſtulat artificioſa indicatio. *Purgatio. Vomitus.*

Duplici viâ in hoc affectu Medico ipſum ex arte curaturo eſt procedendum. Benignius enim malum leviora tantùm poſcit, quæ efferveſcentiam ſedent, non neglectâ tamen eâ, quæ medentis oculis continuò debet obverſari, malignitate. Utrique proſpicient acida ſeu vegetabilia, ſive ſpiritus ſalium mineralium, & ea quæ abſorbendo fermentationi reſiſtunt, qualia ſunt pulv. chel. cancr. marin. *Specifica.*

maj.

maj. conſtellat. ocul. cancr. ſeu lapides aſtacorum, diamargarit. vitriolatum, ſpir. nitri in oſtreis coagulat. cryſtalli acetoſellæ ſylv. & oxytriphyll. quibus utiliter permiſceri poterunt lap. bez. uterque, C.C. vitrioſat. idem philoſophicè calcinatum, terra Lemnia, Bleſenſis, Strigenſis, cæteráq; iſtiuſmodi, quæ in primis qualitatibus nullam inſignem habent exuperantiam.

Sed ubi validi juſta eſt veneni ſuſpicio, tunc etiam validioribus pugnare convenit, & prædictis nunquam omittendis fortiora erunt permiſcenda: qualia ſunt lap. & rad. contrayerv. rad. piſtoloſchiæ ſeu viperinæ Virginianæ, &c. Viperina debitè præparata & temperata omne ferunt punctum.

Purgat. Vomitus. *Diaphoretica* quæ ad habitum pellunt primis diebus uſurpanda, niſi aliquid reclamet, ut nimius ſudor.

♃ viperar. gr. xxx. C.C. philoſoph. calcin. ludi humani, oſtracomel. margaritifer. ana gr. xij. cochinel. gr. vj. Mſ. f. pulv. ſubtiliſſ. pro una doſi.

♃ oſſ. cord. & hepat. viper. gr. xx. ludi humani, vel, ſi deſit, bezahar. or. Cornu Cervi reſtibilis ab aqua cardiaca,

diaca, calcis mellit. matris perlar. vel cort. ovor. gallinæ Indicæ vel domeſticæ, C.C.C. ad ſummam albedinem ſulpharat. vel vitriolat. ana gr. xij. cochinel. gr. iv. Mſ. pro una doſi: f. paſtillus cum gelatina C. C. vitriolat. Superbibatur poſſetum alteratum calendulâ, ficubus, fol. & cort. maculoſo betulæ arboris, echio, lentibus, ſcordio, laccâ è bacillis, eruca, & croco pauco, idque uſque ad tertium vel quartum diem ad ſummum à primâ eruptione, blandè excipiendo, non violenter provocando ſudorem.

In magno periculo *Veſicatoria* magna plura applicentur, v. g. ſupra humeros unum, ſupra epomida duo, ſupra carpos duo, ſupra genua, & ſupra malleolos internos quatuor. Attrahe ad pedes revellendo à corde & cerebro columbis ſolcis applicat. vel ſinapiſmo. *Veſicator.*

In frequenti, brevi, & *difficili Reſpiratione* non ſine ſuffocationis periculo, vel ſi in variolarum maturatione inflammatio ingruat ſumma, aut tumor Eryſipelatodes caput occupet, ſine mora præſens præcaveatur periculum *Ad dyſpnœam*

culum applicatione hirudinum ſub auribus ad jugulares venas, aut ranularum apertione, quæ venæ ſub lingua ſectæ aliquando miram ſanguinis plus æquo excalefacti, & dum impenſius fervet quâ data porta ruentis, quantitatem, vel ad aliquot libras, fundunt: (Comitiſſa Bedfordiæ moribunda ultra ℥xx. Comitiſſa Carliſle plusquam ℥xij. fudêre, (præter plures alios quos, brevitatis causâ, omitto) utraque poſtquam convaluerat, ſe huic phlebotomiæ vitam debere confitebatur) quo in caſu ſiſtenda *hæmorrhagia* oris collutione cum oxycrato & aq. ſperm. ranar. aut, ſi deſit, ex ſucc. plantag. cum aceto & alumine. Si perſeveret fluxus, applicandus vulneri Pulvis pulvillis exceptus ex oſſibus ad albedinem calcinatis, cretâ & paucâ calce vivâ. Utplurimùm per ſe ſiſtitur ſanguis, ſed Medicum omnia in rem præſentem ad manum habere operæ pretium duco, atque cæteros meo exemplo, cui ſæpe ſæpiùs occurrit hoc ſymptoma, cautos eſſe moneo.

Ad hæmorrhagiam.

Cardiaca. Inter *Cardiaca*, (quæ etſi circa morbi initia potiſſimùm valeant, attamen

tamen vel eo progreſſo minimè ſunt contemnenda) primas tenet antimonium,& inter innumeras ejus præparationes pulvis à Crollio deſcriptus.

Quod ad faciem, puſtulæ primò maturandæ ſunt, deinde poſt purulentæ materiæ effuſionem ſiccandæ. Utrique intentioni ſequenti ſoleo ſatisfacere methodo. Ad perfectam uſque maturationem emolliente & relaxante litu ſingulis penè horis faciem penicillo inungo tepidulè; linimenti materiam dant laridum debitè præp. ol. amygd. dulc. butyr. Maial. pinguedo gallinæ & anſeris, medulla pedum vervec. ſperma ceti. Turgidula pure albo, lævi & æquali exanthemata forficibus reſeco, & deterſa adprimè uſcuſcula exſiccantibus vel inungo, vel abluo, donec cruſtæ deciduæ macularum rubrarum & veſtigiorum reſtibilium depulſionem ſuadeant. *Ad cicatrices præcavendas.*

Siccantia potentiora vel ſeorſim vel mixtim uſurpanda mihi ſunt: creta cum lactis crem. rec. ſubacta, flor. ſulphuris ung. pomato excepti, ung. ex calce extinctâ & ol. roſ. completo vel ol. nucum citra vim ignis expreſſo, vel

etiam

viæ vel communis ſtillatit. quantitas quæ ſupernatet vj. digitis, ſtent in infuſione ſuper balneo vaporis per hor. 24. liquor infuſionis decantetur: affundatur novus ad omnimodam tincturæ extractionem: f. fortis magmatis expreſſio.

Liquoribus junctis addantur mann. Calabrin. granat. ℥xvj. ſacchar. cand. pulver. ℥xxxij. Addatur etiam ſyrupus prædictus ſpinæ cervinæ, commiſceantur omnia, & lentâ coctione ſedulò deſpumando in lebete idoneo f. ſyrupus perfectè coctus. Inter coquendum autem duo noduli ſint in ſyrupo ſedulò ſæpiùs exprimendi, in quibus contineatur tota materia ſequens:

℞ cinamom. interioris ℥j. zinzib. ʒiij. macis, caryophyll. ana ʒij. ſem. coriand. & aniſi ana ʒvj. calam. aromat. veri, ſantali citr. ana ℥ß. flaved. citri & aurant. rec. fl. lavend. ana ʒiv. Nodulus relinquatur in ſyr. perfecto per aliquot dies; poſtea ſyr. coletur per canaputium, eique in lagenam lapideam effuſo indatur innatetque alter nodulus continens ambr. griſ.

griſ. ʒß. moſchi orientalis gr. vj. Doſis ab ℥j. ad ℥ij.

N. B. Uſus hujus ſyrupi eſt in Lepra, ſcabie prava, impetigine, lue venereâ, paralyſi, dolore iſchiadico, & ſimilibus morbis pertinacibus, ut in hydrope, quartana, *&c.*

Poteſt dari aliquot diebus conſequentibus, incipiendo à minori quantitate, & paulatim augendo, pro ratione operationis. Jungitur cum decocto ſennæ utiliter.

Species diacymini, p. 27.

℞ ſem. cymini, rad. ſaſſafr. cum cortice ana ℥j. cinam. inter. ℥ß. caryoph. ʒij. galangæ, zedoar. angelic. (ſi validior ſit radix, ſumatur ſemen) menth. hortenſ. nuc. moſchat. cardamom. ana ʒiij. rutæ ʒij. ambr. griſ. ʒj. moſchi ʒß. Mſ. f. pulvis ut alkool in vaſe vitreo fideliter obturato ſervandus.

Pilula Catholicæ, p. 37.

℞ fibr. rad. elleb. nigr. veri ℥ij.

pulp. colocynth. ℥iij. Coq. in phlegmate reſtibili poſt diſtillationem aq. aniſi factam cum aq. vitæ, quod phlegma 4 digitis ſupereminеat; poſt medietatis conſumptionem f. expreſſio coagulanda in cineribus ad mellaginem ſine aduſtione, vel potiùs in balneo: adde reſinæ ſcammon. ℥j. Mſ. Reduc. in eodem balneo vaporoſo ad conſiſtentiam pilularum.

N.B. Bona & facilis eſt operatio iſtius remedii. Poteſt jungi cum Merc. dulc. Doſis ſumma gr. xxiv. quæ recipiunt ellcb. gr. viij. colocynth. gr. xij. ſcammon. gr. iv. Sæpiùs dedi ad gr. xxx.

Panacea vel *Catharticum vegetabile*, p. 50.

℞ aloës ſuccotrin. gr. x. troch. Alhandal, diagrid. ana gr. vj. miſceantur exactè in mortar. vitr. inſtillentur gutt. iij. aut iv. ſucci aurantior. vel limon. ſubigantur, ilico f. maſſa tenax (ratione aciditatis agentis in ſcammonium) optimæ conſiſtentiæ, quæ in palma manûs ſubigatur volutando

cum

cum gutta j. olei caryophyll. formentur pil. iij. deauratæ.

Animæ Hepatis, p. 152, 265, 345, 353, 423, 450, lin. 21. 452, 461.

Primò ſit ad manus ſartago ferrea, nova, ampla, ſpiſſa, non pertuſa, ſpiritibus nec valde penetrantibus pervia. Collocetur loco perflabili, vel ſaltem remoto, æquo planóve ſitu, atque in eam affundatur ℔j. olei vitrioli validiſſimi & maximè ponderoſi, & ilico affundatur ℔j. opt. ſp. vini, qui nihil habeat phlegmatis. Elevatur nidor ſulphureus fœtidiſſimus, qui caput valde ferit. Sinantur ſimul per dies xv. intra quod tempus paulatim ſiccatur humor, qui ebulliens abit in cremorem ſub ſalium ſpecie. Deſiccatâ materiâ ſartago exponatur ſoli, atque pluribus diebus conſequentibus verſetur materia ſpatulâ ferreâ, donec apprimè ſiccetur inſtar arenæ. Alba eſt ſoli expoſita, aliàs aliquantulum vireſcit. Servetur vaſe optimè clauſo veſicâ &

chartâ pergamenâ; omnium optimè in ampulla forti vitrea ſubere & veſicâ obturata, nè ſubeat aër à quo ſal iſte humectatur.

Emplaſtrum pro hepate, p. 154.

℞ empl. contra ruptur. & Cæſar. ana ℥jß. pulv. ſubtiliſſ. lintei ſpermat. ranar. idoneo tempore imbuti ℥j. acaciæ, hypocyſt. ana ʒiij. lap. hæmatit. præp. croci Martis aſtringent. ana ʒvj. oſſ. humanor. ad ſummam albed. calcinator. reduct. in alkool ʒx. Mſ. & cum oleo myrtillor. f. emplaſtrum, addendo ad tenacitat. tantillum terebinth. Venet. aquâ plantag. & centinod. ad albed. lotæ. Extend. in aluta debitæ formæ, & applic. regioni hepatis & etiam lumbis.

Ecchyloma prunellorum, p. 260. lin. 7. (omiſſis aſteriſc. & manu in margine.)

℞ prunellor. nigr. i. e. maturor. ℔iij. fol. tenell. querc. conciſ. m. iv. myrtill.

myrtill. ſumach. ana ℥iv. granor. kermes annotinor. ℥ij. vini rubri auſteri, omphacii depurat. per reſident. ana ℔ijß. Coq. lento igne ad putrilaginem, f. expreſſio fortis per canaputium: poſt medietatis liquoris conſumptionem expreſſio coaguletur in extractum ſive mellaginem.

Manna Mercurii, p. 270.

Manna Mercurii, eſt Mercurius crudus in aq. forti diſſolutus, & per muriam ſale marino ſaturatiſſimam, & filtratione per chartam duplicem depuratiſſimam, in coagulum niveum præcipitatus, quod coagulum deinceps multiplici ablutione aquæ calentis dulcoratur. Tandem effusâ aquâ per paſtillos in charta bibula diſpoſitos ſuper lapide cretaceo ſiccatur, & in pulverem ſubtiliſſimum reducitur, qui in ampulla vitrea optimè obturata ſervabitur.

Mercurius Lunaris, ibid.

℞ Lunæ foliatæ, vel per Vene-

rem in aq. præcipitat. ℥j. Mercur. ſublimati ℥iij. Mſ. in porphyrite, addit. pauc. aq. vit. Sublima. Luna in fundo remanet, inſtar ſulphuris aut ceræ liquatæ fluit ad candelam. Aſcendit ad collum matracii pars inſtar farinæ volatilis admodum acris. Media ſubſtantia remanet circa vaſis medium cryſtallina, quæ primâ ipsâ vice ſubdulcis eſt.

Teratur cum fæcibus totum, ſive cum Luna in fæcibus remanente, atque iterum ſublimetur; & repetatur iſte labor ad tertiam uſque vicem. Quod cryſtallinum teratur in alkool. Doſ. ad gr. vj.

Melius forſan eſſet in ſingulis ſublimationibus ſeparare farinam acrem, & ſolùm mediam ſubſtantiam ſumere.

N.B. Si admiſceatur cathartico, laudabiliter ſuccedet operatio.

Æthiops mineral. ibid.

℞ Mercur. ℥iv. ſulph. pulv. ℥viij. Pone ſupra ignem, ſemper movendo uſq; ad conſumptionem ſulphuris.

Manna

Manna Saturni, ibid.

℞ Mercur. ſublimati ℥iv. Merc. crudi, Saturni limati ana ℥ij. ʒ. Antimonii ℥j. Miſceantur omnia exactiſſimè in porphyrite, atque in phiala inſtar calomel. ſublimatio fiat. Prima ſublimatio dedit placentam ſordidi coloris ſubcinerei parùm admodum elevatam à magmate, forſan penuriâ caloris. Hanc cum fæcibus tritis, affuſo aceti diſtillati tantillo, pepuli validiſſimo igne in arena: habui ſublimatum cryſtallinum, quem Mercurium coagulatum & planè inſipidum tertiâ vice ſublimavi. Evaſit puriſſimus. Hunc lævigans ſuper porphyrite cum aqua naphæ, magma iſtud, addit. pauc. baurace, fudi in crucib. Videtur materia tota volatilis, quia magnus elevatur fumus alb. inſtar flor. Antimon. Removi ab igne, & fuit veluti ſmaltum ex flavo vireſcens.

N. B. Et per ſe (ad gr. x. xv. xx.) & cum aliis purgantibus mixtam ſæpius exhibui cum Patient. *l'ϕοειq.*

Aqua è cordibus Animalium, p. 295. lin. 6.

℞ cordium animalium numero 12. rad. tormentil. angelic. biſtort. carlin. zedoar. ana ℥iij. ſcorzoner. bardan. imperator. petaſit. ana ℥ij. fol. card. bened. pentaphyl. ulmar. morsûs diaboli, ſcordii, oxytriphyl. ana m. vj. fol. meliſſ. calendul. ſcabioſ. bugloſſ. borrag. rut. murar. ſalv. roriſmar. flor. roris ſolis, calend. hyperic. pimpinell. ana m. vj. limon. & aurantior. ana xv. vini generoſi ℔xviij. Infund. omnia per 24. hor. poſtea diſtilla ut a. e.

Syrupus ſydereus, p. 320.

℞ ſyr. de pomis redolentibus facti (ſc. cum pomis *Raynette*, aliàs *Pippins*, & ſaccharo) ſyr. flor. veton. rubr. ana ℥xij. aq. ſtillatit. pomor. ℥iv. aq. meliſſ. ℥iij. anim. hepatis (quam vide ſuprà) ℥j. ʒiij. ℈ij. ſacchar. dur. ℥iv. Mſ.

Diſſol-

Diſſolvatur anima hepatis in aq. prædict. filtr. per. chartam, addantur ſacchar. pulv. & ſyr.

Vomica liquoris æterni, p. 335.

" Nota hoc medicamentum in Au-
" thoris Pharmacopœia deſiderari,
" quare hîc inſeri nequit.

Pulvis ſtomachicus, p. 345. (aſteriſco omiſſo) lin. 14.

℞ rad. acori præp. ℥ij. calam. aromat. rad. pimpinell. ana ℥j. cinam. ʒiij. ſal. abſinth. & junip. ana ʒj. Mſ. f. pulvis ſubtiliſſimus.

Electuarium de Vermibus, ibid.

℞ rad. chelidon. maj. ℥iv. enul. camp. ariſtoloch. rotund. garyophyllat. ana ℥j. curcum. ℥ij. fol. abſinth. chamædr. chamæpit. coſti hortenſ. agerat. rutæ. menth. hortenſ. ana ʒvj. flor. chamæmel. centaur. minor. ana ʒx. ſem. paſtinac. ſylveſt. flor. luteo. flaved. citr. aurant. ana ʒv, cremor.

tartar. magiſtr. ℥jß. ſal. abſinth. card. bened. artemiſ. tartar. vitriolat. ana ʒiij. verm. terreſtr. quartam partem omnium, ℥v. ʒiijß. f. omnium pulvis ſubtiliſſ. in form. Electuarii mollis excipiend. cum ſ. q. ſyr. ex vino Canarin. tunicis, & mellag. baccar. laur. vino albo generoſ. extract. reponend. ad uſum.

Trochiſci Dialacca, ibid. (aſteriſco omiſſo) lin. 15.

℞ lacc. puriſſ. ℥ij. fol. ſicc. chamædr. fumar. ceterach, veron. mar. hyperic. gentian. cruciat. ana ℥j. coſt. hortenſ. cochlear. Batav. centaur. minor. rad. rub. tinctor. lign. ſaſſafr. cum cort. ana ℥ß. rad. aſar. & ari in aceto acerrimo præparat. ana ʒiijß. lap. gagat. ʒvj. lap. Lazul. præp. ʒiij. nucleor. Perſic. bericocci & ceraſor. ana ʒijß. f. omnium pulvis ſubtiliſſ. excipiend. ſucco eupator. Meſuë & rut. addit. pauc. liquamine gum. prun. & ceraſor. f. trochiſci ſiccand. ad uſum & reſervand. loco ſicco.

Compendioſa, ſed efficax formula.

℞ lac-

Mavernii *propriorum.*

℞ laccæ ℥j. crem. tartar. Martial. ℥ß. lap. gagat. & Lazul. præp. ana ʒij. tartar. vitriolat. ʒj. Mſ. & cum eodem liquamine & ſuccis f. maſſa, ex qua trochiſci.

Pulvis Violac. p. 396.

℞ roſ. rubr. Ireos Florent. ana ℔ iij. lign. Rhod. ℔j. calam. aromat. ℔ ß. garyophyl. ſampſuc. cinam. coriand. præp. ana ℥iv. cyperi, ſantal. moſcatel. ana ℥vj. Mſ. f. pulvis.

Syrup. Cathol. (laxativ.)
p. 399. 408.

℞ tamarind. rec. ℥iij. tart. alb. ℥jß. ſantal. citr. ſem. coriand. præp. ana ℥ß. f. omnium decoctio, & ſæpiùs per manicam colat. quæ fervens affundatur ſequentibus.

℞ fol. ſenn. mundat. ℥iv. rhei elect. ℥ij. per taleolas ſect. Irrorentur ſucco limonum, ponantur in phialam ſatis amplam, & in decoct. præſcript. infund. ad leviuſculum calorem

lorem per horas 12. mox f. expreſſio fortis & colatura ad ℔ij. In qua per manicam ſæpiùs traject. diſſolv. mann. Calabrin. puriſſim. ℥iv. addendo infuſionis nonæ roſar. pallid. ℔ß. ſacchar. cryſtallin. ℔j. ſacchar. alb. ℥x. Reduc ad conſiſtentiam ſyrupi perfectè coct. cui indatur nodulus continens cinamomi interior. ʒiij. macis ʒjß. croci ℈ß. ambr. griſ. ℈j. Nodulus ſæpiùs exprimatur & ſæpiùs recondatur ampullâ vitreâ bene obturatâ.

Trochiſci Mart. aperitiv. p. 403.

℞ cremor. tart. ſacchar. ana ℥j. cochinel. gr. vj. aluminis rupis gr. iij. ambr. griſ. gr. v. anim. hepatis gr. xlviij. Terantur omnia ut alkool, cochinel. cum alumine additâ. Ambra teratur in porphyrite cum tantillo ſucc. limon. recent. expreſſ. Addantur cætera ſucceſſivè, omnium ultima anima hepatis: f. maſſa cum pauca mucag. gum. tragac. extract. in aq. cinam. vel naphæ vel roſ. fragrantiſſ. Siccetur levi calore, & ſervetur

loco

loco ſicco. Hæc quantitas erit pro 8. doſibus.

Spec. trium ſantal. noſtr. p. 454.

℞ ſantali albi & rubri ana ʒß. citrini ʒj. ſpodii cum vitrioli ſp. præp. oculor. cancror. præp. ana ℈iv. magiſter. perlar. & corallor. ana ℈ijß. Mſ. f. pulvis ſubtiliſſimus, cui adde rhabarb. elect. triti in alkool. ʒj. Servetur in ampulla vitrea forti probè obturata.

Aqua inſtaurans (ſtillatitia) p. 460.

℞ C. C. primarii, adhuc mollis, ſiccati & raſi ℥vj. capon. unum magnum carnoſum, coxam unam vervecinam & unam vitulinam magnas: Confractis oſſibus, coq. ſimul in aq. hord. recent. ad putrilag. f. brodii colatur. de qua cape ℔viij. Rhenani optim. ℔iv. ſeri lactis recent. ſucc. pomor. redolent. rec. expreſſ. ana ℔vj. ſang. agni rec. mactati confracti ℔iij. ova recent. numero

24. Miſceantur omnia. Adde micæ panis albi ex clibano adhuc fumantis lacte recenter mulcto penitus imbutæ ℔ij. cortic. pomor. redolent. rec. ℔j. fol. meliſſ. viridium m. vj. ſummit. menth. hortenſ. m. j. flor. herb. paralyſ. tiliæ, lil. convall. ſambuc. borag. bugloſſ. ana p. vj. cortic. citr. recent. ℥iv. cortic. rad. ſaſſafr. cort. vvinteran. ſantal. citrin. nuc. moſchat. ana ℥j. f. in vaſe refrigeratorio diſtillatio ut a. e.

℞ hujus liquoris ſtillatit. ℔iv. aq. cinam. naphæ fragrantiſſ. ana ℥iv. ſyr. moror. rub. Idæi & garyophyllor. rubr. ana ℥iij. Miſceantur optimè, atque indatur nodulus continens ambr. griſ. ʒß. moſchi oriental. gr. vij. croci ℈ß. Serv. ad uſum.

Unguentum Alabaſtrinum,

p. 462.

℞ fol. ſemperviv. major. plantag. portulac. ſolan. hortenſ. ſalic. perſicar. maculat. plantag. aquat. ſagittal. aqu. ana m. j. fl. nenuph. utriuſque, roſ. rubr. fl. ſambuc. ana p. iv.

Omnibus

Omnibus recent. conciſis affund. ol. roſ. ℔ij. ſive ℥xxxij. vin. rubr. aq. roſ. & plantag. ana ℔j. Coq. ad vin. & aq. conſumption. & herb. putrilag. f. fort. ol. expreſſio, cujus ſupernatantis & puri accipe ℥xvj. aceti roſat. decoct. longæ minii & litharg. per chart. colat. ℥viij. Miſc. ſucceſſivè in mortar. marmor. & f. Nutrit. addend. ſacch. Saturni ℥ij. ungu. roſat. Meſ. ℥iv. cerat. albi refrig. Galeni ℥vj. pulv. ſubtiliſſ. alabaſtr. ℥iv. Miſceantur optimè & f. unguentum.

N. B. Refrigerat, aſtringit, roborat. Prodeſt in magno lumborum calore, in tabe dorſali, gonorrhœa, fluore albo, *&c.*

Nutritum Magiſtrale, ibid.
(omiſſo aſteriſco.)
lin. 16.

℞ litharg. aur. pulv. ℥iv. aceti vin. alb. acerrimi ℥xij. bulliant ſimul continuò agitand. ſpatul. lign. ad mediet. acet. conſumption. Sinatur fieri reſidentia, liquor agatur per chartam emporet. & lentâ exhalatione re-

tione reduc. ad ℥iv. add. viciſſim commiſcend. & nutriend. ol. roſat. ejuſdem anni aq. roſ. diu ad albed. lot. ℥iij. f. in mortar. marmor. liniment. Aliquando quantitati prædictæ add. camph. ℈j.

N. B. Potens eſt ad inflammationes.

Emplaſtrum pro Matrice, p. 470.

℞ gum. tacamahac. ℥j. carann. ℥ß. galban. in vino Malvat. diſſolut. & inſpiſſat. ʒij. pulv. ſubtiliſſ. trifol. odorat. & nepet. ana ʒjß. Incorporentur optimè addit. balſ. Peruv. moment. f. emplaſtrum.

Aliud. ℞ galb. puriſſ. ʒij. gum. tacamahac. & carann. depurat. ana ʒiij. pulv. cumini & trifol. odorat. (vel nepetæ) ana ʒj. caryophyll. nuc. moſchat. ana ʒß. balſ. Peruv. parum: f. Emplaſtr.

Trochiſci de Myrrha, p. 484. (omiſſis aſteriſc. & manu in margine) lin. 24.

℞ fol. ſiccor. rut. ſabin. mentaſtr. puleg. regal. botryos, flor. lavend. ana ʒij. capitulor. continent. ſem. trifol. odorat. flor. integror. matricar. ana ʒijß. rad. ariſtoloch. rotund. valerian. ſylveſt. curcum. ana ℈v. aſæ fœtid. ſagapen. caſtor. ana ℈iv. borac. aurifabror. ʒiij. myrrh. ℥ß. f. omnium alkool excipiend. ſucc. puleg. trifol. odorat. nepet. *&c.* f. trochiſci ponder. ʒij. ſiccand. loco tepido & ſervand. pyxide loco ſicco. In formandis trochiſcis addatur aliquid gum. tragacanth. diſſolvend. in ſucc. prædictis.

Grana Angelica, p. 522.

℞ Fol. betonic. chamæpit. ana m. j. ſalv. majoran. ana m. ß. menth. meliſſ. ana p. ij fl. keyri, pœon. ſambuc. ana p. iij. ſummit. abſint. utriuſque ana p. j. ſem. aniſ. fœnicul. ana ʒij.

bacc.

Bacc. junip. ʒiij. f. decoct. & colatura clarificand. in qua diſſolve aloës roſat. ℥ij. coagula.

♃ fol. ſenn. ℥jß. rhabarb. agaric. ana ℥ß. Extrahatur tinctura cum aq. beton. Expreſſio addatur extracto prædict. coagula, addend. maſtiches ʒiij. macis ʒj. f. maſſa pilular.

FINIS.

THEOD.

THEOD. DE MAYERNE DE CURA GRAVIDARUM.

SECTIO I.

GRavidarum Symptomatibus ſecund. Aph. 1. Sect. IV. à menſe quarto ad ſeptimum ſuccurrendum educentibus, quia cruditates matrem cachecticam, fœtum languidum reddunt. Idque fieri poteſt vel *Emeticis* vel *Catharticis* primas vias evacuantibus. P. Liſter tutò pro vomitorio exhibet *Emulſionem* 2 aut 3 granor. Cataputii maj. tantundemque Amygd. dulc. cum jure *Emulſ. vomit.*

re pulli extract. vel Croci metallorum infuſionem in vin. Hiſpan. factam ſubducit materiam ſenn. rhabarb. ſyr. de cich. comp. &c, vel ſeq. MPil.

MPil. ♃ gumm. Ammon. in ſucco cydon. diſſolut. ℥j. Aloës lacte nutrit. ʒvj Maſtich. Benz. Ladan. ana ʒij. ⊖ abſinth. vel potius ⊖ gemmæ ℈ij. m.

Bis in ſeptimanâ pauxillum ante paſtum exhibendum. Maſſa hæc non ſolum Gravidas (in neutro potiùs quam morboſo ſtatu conſtitutas) ab excrementitiis humoribus ob ſuppreſſa Menſtrua & calorem nativum oppreſſum congeſtis liberat: ſed omnem putredinem arcet, obſtructiones à cruditate imminentes tollit, ſtomachumque roborat. Neceſſitate urgente prout morbus hic poſtulat, validioribus citra fœtus reſpectum purgare licet & quidem mineralibus, ut ☿ vitæ, vegetabilibus plurimis. Pilulæ damnantur à Riverio p. 501. ut & Clyſteres. Plethoricis phlebotomia, ne ſanguinis copiâ fœtus extinguatur, circa medium geſtationis tempus, imò ſexto Menſe conducit. vid. Petr. Sal. diverſ. 497. River.

SECT.

SECT. II.

GRavidæ abortum à cauſâ internâ metuenti, Univerſalibus & fœtum acetabulumque roborantibus conſulendum, ſuperveniente verò concuſſione ſeu motu violento imperanda quies. Neceſſe namque lectum petat Gravida ſeque nutriendam Euchymis & incraſſantibus curet, fœtumque pulv. ſeq. firmet.

♃ Maſtich. ℨij. Gran. Cherm. ℨj. croci Mart. ſolo △ præp. ℨß. m. F. pulv. ſubtilis Ex ovo ſorbili ſingulis horis matutinis cum tantundem ſacchar. candi exhibenda, ſuperhauſto vini rubelli, vel meri, vel ▽ chalybeatâ diluti momento. Qui pulvis cum alb. ovi. in Mpil. quoq; reducitur. *Pulvis fœtum roborans.*

Oſſi ſacro & lumbis admoveatur ſeq. *Empl.*

♃ pic. naval. Reſin. ana ℥vj. Ladan. puriſſ. ℥iv. maſtic. thur. ſang. drac. ana ℥ij. Styrac. calamit. Benz. ana ℥jß. Croci Mart. Ochræ in ⚹ ſæpiùs lotæ & ſiccat. ana ℥j. rad. biſtort. gallar. balauſt. ana ℨvj. cupul. gland. nuc. *Empl. fœtum firmans.*

cupreſſ.

cupreſſ. ana ℥ß. roſ. rubr. myrtill. ana ℥j. ol. expreſſ. gland. vel in ejus defectu maſtichin. ℥viij. tereb. venet. ℥iij. ceræ flavæ ℥xij. m. f. l. a. Emplaſtrum.

Umbilico indantur grana aliquot Moſchi & Zibethi ſuperponendo Emplaſtrum ſeq.

Aliud. ℞ Ladan. puriſſ. ℥ij. ſtyrac. Calam. benz. ana ℥jß. pulv. majoran. cort. exter. citri flavor. ana ℥j. pulv. roſ. rubr. ʒvj. lign. rhod. ʒiij. caryoph. ℥ß. nuc. moſch. ʒj. cer. flav. ℥vj. òl. amygd. dulc. flor. Jaſmini ſummit. ocym. & lavendul. ſuo tempore ſ. a. præp. ℥v. m. f. Empl.

SECT. III.

N*Imia excrementorum congeſtio* venit arcenda moderato ante cibum exercitio, circa medium geſtationis tempus: Nono menſe eoque magis què viciniùs eſt tempus partûs corpus movendum, per loca declivia ambulando, gradus aſcendendo, hôc enim modô fœtus exitum appetentis conatus promovetur.

tur. Oſſium coccygis reflexio, Iſchii oſſium detractio, uterique cervicis dilatatio procuranda *litu* ſeq. quo manè & veſperi per hor. dimid. ima lumborum pars & os ſacrum pubes & pudenda interiora ab Obſtetrice blandè ſunt fricanda.

℞ bulb. lil. alb. numero xij. rad. alth. ℥iv. fol. malv. viol. alth. ana m. iij. ol. com. amygd. dulc. rec. ana ℔iſs. axung. ſuill. rec. ℔j. croci ʒij. conciſ. & contuſ. m. cum ol. & ping. in MB. digere biduo. Expreſſionis colatæ. *Liniment. partum facilitans.*

℞ ℔j. ping. rec. anſer. butyr. rec. ana ℥viij. axung. hum. rec. ſperm. ceti ana ℥iv. ſimul liquentur, refrigerataque tandem diu in mortario marmoreo inſtar pomadæ agitentur.

Linimento hoc cum æquali parte butyri recent. mixt. tempore partûs obſtetrix manus inungat. Partu jam inſtante conveniret fotus, ex emollientibus Oſſibus pubis & pudendis admovendus, (conducit robuſtioribus Semicupium per aliquot dies ſemel in die uſurpatum) ſcilicet

ex jure omaſorum & capit. Vervec. cum malv. violar. alth. atripl. &c. Tepenti huic ſemicupio ſe immergat gravida citrà faſtidium immoretur, lectumque deterſo madore petat. Aut inungantur partes dictæ, ol. capon. amygd. dulc. ſperm. ceti & paucobutyro aurantiato. Clyſter ex dictis emollientibus cum ol. viol. lil. alb. &c. circa geſtationis finem prodeſt, admiſcendo, alvo duriore exiſtente, Catholici momentum. Juſcula ultimis geſtationis hor. croc. hyſſop. Saturej. Thymi tantillo ſunt alteranda, maneque ante deambulationem hor. iv. ante prandium exhibenda. Cibi croco condiendi.

SECT. IV.

Alvus gravidarum *adſtricta* ob inteſtini recti compreſſionem Enemate lubricanda, vel pomis tribus aut quatuor aſſatis cum butyro rec. exhibendis. Si ob diuturniorem fæcum retentionem pituita ſalſa teneſmum gravidis periculoſiſſimum, vel excalefacta bilis aut cruditas, ob

nativi caloris oppreſſi languorem, alvi profluvium non minùs timendũ inferat, *Clyſma* ex lact. bubul. rec. butyr. vitell. ovor. ſacchar. mucilag. cydon. rad. alth. gum. arabic. in ▽ roſ. diſſol. Syr. de roſ. &c. injiciendum. Clyſma autem ſi recuſent, paſſulatum vel pilulæ pro gravidis ſuperius præſcriptæ vel pruna laxativa numero v. vel vj. ſunt ſubſtituenda. Cutis fiſſa & ob magnitudinem diſtenſa pomatâ pro Reginâ præſcripta liniatur.

SECT. V.

D*Olores* jam invadentes ſupra præſcripto demulcendi ſunt, quo rejecto duorum manibus ſuſtentata, quamdiu id ferendo eſt, ambulet. Ruptis tandem aquis, vel membro aliquo infantis in conſpectum veniente, doloreque invaleſcente, Obſtetrici committenda prudenti, quæ parturientem nec in lecto nec cathedra ad irritos conatus (vires maximè exolventes) cogat. Hæc manibus emolliente litu perunctis, vel ovo integro (ut vult Chambellanus)

nus) conquaſſato, loculos muliebres lubricos reddat, præcipuè ſi jam effuſæ aquæ intempeſtivo fluxu difficilem partum minentur. Proderit etiam *Clyſter uterin* alth. malv. lil. alb. ſ. lin. ol. lil. alb. &c. fact. per Metrenchytera infuſus. Immiſſo blandè digito inter fœtus membrum in conſpectum prodiens & os uteri interius egreſſus fœtui facilitandus: Id ſi fieri nequeat ad remedia progrediendum eſt à lenioribus incipiendo (inverſo tamen neceſſariò prius fœtu, ſcilicet in legitimam formam converſo,) quomodo autem poſſit converti non video, quando digitus, ne dum manus immitti nequit.

Medicamenta ad part. diffic.

♃ ▽ cinam. claretæ ʒß. ▽ lil. alb. ʒij. m. vel.

♃ ▽ artemiſ. ℥iij. ▽ cinam ʒß. ▽ dict. cret. ʒj. m.

Matricem capræ ejuſdemque ſecundinam exiccatam cum troch. de myrrh. ▽ hyſſop. & meliſſ. potentiſſimum eſſe remedium ad part. difficil. multi perhibent. Nihil præſtantius eſt ʒj. vel ʒjß. boracis, cum ▽ capit. cervin. ſed cave des ante partûs dolores

& ter-

& terminum. D. Mayerne præſcripſit Reginæ ℈j. vel.

℞ ▽ artemiſ.q.ſ.borac. ʒß. cinam. ℈j. croci ℈ß. m.

Augeri poſſunt hujus potiunculæ vires, urgente neceſſitate, additione teſtic. equin. aridor. aut flor. nuc. jugland. lenioribus fruſtrà exhibitis recipe ▽ *comp.* quæ fit.

℞ Succ. artemiſ. ℔ij. ſucc. Nepethæ, meliſſ. menth. chamom. ana ℔j. rutæ ℥x. C.C. tenell. ℔iv. vini albi generoſi, ſeu malvatici ℔iij. cinam ℥iv. myrrh. ℥jß. fol. ſabin. virid. vel in umbra ſicc. ℥ij. digere ſimul. vaſe probè clauſo per biduum in fimo equino, deſtilla & ad uſum ſerva. *Aq. comp.*

℞ ▽ cinam. ℥ß. pulv. ſeq. compoſ. ʒj. cryſtall. miner. ʒß. m.f. potio tempore idoneo exhibenda.

Pulvis ita fit.

℞ oſſ. dactyl. ʒiij. ſuccin. flav. ʒij. dict. cret. ſel. ℥ß. lap. prun. ʒijß. borac. natural. vel in ejus defectu, factitii ʒiß. m.f. pulvis. *Pulvis.*

Calidiora hæc plerumque poſt partum corpus inflammant, febreſque accendunt, hæmorrhagias inſuper mo-

vent periculoſiſſimas, qua de cauſa non temerè ſunt adhibenda.

Remedium citra dolorem agens potentiſſimum eſt cryſtall. mineral. qui aq. font. ad ℥ij. diſſolvendus. Facit idem ad crebrum anhelitum ſitimque clamore & calore contractam: Hoc remedio feliciter, fruſtra tentatis aliis comitiſſa Sveſſonienſis peperit: Item uxor D. Lecuyer, cui jam per triduum, ex convulſionibus doloribuſque langventi ſeq. *potiunculam* cum ſubito ferè ſucceſſu præſcripſi.

Potiuncula. ℞ ▽ artemiſ. ℥v. ▽ cinam. ℥ſ. cryſtall. miner. ʒv. m. vel:

℞ ▽ ſtillat. brion. artemiſ. ana ℥iij. ſabin. ſubtiliter trit. ʒj. f. decoct. in colaturâ diſſolv. pulv. oſſ dactyl. borac. miner. ana ʒj. vin. generoſi ℥ij. m.

Ad partum concurrunt *Conatus uteri, fœtûs & Matris*:

Calida ergo hæc proſunt, quia tres hos conatus promovent, uteri ſcilicet propria ſua facultate qua ad uterum per patentes tum temporis vias tendit: Fœtùs conatus quia Spiritus exci-

excitant: Tertio vires parturientis augent. Fotus ex hyſtericis & emollientibus ab umbilico ad pubem admotus vias laxando & expultricem irritando partum etiam facilitat. Interdum ad uterinos clyſteres neceſſitate urgente accedendum, quorum magna ad fœtum evocandum efficacia: Componuntur autem ex hyſtericis vino alb. incoctis addendo caſtorei tantillùm cum ol. chamœmel. Imò neceſſitate urgente interdum colocynthidem admiſcent, quâ pro fœtu pellendo nequiſſimè utuntur meretrices. Remedium hoc ad Secundinam deturbandam & fœtum mortuum expellendum duntaxat facit. Clyſteres acres in inteſtinum prius quam in uterum injiciendi facti ex ℥ j. colocynthid. in vin. coct. & hyſteric. Irritatione enim expultricem uteri excitant, & deplendo inteſtina ampliorem locum utero parant.

SECT. VI.

De Symptomatibus.

HYſterica Suffocatio Utero ſe ad excretiones movente ſæpe gravidas affligit, ob vapores tum temporis ad diaphragma & cerebrum ſublimatos, facultateſque deturbantes & ob uteri per totum ſermè abdomen diſtenti motum.

Hyſterica. Revellendus igitur venit vapor deorſum ſuaveolentibus pudendo admotis, & repellendus graveolentibus naribus applicatis. Diſſipandus ▽ cinam. vel uſu *potûs* ſeq. ℞ vin. Hiſpan. aut cretici ℥iv. ▽ artemiſ. ℥vi. ▽ utriuſque cinam. ℥ij. Theriac: ℥ß. m. doſ. cochl. j. acceſſione invadente; Si fortiora requirantur præſidia, in prædicto liquore exhibeatur ℈ß. vel ʒß. ſpecifici hyſterici ex teſtic. equin. præp.

Externa. Naribus admoveatur charta uſta, pluma perdicis, pannus, corium, combuſta: aſſa fœtida, ol. ſuccin. gagat. &c.

Uteri

Uteri vero oſtio Moſchus vel Zibethum immitantur digito, vel injiciatur in uterum clyſter. *Cliſter uterinus.*

Conducunt *Cucurbitulæ* coxis internis admotæ: item ſuffitus ex aviculis cypriis excitatus: Tandem *Clyſter acrior*, at in deſperatis tantum, ne alvi fluxus poſt partum ſuperveniat utplurimum funeſtus.

Hanc ſuffocationem ſæpiſſimè *Convulſio* excipit, vel etiam interdum *per ſe* vel *per conſenſum* nulla præcedente uteri ſuffocatione: *Illa*, ſuffocatione ſublatâ, præſcriptis remediis, nulla requirit medicamenta: *Hæc* (cerebrum enim à nervoſis uteri partibus in conſenſum trahitur) fotu relaxante anodyno, ex ejuſdẽ generis Clyſtere cum ol. amygd. dulc. (quando ſcilicet à dolore ante partum infeſtante, & partum adhuc ſubſequente originem duxit) vel fotu hyſterico reten a lochia movente, putridamque ſecundinæ partem evocante, ejuſdemque generis clyſmate uterino. (pro cauſa enim retenta lochia cum putreſcente aliqua placentæ parte Cotyledonibus adhærente

Liimentũ anſerinum. agnoſcit) curatur. Spîna dorſi ſeq. inungatur linimento anſerino. Anſer pinguiſſimus exenteratus lumbricis vino albo lotis infarciatur, item lactentibus catellis in fruſtula ſectis, bacc. junip. fol. ſalv. dein in veru aſſetur, ſtillanſque pinguedo excipiatur.

Hujus ♃ ℥xij. medul. crur. cervi & vituli ana ℥vj. axung. human. c. ſalv. & majoran. præp. ℥iv. ol. laurin. ax. ſuillæ præp. ana ℥iij. m. f. linim.

Vapores ſi nervos occupent diſſipandi ſunt additione oleorum calidorum ſtillatiorum ſalviæ, juniperi, terebinth. ſuccin. nuc. Moſch. In quovis caſu exhiberi poſſunt ol. ſuccin. gutt. aliquot cum aq. cinam. ſuffocationis cauſam diſſipantes, retenta moventes & educentes, nervoſque proprietate ſpecificâ juvantes. Revellendi à cerebro Clyſteribus injectis acrioribus, frictionibus, ligaturis partium inferiorum, ſiccis, ſacrificatiſque cucurbitis. Conveniunt & *Sternutatoria* ex ellebor. alb. præp. Piper. &c. compoſita. Ob metum *Co-*

matoſi

matoſi & *Soporoſi alicujus affectûs* odor ſpir. vitrioli aliaque validiora in uſum ducantur, ne cerebrum opprimatur. Vomitus in Plethoricis probatur quo Natura ad noxii expulſionem excitatur: Nam magno morbo magnum debetur remedium. Ergò detur vitriol albi ad ʒj. vel ℈iv. vel guttæ aliquot ol. ♁ij. præſertim ſi convulſionem excipiant ſoporoſi affectus. *Vomitoria.*

Syncope à dolore, labore, longoque ſangiunis profluvio inducitur.

Si *à dolore*, is fotu malactico & Clyſtere anodyno demulcendus.

Si *à labore* parturiens cibo & quiete refocillanda præcipuè ſi tormina præceſſerint ferè. Item aq. cardiac. conf. alkerm. de hyacynth. aq. claret. epith. cord. & carpis ex meliſſ. cort. citri. conſ. roſ. pulv. diamarg. frig. triſcant. vini generoſi tantillo exceptis. Spiritus vitales ſunt augendi & excitandi.

Si à *ſanguinis immodico fluxu* Syncope oriatur, idque fit vel ob *fœtûs obitum & in utero moram*, vel ob *hiantia poſt partum acetabala*: Si *prius*,

fœtus Chirurgi manu extrahendus: Si *poſterius*, cibo ſanguis reſtituendus: Limites autem mediocritatis cum ſæpe excedat hæmorrhagia, ſanguis phlebotomiâ, dolorificâ brachiorum ligaturâ ut & cubitorum, quæ ſucceſſivè ſtringenda, eſt revellendus: Aſtringentibus ejus motus ſiſtendus: Hunc in finem fuligo Camini ex lignis ſublimata cum ✳ miſcetur lumbis pudendoque admovetur. Cranii humani calcinati ℥j etiam exhibetur.

Fœtus debilior fotu calefaciente ex majoran. artemiſ. nepeth. chamædr. reficitur, ad motum ut reddatur aptior. Grandiori exitus Oſſis Coccygis diſtentione extrorſum parandus, item digiti immiſſione recurrentibus jam partus doloribus, fiſſura item perinæi in parte ſuperiori, manu accelerata. Si nimirum hanc ob cauſam partus difficilis ſit. Primo enim partu utplurimum *perinæum laceratur*, imprimis cute exiſtente duriore. Foetus magnitudo collique uterini anguſtia *Hyſterotomiam* ſæpe exigunt, fruſtra ſcilicet

omnibus

omnibus tentatis nullaque vitæ ſpe remanente, ſi ſcilicet vires matris jam fractæ id ferre poſſint. *Mortuus fœtus* manu Chirurgi, ſi poſſibile, aut unco, extrahendus.

SECT. VII.

POſt partum, ſive in lucem jam edito infante, umbilicus non abſcindendus antequam ſecundinam extraxerit, quæ blandè & citra vim extrahenda eſt, ne dilaccrata ejus aliqua portio ſummo cum incommodo acetabulis adhæreſcens maneat: *Secundina diutius morante* clyſter acris etiam uterinus injiciendus, difficilius enim interdum ipſo fœtu excluditur. Validiora ad hanc deturbandam opportunius adhiberi poſſunt, quæ ad fœtum expellendum. Itaquè præter commemorata re poſtulante ol. Sabinæ gutt. aliquot cum aq. cinam. vel ſeqq. remedia, itidem ad fœtûs excluſionem facientia, ſunt propinanda.

Medicamenta partum promov.

℞ borac. ℈ß. pulv. ſabin. ʒj. aq. lil. alb. ℥v. ſacchar. ℥j. croci ℈j. m.

detur

detur calidè. Vel.

℞ cortic. caſſ. ſiſtul. (potius ligneæ) cinam. ana ℈i. croci gr. xij. borac. miner. ℈ß, aq. artemiſ. ℥iij. m. calidè propinetur. Vel.

℞ ammon. aſæ fœtid. rub. tinct. ana ʒj. c. ſ. q. ſucci rutæ f. pil. n. xij. doſ. pil. iij. l. iv. cum decocto cicerum aut Sabinæ. Vel.

℞ Aſæ fœtidæ ammon. rub. tinct. ana ʒß. ſabinæ ʒij. cum ſucco rutæ f. pil. cum vino albo exhibendæ.

Externis conducit *ſuffitus & fotus* imi ventris, pudendorum & muliebrium ex decocto Sabinæ, artemiſ. fœnugr. Colocynth. Item ſeq. *Cataplaſma.*

Catapl. ℞ pom. colocynth. numero j. v. ij. bulliant in ℔vj. aq. adde. myrrh. ℥ß. ſucci rutæ ℥iij. farin. fœnugr. q. ſ, f. c. ol. lil. alb. & pauco croco cataplaſma, pudendo & imo ventri applicandum.

Detracta ſecundina poſt reſectum umbilicum puerperæ ventri applicetur, ſi fractæ ſint ejus vires ex labore, vel debili fœtui ſuperponantur ad

blandum

blandum ejus calorem ſovendum: Pellem lepori viventi detrahunt vulgò & ventri apponunt, deinde corpus pelle vervecina obvolvunt, quam per 3. hor. relinquunt. Tum temporis imò per 6. hor. à ſomno abſtinendum, præſertim ſi convulſione vel veterno impediatur puerpera, metu apoplexiæ imò vitæ diſcriminis. Poſt 2. horas ad tormina arcenda & lochia expurganda exhibetur *juſculum* ſeq.

℞ vini alb. generoſi, aq. fontan. *Juſculū.* p. æq. vitell. ov. numero ij. ſacch. albiſſ. ℥ij. cinam. ſubtiliter triti ʒj. croci ℈j. m. exhibeatur calidè.

Obſervandum facta jam unâ atque alterâ ebullitione aromata demum addenda eſſe. vel ſi vires ſummo ſtudio ſunt reficiendæ.

℞ Scutellam ß. juſcul. gallinacei calidi addendo cinam. pulveriſat. ſacch. alb. p. æq. aq. roſ. cochl. j. m.

Mediolanenſium cibus *Zamabalione* dictus hîc etiam convenit. v. Valeriol. l. 4. obſ. 6. *Zamabaglione.*

℞ vitell. ovor. numero iv. diſſolv. in vin. generoſ. adde ſacch. ℥ij. butyr. ℥iß.

℥jſ. coq. ▽ lento continuóque ad ſpiſſitudinem Cremoris lactis agita, adſpergendo croci & cinam. tantillum.

Ad tormina. Ad *tormina* quoque faciunt avellanæ rubræ (Franches filbrete) numero xij. excorticat. &c. vin. alb. emulſionis inſtar. diſſolut. addit. ſ. q. ſacchari. Solent quoque obſtetrices nonnullæ ol. amygd dulc. ℥ij. propinare, ob tormina quæ partum ſubſequi ſolent, licet ea in primo puerperio utplurimum non infeſtent. Aliæ Paulò poſt partum & bis ſequente die manè & veſperi longè à paſtu exhibent ex vino albo, vel caponis juſculo ʒj. *pulv. Reginæ Catharinæ ad tormina.* In torminum dolorumque poſt partum cura cavendum, ne urina tibi imponat rubri intenſique coloris, calorque totius corporis à dolore, labore, continuoque in lecto decubitu proveniens, qui nulla refrigerantia, ſed pulv. ſeq. maximè ſi ſupprimantur lochia, exhibet, quia uterum ad quietem reducit corroborando, ſedatoque jam dolore febrilem calorem extinguit.

℞ ca-

℞ calam. arom. ℥jß. Zedor. ℥ß. macis ℈viij. cinam. ℈iv. pulv. doſ. ʒj. c. juſculo. Vel. *Pulv.*

℞ calam. arom. ʒj. dictamn. ʒß. m. Vel.

℞. rad. dictamn. ʒj. ſem. ſeſel. fol. rutæ ana ʒß. calam. arom. croc. caſtor. ana ℈j. m. f. pulvis.

Horum omnium effectus eſt lochia retenta promovere, & naturam ad expulſionem viis patefactis irritare. Poſtquam per aliquot horas pelle vervecina calorem naturalem fovit, eſt illa detrahenda, corpus abſtergendum, lectuſque mutandus.

SECT. VIII.

L*Actis affluxus* inhibetur in iis quæ lactare nolunt, vel repellendo ol. roſ. ✳ &c. vel attenuando ut citò aut per papillam effluat aut ad uterum intra vj. primos dies remeet, quibus elapſis lochia rurſus apparent rubra. D. Mayerne Reginæ An. 1630. *Empl. Diachylon Ireatum* admovit cum ſalvia. *Ad Lac fugandum.*

℞ Empl. Diachylon. ℔j. ſalv. pulveriſat. *Empl.*

veriſat. ℥ij m.c.ol.roſ.parum.

Benefecit citra adhæſionem, quâ diachylon utplurimum moleſtum eſt: veſiculas excitavit & rubedinem quibus flavedo ſucceſſit. Vel.

Vng. ℞ tereb. venet. in aq.roſ.& ⁂ lot. ℥iv.ol.roſ. ℥j.vitell.ov. numero ij. m.agitando continuè, donec Uuguenti formam acquirat.

Mammis admoveatur in forma orbiculari (perforata pro papilla) extentum. *Camphora* non erit inutilis, niſi ſit ratione odoris moleſta. Vel.

℞ tereb. ℥iv. ſperm. ceti. ℥ij. camph. ʒj.vitell. ov. numero ij. ⁂ roſ. vel ſucc. chærefolii, apii, cicutæ, parum m. Vel.

℞ tereb: ut ſupra lotæ ℥iv. ung. popul.rec: ℥j.m.

Sacculi. Obvolvantur mammæ ſacculis ſubere repletis, interpunctis, pro papilla perforatis & laxis ut medicamenta faciliùs lac ad inferiores vias depellere poſſint, idque maximè præſtat terebinth. vi ſuâ haud dubiè diureticâ & aperitivâ; Illâ lac unà cum ſanguine cui ſe inſinuavit ceu vehiculum

culum ad renes deducit ; Hac tùm ob anaſtomoſin mammariæ & Epigaſtricæ , tùm ob hiantia & patula acetabula, ſive patula oſcula hypogaſtricarum venarum in acetabula deſinentium , (vid. Anthropograph. Riolani) ad uterum devehit. Terebinth. ergo mammas extenuat, proindè nonnullæ clinicæ ſeq. dolentibus mammis admovent telam effectu mirabilem. *Empl.*

♃ Mell. ℥vj. butyr. rec. ℥ij. ceræ vingin. ſ. flavæ ℥j. ol. roſac. ✱ acerr. ana ℥ß. M. f. catapyl. cui admiſcendum remedium Terebinthinatum (i. e. Terebinthina) idque feliciter in comitiſſa N. præſtiti.

Sed dyachylo ireato An. 1629. pro Regina Angliæ per 10. continuos dies uſus ſum, Vel.

♃ empl. diachyl. ireati ℥iv. terebinth. indurat. & pulveriſatæ ℥ij. M. f. empl.

Quoniam Emplaſtrum diachylon contumacius parti adhæret; ut tranſacto etiam nono die citra dolorem avelli nequeat , clinicæ belgæ parum butyri & mellis admiſcent , nec ante

9. diem

9. diem removent. Ex re eſt apprimè mammas ad 9. vel 10. uſque diem tectas conſervare, quia calor lactis diſſipationem ejuſdemque evacuationem, juvat. Tertiò, quartôve utplurimum die lac adfluxu ſuo mammas diſtendit, doloremque infert: Hinc & febres Ephemeræ, quò facit & conflictus naturæ ad ſuperiora tendentis & medicamenti ad inferiora pellentis. Tandem medicamento Natura cedere cogitur: cedunt & ſymptomata. Fœdiſſimum lac per uterum expurgatur unde Lochia albeſcunt, hoc evacuato denuò rubedinem inducunt. *Dolore infeſtante* catenam auream, fol. ſalviæ ſacculo incluſam. plumbi fruſtulum &c. è collo ſuſpendunt & inter utraſq; mammas detinent. An merc. calamo incluſus proſit? Conducit & cataplaſma ſuperius deſcriptum. Primiparæ cuidam ex lactis affluxu obortus tumor, rubore tenſivoque dolore junctus, cui ſeq. pulverem admovi biduoque reſtitui: Inunctis calidè cum melle deſpumato mammis inſpergendus ter quaterve in die pulv. ſuberis: vel

Obſ.

inunctæ

inunctæ ol. myrtillorum mammæ pulvere caudæ equinæ ſinapizentur. Ad *tumores* facit remedium ex millepedis ſive oniſcis. *Lac augent* & ad mammas trahunt potus boſcheti, fœniculi, cryſtalli. *Ad Lac augendum.*

Ad lactis πεὸμβωσιν ſeu *grumefactionem* facit *Catapl.* ſeq. mammis applicandum.

℞ fol. virid. vinc. pervinc. Chærefolii. apii, cicutæ ana M. ij. contundantur in mortario addendo ⚹ roſ. & ol. roſ. ana p. æq. f. Catapl. *Ad Lactis coagul. Cataplaſma.*

Vel formetur Catapl. ex horum ingredientium ſuccis cum farin. fabarum. Anglæ feliciter admovent pannum coccinum Urinæ puerperæ calidæ cum butyr. rec. mixtæ intinctum; calidè admovent, eaſque optimè tectas conſervant. Plura de lacte puerperarum vid. ſeqq. ſectionibus.

SECT. IX.

E*Xcoriata fiſſaque pudenda* hoc linimento bis tervè inungantur. *Ad Genitaliũ fiſſuras.*

℞ ol. hyperic. ℥j. ſperm. ceti ℥ß. *Linim.* balſam

balſam. indic. ceræ flav. ſucc. granat. ana ℥ij. M. f. linim.

Perinæum fiſſum poſt fotus præſcribendos, lochiorumque expurgationem curandum ol. hyperic. ex vitell. ovor. vel terebinth. cum aq. plantag. lotâ, cui ſi ſordeat ulcus adjungatur mel. roſar. ſpir. vin. cum pauco. Si laceratio hæc adeò magna ſit & periculoſa, ut gangrænæ imminentis ſigna præ ſe ferat, audacter ad uſum ung. Ægypt. & aq. vitæ, aq. plantag. & roſ. temperatæ accedendum. Fomenti formula hæc ſit bis quotidiè applicandi.

Fotus ad pudenda.

℞ tapſ. barbati, chærefol. ana M. ß. agrimon. M. j. ſalv. M. ß. roſ. rubr. ℥ij. M. ad uſum.

Quo fomento pudenda tamdiu fovenda quamdiu lochia fluunt, tum enim temporis ad adſtringentia tranſire minus tutum eſt. Alternis diebus injiciatur clyſter ex juſculo, melle roſ. ſacchar. albo butyr. rec. vitell. ovor. Interdum in decocto emolliente & ſi opus eſt carminante, Catholicum pro injectione diſſolvi poterit, quibus hyſterica, Caſtoreum ſcilicet

Theriaca

Theriaca, Mithridatium ſi lochia ſubſtiterint ex utero malè habente, tumultuſque excitante, admiſcentur. Victûs ratio primis diebus tenuis ſit e. gr. ſorbitionis, juſcula, gelatinæ, panatellæ. Potus ſit tantillum vini, niſi adſit febris, aq. fontana cum cruſta panis toſta calidiſſima correcta diluti: vel Boſchetum ex aqua, ſaccharo & cinamomi momento conflatum. In *ardenti febre* detur Ptiſana cum ſyr. capill. ven. benè agitata, vel cum ſyr. viol. acido præp. parùm ∽ vitrioli *Tormina à flatuum vel Lochiorum* retentione excitata ſi urgeant, ſequens fotus ſæpius in die hypogaſtrico admovendus.

Victus puerperarum.

♃ ariſtoloch. utriuſque ana ℥vj. rad. bryon. gentian. ireos flor. ana ʒij. fol. Nepethæ men h. meliſſ. calamenth. origan. majoran. ſalv. ana M.ij. fol. rutæ abſinth. tanac. ana M.iij. chamom. totius p. iv. flor. ebuli, ſambuc. centaur. min. ana p. iij. ſem. aniſ. fœnic. ana ʒjß. ſem. fœnu. græc. ℥iij. M. pro fotu, decoq. in vin. alb.

Fotus ad tormina.

Retenta Lochia ſeq. moventur ſucco: ſcapula vervecina porris transfigitur

Succus ad Lochia promov.

gitur & ſemicoquitur, ejuſque ſuccus exprimitur, qui cum pauco cinam. croc. nuciſt. excoquitur, puerperæque exhibetur. Quædam obſtetrices faſciis ventrem mediocriter ſtringunt appoſitis utrinque circa inguina ſpleniis triangularibus, ad uterum in ſitu convenienter conſervandum, aut citra divagationem in priſtinum ſtatum reducendum. Juſcula matutinis horis quæ hauriuntur, ad debitam lochiorum expurgationem promovendam alterentur ſummitatibus rad. aſparagi, petroſelini, chærefoli, calend. hyſop. & pauco croc. elapſis 10 horis & magna ex parte lochiis evacuatis, victus ratio paulò plenior inſtituenda, addendo juſculis cibos ſolidiores, Juniorum ſcilicet animalium carnes minutim diſſectas, pineolata item amygdalata, hordeata, panem martium, fructus coctos aniſo ſaccharoque conditos, in ultima ſcilicet menſa, in prima verò pruna exhibeantur. Alvus ſtagnans clyſtere ſubducenda.

Juſcula alterantia.

Mammæ detectæ (ſi quid duritiei (quod frequentiſſimum,) reſtiterit, quia

Litus ad

(quia adhuc lactis quid ibi hæret) decocto ſalv. vinc. pervinc. & myrtillor. c. vin. alb. præp. foveantur, vel *litu* ſeq. inuugantur. *Litus ad Mammar. duritiem.*

℞ ol. amyg. dulc. ol. è nucib. ſ. △ expreſſ. ana ℥iij. terebinth. venet. ℥ij. butyr. rec. ℥ijß. ſperm. ceti. ℥jß. ceræ granator. ℥j. M. f. litus diutiſſimè c. aq. myrtillor. vel ſucco cicutæ, apii, ſalv. vinc. pervinc. vel c. infuſ. harum plantarum c. vino albo, facta agitandus.

Poſt inunctionem tela cerata vulgari & ſacculis cum goſſipio interpaſſatis, pro papillâ perforatis tegantur, vel ſeq. ſparadrapo foveantur.

℞ ol. nuc. rec. ſ. △ expreſſ. vel ol. lini rec. ℥iij terebinth. venet. ℥ij. ſperm. ceti ℥ijß. ceræ granator. ℥x. M. inque Maſſam emplaſticam nondum refrigeratam linteum pro ſparadrapo immergas. *Sparadrapum*

Si per papillam Lac effluat ne appoſita madeſcant, ſpongia tenuis humectata rurſuſque expreſſa ſparadrapo eſt ſuperponenda, huic verò linteamina duplicia ſuperponenda ſunt.

Quamdiu lochia fluunt & lactis quid, nihil adſtringens ventri applicandum, ſed relaxata cutis faſciis duntaxat moderatè conſtringenda, in prioremque ſtatum blandè reducenda: propterea præſcriptus pudendi fotus non mutandus. At decimo quinto die elapſo, quando minori copia lochia ſtillant, f. Pomata ſeq. quâ illinatur venter totus cum mammis (horum autem uſus ut patet in plures dies differendus, ſi fluor iſto die adhuc ſit copioſus.)

Pomata pro ventre.

℞ pingued. circa renes vituli & vervec. collect. ana ℥viij. medull. cervinæ, ſebi cervin. ana ℥vj. ol. maſtich. myrtill. amygd. amar. vel nucl. perſicor. ana ℥ij. ol. gland. rec. expreſſ. ℥v. ol. è vitell. ovor. ℥jß. fundatur igne lento, cum ſpermate ceti ℥iv. dum adhuc liquida agitentur, addendo roſ. rubr craſſiuſculè tritarum ℥ij. ſantal. citr. lign. rhod. ana ℥j. ſtyrac. calam. benz. ana ℥jß. borac. alum. uſti ana ʒvj. flor. lavend. ℥ß. ſtent per 4. dies, deinde liquentur, per tenuiſſimum linteum colentur, quo facto affundenda aq. roſ. fl. citrangul. & myrtin.

tin. mortarioq; marmoreo ad albedinem agitanda; verùm ſi ſit juſto liquidior poſt liquationem ſ. q. ceræ virgineæ adjicienda: vel hujus loco fluentibus adhuc lochiis venter ſeq. litu inungatur.

♃ terebinth. venet. ℥jß. ol. roſ. myrtin. maſtich. ana ℥ij. ſperm. ceti ℥jv. medull. crur. bovis. ℥vj. M. f. litus, lavandus c. aq. roſ. & plantag. *Litus.*

Deinde fotus cum pulvere olibani ſinapiſetur & conſuetis faſciis conſtringatur. *Fotus.*

Poſt Pomatæ jam deſcriptæ uſum tela ſeq. applicetur. *Tela emplaſtica.*

♃ ceræ fl. ℥vj. ſperm. ceti ℥j. M.

Vel hæc pro Reginâ A. 1630. præſcripta:

♃ ceræ albæ ʒxvj. ol. amygd. dulc. rec. expr. ſ. △ ℥ij. ſevi cervin. medull. ejuſd. rec. ana ℥j. ſperm. ceti rec. ʒij. part. alb. benz. ℥j. maſtic. per. expreſſ. ad △ ſ. a. purgatæ ʒij. Ultima hæc duo in lapide inſtar pigmenti pictorum ducenda, cera liquanda, cum cæteris miſcenda, tela tandem maſſæ huic immergenda & polienda. Mutandi quoque ſunt pudendi fotus,

Fotus adſtringens. detergentibus aſtringentes ſubſtituendi.

℞ fol. plantag. centinod. ana Mjß. roſ. rubr. p. iv. balauſt. nuc. cupreſſ. ana ℥j. myrtill. rad. tormentill. ana ℥ij. coq. in p. æq. aq. fabror. & vini rubelli ſtyptici in colaturæ ℔ij. diſſolve alum. roch. ℥ij. M. f. fotus manè & veſperi admovendus. Exacto jam menſis & ultra ſpatio, (multæ enim ad 40 dies uſque purgantur) ſi opus fuerit exhibeantur cathartica convenientia, ſanguis mittatur. Tandem loco ſaponis ad ſorditiem ventris & mammarum abſtergendam iſtæ partes aliquot ovorum vitellis fricentur & abluantur. Balneum quoque

Balneū. puerpera ſemel in die per 4 dies ingrediatur longè à cibo illudque egelidum: In eo autem citrà ſudorem & faſtidium moretur. Hinc lectum petat deterſoque madore aliquandiu quieſcat, antequam corpus cibo reficiat, niſi forſan virium debilitas, ventriculique conditio aliud ſuadeat, cibumque ſeu juſculum ante balnei ingreſſum petat. Primo die cum ſimplicis balnei aqua miſceatur, vel

oma-

omaſorum decocti calidi pars tertia vel dimidia: ſecundo vel tertio die balneum alteretur fol. malv. viol. vitis, ſalic. roſ. fl. nymph. cutis ſacculo detergatur furfure macro pleno: quarto die terantur amygd. d. rec. ℔iv. & cum aq. balnei agitentur, colentur, miſceanturque. Balneo huic inſideat puerpera, corpus ſacculo ſeq. fricet.

℞ amygd. d. contuſ. nucl. pin. rec. ana ℥vj. ſtyrac. calamit. benz. contrit. ana ℥jß. pulv. roſ. rubr. ℥j. lavendul. ℥ß. M. pro ſacculo. *Sacculus.*

Ita completo puerperii labore, ad priſtinam victus rationem redeat, emaciatumque corpus ſi fuerit, lacte aſinino, amygdalatis, gelatinis, hordeatis, pineolatis, contuſis ex caponibus, aliiſque optimi ſucci ordine debito ſcilicet aſſumptis cum idonea externarum rerum non naturalium ex medicinæ legibus deprompta adminiſtratione reficiat. Tela emplaſtica ultima pro ventre & mammis. *Victus.* *Tela empl. pro vẽtre & mammis.*

℞ ceræ virg. ℥viij. ſperm. ceti ℥iij. ol. gland. ℥ij. ſebi hircin. ℥jß. camphoræ. ℈j. M.

SECT. X.

De Fœtu.

NAtus *puer* aliquando ob partûs laborem *debilior* exiſtit: Hujus ori inſtilletur vel inſuffletur ab obſtetrice vinum generoſum. Mox ad arcendam epilepſiam puerilem, cui tenella ætas ratione nimiæ humiditatis eſt obnoxia, Theriaca vel Mithridatium inſtar piſi magnitudinis in vin. hippocrat. diſſolvatur exhibeaturque vel vin. hippocr. cochl. ß. propinetur. Deinde vino albo, vel aquâ tepidè abluatur, niſi enim id fiat ex relictis ſtrigmentis furfuraceos herpetes difficillimæ curationis in cute efflореſcunt, & per multos annos clinici durare aſſerunt. Tandem ol. amygd. d. vel nuc. ſ. △ extr. innungatur, & reſecto ante iſta umbilico faſciis obvolvatur.

Epilepſia.

Ad præſervationem epilepſiæ. Senn. l. 1. pr. c. de epil. circa finem ſcribit hanc Infuſionem.

♃ ſpir.

℞ ſpir. vin. ℔ iv. caſtor. ℥ß. rad. pœon. ℥iij. Macera & cola, Colaturâ infantis totum corpus abluatur. Sanguine Secundinæ faciem puellarum obſtetrices abluunt, quo cuti nitorem conciliari, maculaſque omnes prohiberi credunt.

Ante 4 vel 5 horas mammæ non offerantur ſugendæ, ſed ℥iv. ol. amygd. d. ad facilem papaverculi excretionem prius exhibendæ ſunt. Ol. iſtud quotidiè cum ſacchar. cand. veſperi exhibeatur ad bilis, fæcum, Urinæ evacuationem promovendam & tormina cavenda. Si tormina fatigent à flatu, cum pulte pulv. aniſi. vel cum ol. amygd. d. tantillum ſacchari aniſati; vel tantillum Mithridat. exhibeatur. Applicetur poſt caſum umbilici placentula ex ovo rec. menth. abſinth. tanac. abroton. ol. aneth. rut. & pauco croco fact. emplaſtr. ex Mitridatio. *Tormina infantum.*

Grandiuſculi ſi ſint infantes & dolori colico obnoxii, admovetur ipſis emplaſtr. ex Galbano.

Pariſiis Mulierculæ exhibent Miſturam ex extract. Juniperi & apii

quod Gallicè *Opiate* vocant. Subducatur quotidiè alvus ſegnior ſuppoſitorio ex ſapone albo. Injiciatur clyſter. ex decocto aniſi, fœnic. aneth. mell. ſacchar. adde butyr. & ovor. vitell. c.g.

℞ Juſculi (vel decocti aniſi. &c.) ℥v. mell. vel. ſacchar. butyr. rec. ana ℥j. vitell. ov. j. M. f. *Stagnante urina* imo ventri applicetur cum betulæ pauxillo, parietariâ. Subinde viſites dorſum ob ſuſpectum morbum. *Maſclam* dictum.

Si *tumeat ſcrotum* ol. anethi inungatur, pulvereque chamæmeli, abſint. roſ. rubr. conſpergatur.

Umbilicus poſt caſum faſciolâ vel pulvillo ſtringatnr.

Faciei maculas vel *nævos*, iis applicatum per aliquot menſes linteum in matris ſanguine menſtruo intinctum delet.

SECT.

SECT. XI.

De Opera Manuoli.

FOetu præpoſtero modo exitum affectante, facilius retrudes (manum ſcilicet vel pedem emiſſum) in uterum, ejuſque ſitum p. n. convertes in naturalem & pronum, ſi fœminam parturientem ſupra lectum pronam colloces, ita ut manibus vel cubitis & genubus innitatur, qui propendente antrorſum utero (qui in ſupino decubitu lumbis incumbit) fœtus quoque pondere proprio ad orificium devolvitur: Accedit quod obſtetrix retro ſtans (ob vaginæ abbreviationem ut D. Cledatius vult) liberiore manu negotium ſuum peragere poſſit. *Aubert.*

Fractis jam parturientis fermè viribus & ſuccumbente fermè Naturâ hiat uterus, quia ejus os interius (imò totum corpus) admodum flacceſcit, propterea id facillimè chirurgi manibus cedit, eamque ſine ullâ

vi admittit. Tali ergò caſu ſe offerente, ut in maximis hæmorrhagiis, infantem ſeu partum excipere expedit. Sic Chambellanus ſenior Equitis Will. Alexandri uxorem ob nimium ſanguinis profluvium moribundam me preſente liberavit breviſſimo temporis ſpatio. Idem Chambellanus aſſerit *brachium fœtus emiſſum* paulatim & blandè in uterum eſſe reponendum pedeſque inquirendos: ſi verò *alter pes cum tibia & crure ad caput* (i. e. ſurſum verſus caput vid. fig. 13. Senn. l. 4. prax.) *reflexus* ſit, immiſſo in anum digito, modo delicati fœtus inteſtinum rectum non laceretur, fœtum eſſe extrahendum. Id quod in fœmina, quam Roſtonii liberavi, feci.

Notationes circa fœtus mortui vel non naturaliter ſe offerentis extractionem obſervanda.

SItus talis eſſe debet, ut ægra tranſverſim in lecto collocetur, elatis

elatis nonnihil natibus, diductis coxis & ad nates reductis atque ad lecti ſpondam firmatis, ſi viribus parturiens tantum adhuc valeat, ſin minus in lecto decumbat pedibus ligno tranſverſim locato innitatur, & admotis utrinque miniſtris cum linteo mantilli lumbis ſuppoſito; extremis urgentibus doloribus attollatur. Mirum dictu admodum dilatari uteri collum ſeu vaginam; imò & cervicem interiorem, ut & manum & brachium uſque ad cubitum admittat: intromittenda autem manus ſenſim probè inuncta & paulatim facienda via: ſæpè vero ita vagina ſtringitur à cervice ut licet manus per uteri capacitatem libere divagetur, obtorpeſcat tamen, & Chirurgo ratione obtuſi ſenſus operandi judicium tollat. In omni difficili partu qui manu adjuvandus, incumbendum eſt ut pedes apprehendantur, quia îta certior & ſecurior fœtús eſt extractio. Fœtu tranſverſim ſituato & ita quidem ut caput ſiniſtro, pedes dextro hypochondrio inſiſtant, cavendum ne violentiùs fœtum convertat,

dum pedes apprehendere ſtudet, quia in magnâ hâc revolutione diaphragma comprimitur, matri Spiritus intercipitur & plerumque ſuffocatur, proptereaque paucæ evadunt. Vaginam ergo versùs intromiſſa blandè manu pedes trahendi, ut nitente deinde matre fœtus faciliùs in vaginam deſcendat. In omni converſione ab omni abſtinendum nixu ob uteri anguſtiam & dictum jam periculum, uſque dum pedes jam vaginæ ſe inſinuaverint. Si verò ob cervicis tumorem vel cervicis vel uteri corporis inverſionem à nimio nixu & labore via non pateat, ut in Domina Vienne accidit, unco capiti injecto perque oſſa adacto fœtus mortuus extrahatur, blandè huc illuc inter trahendum movendo.

Notandum quoties inverſo modo & contra Naturæ leges exitum quærit, tamen parturientem nullo infeſtari dolore cruciatu uſq; anteà vehementes conquieſcere. Malum quando dolores non reſpondent, ut obſtetricum more loquar, i. e. tormina ea mala ſunt, quæ non ultra umbilicum

ad

ad pudendum lumboſque deſcendunt. Signum autem ea non inutilia fore ex eo petitur quando iis urgentibus parturiens dentes manuſque ſtringens quaſi ad ſtercoris excretionem nititur.

Mulierem ad expulſionem ſeu nixum non incites antequam boni eam infeſtent dolores, uterumque apertum eſſe digito exploratum habeas.

Fœtus prono capite excipiendus, i.e. faciem matris tergo obvertat, ne mentum ſub oſſibus immorans exitum impediat, fœtumque ſtranguler, idque in ſupino ſitu evenire ſolet; vel Chirurgus dum vi caput extrahere conatur, caput à cervice avellat, caputque in utero relinquat. Itaque fœtum ſupino capite exitum tentantem (repoſitis prius ſ.a. emiſſis membris, brachio ſcilicet & pede) convertas pedemque manu apprehendas, vel ſi manum probè regere non poſſis tum laqueum ex filo (quale eſt linum quo utuntur fœminæ ad nectendos capillos) contextum injicias, deinde manu blandè retracta fœtum ut par eſt, convolvas, tandemque

que ſenſim & citra violentiam extrahas. Si extracto corpore mentum ſub coccyge hæreat, ut ſæpè, ſit medius digitus ori immittendus, apprehenſaque inferiori maxillâ, cum toto capite pectori adducenda, ſicque ab obſtaculo, ſcilicet à coccygis oſſe avellenda & liberanda; Verum frænum linguæ hâc ratione ſi laceraveris, facillè melle roſ: vel ſyr. roſ. ſicc. vel ceroſor. reſtituitur. Caput à corpore avulſum unco valido & longiore extrahendum.

Uterus ſtatim ab egreſſu excluſo fœtu concidit atque os interius connivet, propterea manus intromittenda & paulatim os aperiendum, præſertim ſi longo poſt avulſionem tēpore Chirurgus vocatus fuerit. Uncus digito regendus, firmiterq; capiti infigēdus, nec niſi adactionis quis certus ſit, ob metum dilacerationis, retrahendus. Si opus ſit alterius manus digito dirigenda & juvanda unci adactio. Videat Chirurgus dum recta manu uncum trahit, ut ſiniſtra manu caput contineat, uncumque dirigat quia caput ob rotunditatem & lubricita-

bricitatem aufugit.

Secundina ſæpè in utero remanet obſtetrice umbilicum vehementiùs vel incautiùs trahente.

Si oſculum inferius ut ferè fit poſt multas à partu horas conniveat, dilatatorio aperiendum & ipſo inſtante quo dilatatorium dilatatur manus intromittenda.

Placenta ſi acetabulis adhæreſ. at vel integra (ſi fieri poteſt.) citra divulſionem, blandè ſeparetur, vel ſi incommodum Chirurgo fuerit; integram aggredi ſeparationem, per medium apice digitorum per longitudinem ſæpius ducto & reducto dividatur, ſingulæque partes extrahantur. Tota ſi fuerit ſeparata, ſecundina facilè extrahitur.

Dilatatorii porrò uſus præter ſecundinæ moram, ſæpè occurrit in irrito conceptu educendo quem hæmorrhagia, ſyncope &c. conſequuntur. Dilatato etiam uteri orificio manus immittitur, molaque extrahitur.

Hæmorrhagia ſæpé ingens utero gerentes circa partus terminum invadit,

vadit, quando ſcilicet placenta nimis firmiter acetabulis affixa à fœtûs motu vel cauſa aliqua externa avellitur, ruptis membranis, Chorio & Amnio. Hinc fit ut fœtus per capacitatem uteri in ſanguineo balneo fluctuet, Placenta ratione ponderis ad partem inferiorem ſcilicet uteri oſtium devolvitur, hiantibus interim vaſorum, ſcilicet & arteriarum oſculis ſanguinemque uberrimè fundentibus, ob contentum fœtum ejuſque involucra quæ uteri corpus diſtendunt, vaſaque in uteri membranas deſinentia patentiora evadunt. Placenta Uteri oſtio ſeu cervici incumbens obſtetricis tactui imponit ſuâ mollitie, imò orificium obſtruens impedit (niſi nates attollantur) quo minus obſtetrix ejus apertionem explorare poſſit.

Feſtinandum in ope ferenda ne ægra paucarum horarum ſpatio ſuccumbat.

Præſtantiſſimum remedium eſt *fœtûs Extractio* quæ matris vocatur liberatio; quia tum uterus concidit, quæ concidentia patula vaſorum oſcula occludit & per conſequens ſangui-

guinem ſiſtit. Utero igitur ægræ in ſitu dicto collocatæ chirurgus manum immitat, ſtatimque digitorum apicibus ſenſim placentam ſeparet, viam ſibi paret ad fœtum, ut eum in conveniente ſede apprehenſum manu vel laqueo (ut antea dictum) prius, deinde & ſecundinam extrahere valeat. Vino & Cardiacis ægra refocillanda, & ſanguis in utero concretus (ne ulterius effluxum impediat, quem vaſa indeſinenter fundunt) manu educendus, donec omnia ſecundùm Naturæ leges ſuccedant. Convulſiones & ante partum & in ipſo partu gravidas invadunt.

Ante partum ob cauſam aliquam externam, ut iram, metum vel ſubitum animi motum quæ cauſa uteri diſtenti ſenſus exquiſiti acuunt: accedente fœtus ſeſe in utero commoventis agitatione nervoſum genus irritante. Hoc ſymptoma niſi citò tollatur, appoplexia excipit. Cerebrum enim in convulſivis motibus vehementer patitur unde ſenſus torpent, menſque aboletur. Adhibitis ergo remediis appropriatis, uteri cervix im-

miſſa

miſſa manu aperiatur, vel dilatatorio, (digito prius viam monſtrante) dilatetur manuſque introducatur ad fœtum naturaliter ſitum apprehendendum. Situs autem pronus ſit, ne moram injiciat mentum, de quo ſitu ſupra dictum: excitentur motu & confricatione asperâ dolores.

Chirurgus diligenter ſanguinis grumos in parturientibus, quæ ad ſe redeunt, extrahat, ligaturas injiciat dolorificas, cucurbitulas partibus inferioribus, coxis ſcilicet & tibiæ muſculis affigat, ſtrepitum manibus moveat, ſubindeque faciem frigida conſpergat.

Hebetudo & Amentia convulſiones has conſequentes ad ſeptimum nonumque diem utplurimum perſiſtunt, quibus tandem ex toto liberantur. Id quod in vicina mea, Alutarii conjuge nuper ex ira convulſa, circaque noni menſis finem ſibi reſtituta notavi.

Si ſpaſmus in ipſo ingruat partu citra alia remedia is fœtus extractione ſolvendus. Secundina nunquam niſi

niſi obſtetricis errore in utero remanet. Hæc ſi ſtatim poſt partum manum immittat, quamvis acetabulis ſuis adhærentem facilè blandâ manu ſeparatum educet. Separanda autem veniunt fruſta majora ob avulſionem vehementiorem relicta, minora conveniente injectione ſuppuranda ſunt. Verùm ſi negligatur hoc remedium, uterus conſtringitur, poſteaque difficillimè ſecundina extrahitur.

Summum in partu facilitando remedium eſt oſſis coccygis crebra deorſum digito facta reflexio. Perinæum quoque in primis partubus in incredibilem latitudinem extenſum ob pudendorum anguſtiam, aliquando ungue vel duobus digitis ad latera trahendo dilacerandum, quando ſcilicet ſponte non dividitur, at tum tantum cum boni urgent dolores. Reliqua ad faciliorem partum requiſita Naturæ fœtuique ſibi viam paraturo ſunt committenda. Fœtus mortuus poſt aliquot horar. moram in utero intumeſcit, interdum in ipſa adhuc vagina capite tenus ſuccumbit. Capiti

piti ergo in vagina hærenti uncus firmiter infigendus, blandeque admodum & ſenſim, ne violenta manu ſuper jacens utero veſica diſrumpatur, fœtus extrahendus. Notandum quoque ut uncus cuſpide ſemper deorſum vergente adigatur.

THEOD. DE MAYERNE TRACTATUS DE ARTHRITIDE

Gallicè conſcriptus.

INter affectus qui humano corpori infeſti ſunt, illique præmaturum exitium, diſſolutionemque ante fatalem terminum portendunt, Arthritis maximè omnium in commiſerationem trahit, vel eo nomine quod perperam à pleriſque morbis qui curationem reſpuunt annumeratur: hinc ægris à medentibus prognoſtico derelictis, horum cura in mitigationem ſolùm & ſedationem doloris incumbit,

bit, per topicorum admotionem, ſatagentium prius languentium votis annuere quam officium explere: Medicorum quippe plerique famæ conſequendæ potiores partes habent quàm ægrorum ſibi commiſſorum ſalutis, atque compeſcendis ejulatibus intentos, de valetudine integra reſtituenda ne cogitatio quidem ſubit.

Sed ſi intima mali natura ad examen revocetur, id proculdubio in leviorum cenſu non eſt; cujus ſcilicet cauſæ lento & teſtudineo gradu progredientes, ſenſim incrementis augeſcunt, effectu non priùs ſe prodente, quam tanta partibus inducta ſit prava διάθεσις ab incluſis humoribus, atque per crebros in diæta errores, vitæque intemperantiam, ad faſtigium deducta, ut ægri in confinio & præcipitii margine conſtituti, magnitudinem glomeris revolvendi intuiti, longitudineque viæ, quam verſis veſtigiis terere neceſſe habent, quo ad priſtinam ſanitatem regreſſus fiat, perterriti, ſpem omnem abjiciant, remediique omne genus averſentur.

ſentur: Adde his Arthritidem divitum & Magnatum domicilia quærere, ibique ſtativa ponere, quorum imperio (ſi ita Diis placet) omnia parent, adeo ut obedientiam ab iis vix extorqueas & aſſenſum in obſervationem præceptorum ad ſalutem requiſitorum; Non tamen veroſimile eſt Deum naturam novercam creaſſe, atque præſidiorum adeo inopem, ut quiſpiam extet morbus (cujus ὕπαρξις in mera privatione non conſiſtit) qui curationem nequaquam admittat: Si vero ſingularis morbi indoles, ejuſve cauſarum curationi obſtet, enitamur illis opem ferre qui præceptis medicis obtemperare non renuunt, aut ſaltem atrocitatem dolorum mitigare, vel crebrum paroxyſmorum recurſum inhibere, ac tandem præcaveamus ne partes officii ſoliti intermiſſione & otii diuturnitate torpeant, ac uſui, cui deſtinatæ ſunt, ineptæ evadant: Eos enim ſcopos Artem poſſe aſſequi certiſſimum eſt, quovis in ſubjecto, ſi modo ſanitatis limites non omnino prætergreſſum ſit,

ſit, atque remediorum admovendorum efficaciæ adhucdum capax ſit.

Quo Arthritidis natura in apertum veniat, floccifacienda eſt humorum in quatuor partes diſtributio, qui quamvis per excreta ex humano corpore diſtincti apparent, altius tamen mens dirigénda eſt, atque perpendendum omnia corporis excrementa ſal in ſeſe admittere, ſpeciatim liquida, qualia ſunt urina & ſudor quorum tenuioribus partibus in halitum diſcuſſis, hypoſtaſis ſalina ſupereſt: Hinc inferre licet Sal, quamdiu intra metas & proportionem à natura conſtitutas conſiſtit, innoxium eſſe, ubi verò illas tranſgreditur & redundat, ſive id liquidum ſit, reſolventi ſuo remixtum, ſive inde exiliat, concretione facta, non ſine damno congeri: Non ſecus ac in macrocoſmo varia occurrunt Salium genera, quorum alia dulcia ſunt, ut ſaccharum: alia acida, qualia vitriolata: alia amara, ut fuliginoſa: alia verè ſalita, qualia ſunt marinum, gemmeum,

neum: alia volatilia, ſicut Armoniacum: alia inſipida, çujuſmodi ſunt quæ in lapides, tophos & calculos coaleſcunt: Similia in microcoſmo gignuntur, Tartarea dicta, quæ juxta proprietates & indolem nativam morbos generant à Tartaro nomenclaturam accipientes; quorum, habitâ ratione materialis cauſæ ac propriæ diſpoſitionis, duplex conſtituendum genus, alterum ab ejus ſolutione originem trahens, alterum ab ejuſdem coagulatione & concretione: quam diſpoſitionem fovet juvatque multum partium diatheſis, in quibus agens nativus calor, juxta gradum propriæ earum eſſentiæ, mixtioniſque eſſentialis, is ea ſalia diſſoluit, ut in hydropici jecore; vel concretionem promovet, ſicut in renibus & veſica, in calculo obnoxiis.

Dimiſſis quatuor primis Elementis, tranſeamus ad eorum ſuccedanea, quæ â Spagiricis (ſublunaria corpora Vulcani ſui ope in principia reſoluentibus) ad tria revocantur: Quicquid eſt aqueum & volatile Mercurium vocantibus; quicquid pingue

& ignis capax, Sulphur appellantibus; omne terreum; ab impura terra mortua ſecretum, Salis nomine donantibus: Hoc Sal naturæ balſamus eſt, quo corpus exutum proculdubio putrilagine occupatur. Porro, cùm triplicis ſubſtantiæ diſſolutio nullo non tempore fiat, ea principia inſtaurari & reparari poſtulant, quod ex iiſdem nutriamur ex quibus conſtamus. Subſtantiæ verò elementares, quas ad ſuſtentationem noſtri aſſumimus, variæ cùm quoq; ſint in compoſitione & temperatura, unumq; è dictis principiis præ cæteris exuberet in quovis alimento, neceſſe eſt ut quiſquis cibis utitur, in quibus ſal radicale redundat, is in ſe augmentum ejuſdem principii experiatur.

Atque hic mirari liceat Divinam Providentiam, quæ ſeroſum humorem primæ concoctionis excrementum liquidum eſſe voluit, in qua, cùm alimenta in chyli formam liqueſcunt, ſecretio fit trium ſubſtantiarum, ac ſal protinus diſſoluitur ab eo ichoroſo liquore, qui ſanguini admixtus huic vehiculo eſt, hinc ad minimas partes

partes tranſmiſſus, illis eſt vice balſami: reſiduum urinæ lixivium conſtituens, per loca ejus excretioni dicata effluit: Si quid illius inutile ſuperfluit, peracta tertia concoctione, per ſudorem exprimitur, vel per inſenſilem tranſpirationem exitum quærens, in ſordes craſſas cruri adhærentes faceſſit.

Et hæc contingunt in corporibus bene conſtitutis, quorum facultates vigent, functioneſque inculpatè eduntur: At ſi vitio partium, vel diætæ erroribus natura opprimatur, ſecretioneſque & excretiones lentè & vitioſè perficiantur, neceſſe eſt ſal illud congeri, quantitatem eam ſuperans, per quam inſtar balſami partes à putredine vindicat; tunc vellicat doloreſque excitat, ac partes inflammat, quocunque deferatur & ſubſiſtat, quamtumvis forma ſit liquida & diſſoluta inſtar muriæ. Cæterum, cum naturalis proportio, quæ inter diſſolvens & id quod ſolutum eſt, ejuſmodi ſit, ut ſubtiliſſimus liquor ſubquadruplam tantum ejus partem admittere poſſit, ſi exſuperet in prædicto ſeroſo

latice, neceſſe eſt id in viis cæſpitare, in quibus in calculos diverſimode concreſcit, pro natura prædominantis ſalis. Sed hic perpendendæ veniunt concretiones variæ quæ contingunt in terræ viſceribus, quin etiam eæ quæ fiunt artis ope: aliam enim formam induit alumen cùm concreſcit, aliam nitrum, aliam ſal marinum, aliam item armoniacum: Imo, qui à ſalium coagulationibus ad eas quæ in lapidibus & marcaſitis contingunt tranſitum fecerit, ille quaſdam deprehendet ad Geometriæ leges tam affabre effictas, ut ars à natura ſuperatam ſe eſſe fateatur neceſſe ſit.

Ex dictis inferre licet morbos Tartareos, ſobolem eſſe diſpoſitionis cujuſdam nativæ generantis, vel potius ab alimentis efficaci er ſegregantis, retinentis &, ut ita dicam, aſſimilantis ſal illud quod Tartarum vocamus; vel potius vitii, malæque indolis prædictorum alimentorum inconſulto ingeſtorum, facultatum tonum ſuperantium, functioneſque depravantium, quas tandem ad frequentem

ejuſ-

ejuſmodi cauſarum procatarcticarum concurſum obrui & opprimi neceſſarium eſt. Proinde ejuſmodi morbi, vel Hæreditarii ſunt, à parentibus labe inquinatis in liberos transfuſi, vel Accidentarii, propriâ culpâ nobis ingeniti.

Juxta id philoſophicum dogma, hæc ſtatuatur Arthritidis definitio, quod ſit, Dolorifica ſolutio continui ligamentorum, partiumque nervoſarum, & ſenſibilium, artus omnes circumſtantium, inducta à qualitate acri & mordicante Tartari cujuſpiam, aut Salis à maſſa ſanguinis ſecreti, ac illuc cum proprio vehiculo, ſeu ſeroſo humore tranſmiſſi, utpote nutritioni inutilis & in carnis concretionem inepti, ad partes maxime debiles & ad ſuſceptionem idoneas.

Ea definitio unicam Arthritidis cauſam agnoſcit, futilemque eſſe illius diviſionem in calidam & frigidam oſtendit. Non eo tamen inficias arthriticos dolores mitigari contrariorum admotione; ſed ſciendum ad partem dolore afflictam concurrere in ſubſidium ſpiritus, ſimulque humo-

rem, quem temperies corporis genuit, cæteris prædominantem. Sic in temperamento pituitoſo, albicant partes dolentes, ac ſine inflammatione tument; In ſanguineis & bilioſis atroces ſunt dolores, qui præceps remedium expoſcunt: At in quavis arthritide nunquam deſinunt dolores, (de narcoticis non loquor) quin ſal doloris parens, vel liquore aliquo miti diluatur; (bona inſtituta diæta, at vini abſtinentia & uſu potionum aquea vi præditarum, quales in paroxyſmo aſſumunt arthritici) vel diverſione facta irruentis cum impetu humoris, ſal illud, ſi volatile ſit, in habitum diſcutiatur; vel tandem remediis internis, e.g. ſale Saturni aut Tartari, temperetur & mitigetur.

Miſſas facio opiniones eorum qui originem Arthritidis à Jecore aut Cerebro repetunt: mea ſententia prima cauſæ materialis ſcaturigo eſt in ventriculo, quæ poſtmodum inde derivatur & paſſim diffunditur per univerſum venoſum genus, ac mediante cauſa efficiente, habituali reddita iis in partibus, (vel hæreditario jure,

vel

vel erroribus diætæ,) acrimoniam contrahit, ac ſe inſinuat iis, utpote ſumme debilibus, ad excipiendum & patiendum pronis minuſque reſiſtere aptis.

Non autem omnis articulorum dolor, Arthritis dicendus eſt, ſed is demum qui genitus ab ejuſmodi cauſis Tartareis, talem effectum parit, ſummâ partibus inductâ debilitate, dolore deſinente.

Arthritis quædam vaga eſt, Anglis Ninning dicta, erratica, nulli articulo parcens, ſed ſingulos ſucceſſivè invadens, plures ſæpe ſimul occupans, cujus terminus, finita inflammatione, ab Hippoc. quadrageſimo die circumſcribitur: Oritur ea à generali humorum cataclyſmo, in corporibus plethoricis, ſeroſis humoribus redundantibus, qui cavitatem articulorum ſubeuntes, partium adjacentium tenſione potius quam acrimonia moleſti ſunt: Hujuſmodi vitioſa diatheſis in diſquiſitionem huc non venit, quam ſolvunt frequentes phlebotomiæ, vel inſignes vacuationes, per hydragoga,

facta revulſione & ſubductione humoris peccantis.

Dimiſſo hoc affectu, tranſeamus ad truculentum & rebelle malum, Podagræ nomine ſpeciatim indigitatum, quod Hippocr. aliàs ſanabile, aliàs inſanabile pronuntiat lib. 2. prædict, juxta quaſdam conditiones, *De Podagra hæc dico, quicunque aut ſenes ſunt, aut circa articulos calculos tophaceos concretos habent; aut ærumnoſe vivunt, aut ſiccam habent alvum, hi omnes ſani humana arte fieri non poſſunt, quantùm ego novi: ſanant quidem hos optime dyſenteriæ ſi ſucceſſerint, ſed etiam aliæ eliquationes valde proſunt, quæ ad internos locos repunt. Qui vero juvenis eſt & circa articulos nondum tophaceos callos habet concretos, & accurate vivit, & laboris amans eſt, & alvum bonam habet, ad obediendum pro ſtudiorum ratione, hic ſane Medicum intelligentiam habentem nactus, ſanus fieri poterit.* Ego autem innixus Oraculo Summi Viri, exiſtimo Podagram, etiam in eo cui jure hæreditario imminet, nedum in omni ſubjecto, poſſe impediri & præcaveri, ſcili-

ſcilicet in primordiis ſuis, & priuſquam aliquod ſedimentum tophaceum reliquerit ac depoſuerit in articulorum loca cava, ac gluten eorum nativum in calculum ejus efficacia induruerit; Illã inquam, cenſeo curationis capacem eſſe. Effatum ſpecie temerarium, veriſſimum tamen, ſi modo Arthritici primo aphoriſmorum parere velint, per quem non tantum Medicum decet officio fungi, ſed & ægrum & aſſidentes, atque cauſæ externæ ad eandem curationem conſpirare debent.

Quoad præcautionem, perfunctorie eam exequitur Galenus, exiſtimans purgationes & ſanguinis miſſiones, vere & autumno celebratas, ſatis eſſe, accedente rectâ vivendi ratione, non modo ad eam præcavendam, in his qui ab ea hactenus immunes fuere, verùm etiam in iis quos jam aliquando invaſit. Addamus vero plurimarum aliarum rerum concurſum requiri: Diæta primas ſibi vendicat, atque ex alimentis eligenda euchyma & eupepta, faceſſere juſſis quibuſcumque glutinoſis, tarta-

reis,ſale impregnatis, & iis quæ facilè coagulantur. Eorum ſpecies petantur è libris, qui regulas continent utilium vel noxiorum.

Potus maximum hic momentum obtinet, qui cum diluendo cibo inſerviat, ichoroſi excrementi (de quo actum) collectioni materiam præcipuam præbet. Is ſi Tartareæ ejuſmodi materiæ plurimæ particeps eſt, proculdubio per ſimilitudinem ſubſtantiæ ad ſe allicit eam quam alimenta continent, ac proinde podagræ generationem promovet; Conſtat enim potiones viſcidas, quales ſunt zythum & cereviſia non rite defæcata, ad coagulationem aptas eſſe, ac facile calculum parere. E contra tenuiores potus, maxime ſimplices, atque quibus minimum ſalinæ materiæ ineſt, minus pronos eſſe in generationem ejuſmodi mali: Hinc raro aquæ potores, modò ſincera ſit, in podagram proclives ſunt, præſertim divites: qui curioſitatis ergo in fontes, e quibus aquas hauriunt, ſilices fluviatiles terſos & nitidos conjiciunt, hi limo mucilaginoſo, quem ſecum

cum vehit aqua, terræ venas perfluens, obducuntur, removenturque injectis aliis: Vel utuntur aqua pluvia ciſternis excepta, ſabulo repletis. Hydromel ex aqua cœleſti paratum, rite depuratum, accedente fermentatione donec limpidum fiat, nec quicquam in fundum deponat, inſignis utilitatis eſt; imo medicamenti vim adipiſci poteſt, adjectis herbis cephalicis, neuroticis & arthriticis, quales ſunt betonica, iva arthritica, & moſchata, primula veris & ſimiles. Vinum nimiâ copiâ aſſumptum, turbidum, non exactè à fæcibus depuratum, & à ſuo Tartaro liberatum, ſummè noxium eſt, tum quia à continuo illius uſu & immodico diſſipatur calor nativus, tum concoctio in ventriculo impeditur, præſertim carnium, quæ in eo liquore indureſcunt, jecur offenditur, ſanguis acris ſimul ac ſeroſus gignitur, cerebrum debile redditur, nervorum robur infringitur, catharri cientur, quorum materia in ſuprema illa regione condenſata, perpendiculariter in ſubditum corpus decumbit, & devaſtat quicquid

obvium eſt & maxime debile.

E vinis alia polyphora ſunt & quanquam diluta linguam vellicant: ejuſmodi tartaro vitriolico abundant, acido, pontico, pungente: Alia generoſiora, plurimóque ſpiritu pollent, quorum robur ab admixta aqua citò retunditur; hæc cerebro præſertim infeſta, ut priora artubus. Ars modum excogitavit quo vaporem noxium vino demeret, id tranſcolando per inſtrumentum vitreum duplex, dictum Gallis *Montevin*, eôque ingenio Tartaro ſuperfluo privant, infuſo aliquo liquore præcipitandi vi prædito; quale eſt oleum Tartari, (cujus ope vinum ad acorem vergens dulceſcit) lithargyri ſolutio, vel ſaccharum plumbi ex aceto factum: cryſtalli calcinatæ ſolutio per crebras in aqua urticæ extinctiones & reverberationes cum ſpiritu acido terebinthinæ, ſ. a. ſed durum eſt & tædioſum medicato cibo & potu in paſtibus uti. Qui vino ſibi temperare non poterit, eligat quod minùs noxium, & oligophorum eſt, optimè id diluat, neque ul-

tra neceſſitatem ingerat, abſtinendo quoque à copioſiore cibo: Hæc ſanitatis prima ſit lex, non ſatiari cibis, nec ventriculum gravare, vires ejus ſuperando ſuperflua πλησμονῇ, quò calor nativus in objectum ſibi commiſſum ſine moleſtia agat, quod ἡγεμονικὸν eſt; neque etiam novus ingerendus cibus priore nondum concocto: hic eſto ſimplex, cujus præcipuum condimentum ſit fames: eam revocando, ſi deficit, mediocri exercitio horis debitis inſtituto, ante non immediatè à paſtu, cujus ope excitatur calor ſopitus, non ſecus ac ſopitus ignis cinerum agitatione reviviſcit.

Sed quandoquidem exercitii mentio injecta, cujus eſſentia eſt in motu, accerſantur huc frictiones tum totius, tum artuum, quæ poros reſerant, exhauriunt ſuppreſſas ſuperfluitates caloremque ad partes, functionum omnium opificem principem & inſtrumentum facultatum revocant. Porrò, cùm nullum alimentum non aliquid impurum in ſe contineat, quod in excrementum faceſſit; in id elabo-

elaborandum quo ſupervacanea excludantur per vias naturales, quantitate convenienti & opportuno tempore: quod ſi natura cæſpitet, arte ei ſuccurendum, in id ſedulo incumbendo ut venter ſecedat, nec ventriculus unquam impuritatibus ſcateat, ita ut primæ concoctionis reliquiæ vice fermenti non ſint, quod ſequuturo alimento acorem conciliet. In id conducent remedia quædam familiaria, ut pilulæ maſtichinæ, Macri, aloës variis ſuccis impregnatæ, ſtomachicis, hepaticis, atque aliis levibus medicamentis, quæ vocamus Eccoprotica. Maximéque refert perpendere an urinæ & potus copia ſibi invicé proportione quadam reſpondeant; aliàs potiones aliquæ aperientes & diureticæ certis temporibus & medicamenti formâ aſſumptæ, atque extra paſtus, eximii uſus erunt; qualis eſt liquor vinoſus, qui ex baccis juniperi exactè maturis, ope aquæ bullientis extunditur, addito pauco fermento, vel ſinapi, ut ſic ejus fermentatio promoveatur; aut tantillo liquore rubeo qui è ſale tartari cum

ſpiritu vini elicitur ſ. a. Mirèque quoque ſudorum provocatio confert, ſive mediante exercitio excitentur, ſive in laconico, ſemel aut bis in menſe, injectis aliquando enematis, ventriculo cibis vacuo. Aëris extremæ injuriæ vitentur frigoris præſertim & humiditatis, ſedulò artus contra earum vim muniendo. Somnus & vigiliæ in mediocritate conſiſtant, exceſſus enim æquè noxius eſt: De Venereis idem eſto judicium, Podagricis ſummè infeſtis, quanquam, experientia teſte, humores ſalſi & nitroſi, quibus podagrici abundant, ad ejuſmodi conflictum crebro impellant: de quo quondam ſciſcitatus quidam, quod tempus illi foret opportunum? Scite reſpondit, cum quis ſeipſo debilior fieri cupit. Tandem ſi mediocritas ex uſu ſit in omnibus quæ corpus ſpectant, potiori jure in iis quæ ad animum attinent ejuſque impetus, qui organis corporeis uſus, ea deſtruit & conſumit, niſi à Ratione motus ejus regantur.

En ſuccinctam διαγραφὴν præcipuorum Canonum in diæta à Podagricis obſer-

obſervandorum, vel iis quibus merito ſuſpecta eſſe debet podagra. Ad præcautionem adjungenda quædam remedia, præcipue vacuantia, quo infortunii plenum illud malum in herba, ut aiunt, & in primordiis averruncetur, ſubtrahanturque illius cauſæ priusquam in actum erumpant, ac obſideant partes in quas tyrannide ſua & laniena ſævire ſolent.

Vomitus Podagræ prophylacticum præſtantiſſimum eſt, qui poteſt provocari emeticorum ope in plenitudine inſigni, ubi juncturæ admodum laxæ, & morbus præ foribus eſt, atque ubi Podagricus (qui alias inſultus ſuſtinuit, vel nondum expertus eſt) ſui eſt juris, Medici imperio non parens, ſed genio in valetudinis incommodum plerumque indulget.

Ex vomitoriorum claſſe, hoc uſu tritiſſimum eſt, ſucceſſu nunquam irrito exhibitum, ſcilicet infuſio croci metallorum, in alkool redacti, optime loti, macerati in duabus tribuſve unciis vini albi per horas 24. exhibendo ejus colaturam cum ℥j. oxymelitis ſimpl. mane, vacuo ventriculo,

lo, dato pauco juſculo pingui, poſt ſingulos vomendi impetus. Id genus remedii vim ſuam cum aliqua violentia exſerit: ideo non æque omni corpori conveniens eſt, ſed illi ſolum quod rite à natura ad id eſt comparatum: malum vero radicitus tollit, neque unquam fruſtra præbetur, & quamvis comite aliqua moleſtiâ, innoxium tamen eſt, modo tempeſtive exhibitum. Vitrioli albi depurati drachma una, in aqua hordei diſſoluta, aut cum conſerva aliqua exhibita, ingeſto deſuper ejuſdem aquæ magno hauſtu, cui multa liquiritia incocta ſit, eluit, ſimulque roborat ventriculum in mollioribus corporibus, ac ubi humor è penitioribus partibus non eſt eliciendus: valet quoque emulſio viginti quinque aut triginta granorum Cataputiæ majoris, additis duabus vel tribus amygdalis, facta cum jure pulli & tranſcolata, aut aqua hordei ſaccharo dulcorata.

Eſt aliud vomitionis genus, utiliſſimum minuſque moleſtum: cujus ratio ut teneatur, in memoriam revocandum

candum quod ſuperius dictum, primitivam Podagræ materiam in ventriculo natales habere. Ex Arabum conſilio inebriari ſemel in menſe convenit: quod non indecens eſt, modo porcorum natura non induatur, & rationis uſus ſuperſtes ſit. Quadrat ejuſmodi præceptum in helluones, qui omnia ſine diſcrimine vorant: Semel ij aut bis in menſe ventriculum ultra morem infarciant, ingeſtis quibuſvis promiſcue cibis, pinguedine præſertim, Superauſto qui libuerit liquore, ſolito liberaliori: Sic ſaburrati per horam quieti ſtent, demum ſemihoræ ſpatio lente deambulent, tandem indito in fauces digito ventriculum ad ſubverſionem ſollicitent, & ad excretionem, non modo ingeſtorum, ciborum, ſed etiam mucilaginum congeſtarum illiuſque parietibus jam pridem affixarum & adhærentium: quæ à paſtu ad provocatum uſque vomitum alimentis ſeſe immiſcuerint, ab aſſumptis liquoribus & potu dilutæ; natura in ſingula quavis concoctione tentante colligere quicquid ventriculi ſpatio continetur,

tur, ac illi chyli ſubſtantiam & formam inducere, deinceps in ſanguinem transmutandam. In quibuſdam longius requiritur ſpatium, ut ad ſummum bihorium, prout ventriculus tarde chylificationis munus obit. Quoad motum ante vomendi actum requiſitum, ſufficienter oſtendit navigatio, monente Hippocr. ab illo juvari & promoveri ejuſmodi vacuationem.

Præter vomitum purgatio quoque corporis neceſſaria eſt, præmiſſâ prius præparatione per remedia leptomeria prædita & ſpirituoſa quæ ἀκρότητας ejuſmodi Tartareas adoriantur, qualia ſunt ſpiritus acidi Vitrioli, Sulphuris, Salis, qui ex quovis liquore, conſervis, aliiſve propinari poſſunt. Tartari tum cremor, tum ſpiritus, tum ſal, materiam ad excluſionem parant.

Cathartica podagricum humorem reſpicientia vere ſint hydragoga, quorum immenſa eſt ſylva: Syrupus de rhamno adverſus id malum ſpecificum eſt, immediate ante cibum ſumendus. Doſis ſit unciæ duæ aut

tres.

tres : Cremor Tartari, additis quindecim, duodecim aut decem granis extracti ſcammonii, in aqua roſarum præcipitati, ſimul in vino albo diſſolvendo, ex juſculo ſumendo, addita gutta olei e cinnamomo ſtillatitii, evadit remedium utiliſſimum: Cydoniatum laxativum, Lugdunenſe dictum, ejuſdem eſt efficaciæ : valet radix Gialapa ex vino albo ſumpta, drachmæ unius quantitate aut ſcrupulorum quatuor, utile & jucundum eſt remedium : Non minoris emolumenti ſunt Ebuli grana, eorumque oleum per ebullitionem aut expreſſionem elicitum : ſingulariter commendatur Electuarium Caryocoſtinum : Sed omnium remediorum potentiſſimum eſt Mercurius dulcis, cujus ſcrupulus unus feliciſſimo ſucceſſu exhibetur, additis, ſtimuli gratiâ, ne moram trahat in corpore, xx. aut xxv. granis maſſæ pilul. cochiarum minorum fideliter diſpenſatarum, & correctionis gratiâ aliquot auri foliis, guttiſve oleorum deſtillatorum roriſmarini, aniſi aut cinnamomi.

Gene-

Generoſorum remediorum ne creber eſto uſus, ſed tantum tempeſtatum, vernæ aut autumnalis, initio: Vomitus, ut ante dictum, frequenter eſſe debet, & maxime pilularum uſualium nominatarum.

Ad vacuantia pertinet Nitrum, educet id per renes & veſicam ſubſtantiam Tartaream, quæ facile coit in calculum in iis qui ad podagram vergunt: aſſumitur declinante Luna ad drachmæ unius vel alterius quantitatem cum aqua hordei vel ſaccharata: Tandem Antimonium fixum diaphoreticum, Crolliano modo præparatum, ſudores promovet, in laconico vel lecto exhibitum, ex ſapa vel roob granorum ſambuci, ſemel aut bis in menſe, pro corporis plenitudine, aut ſi in diæta gravius erratum ſit.

Quoad cætera, *zocoli, brocoli, buon capello, pochi quadrechi, manco cervello*; Et, ut adagio fertur, Cura ut caleant pedes & caput, cætera, brutorum vitam agas, i. e. horis commodis paſtum ineas, vitatâ plenitudine. Qui prædicta obſervarit, quanquam inſitam ad podagram propenſionem habeat,

beat, vix eam incurret, modo ex ordine & cura adhibita id fiat.

Tempeſtivum jam eſt iis opem ferre qui actu hoc morbo affligun u ; iis autem manifeſto ſolatio poſſe ſuccurri experientia crebra mihi compertum eſt: vel paroxyſmis mora injecta, vel crebro inſultu eorum prohibito, vel accíſa eorum longitudine, dolorumve atrocia mitigata, aut citius reſtituto robore artubus partibuſque à diuturno malo debilibus.

Ad horum tutelam, præter geneles eaſdem & neceſſarias indicationes, 1. vacuanda materia tartarea, initium ducendo ab ipſa origine. ſcilicet ventriculo, 2. eadem præparanda per omne temperantium genus, 3. materia præparata per imum ventrem excludenda: 4. maxima ejus pars per vaſa excretioni urinæ dicata exhaurienda, 5 Præterea ſuperfluum per exſiccantia & abſorbentia diſſipandum: 6. procuranda, per interceptionis viam, conſumptio ejus quod medicamentorum vim eludet, 7. retundenda ſalis acrimonia in partibus patientibus: 8. id in vapores ſolven-

ſolvendum, quamdiu ſub forma maneat liquida, 9. ſi neceſſitas ingruat, idem fixandum & congelandum in ſua ſcaturgine, 10. Dolore acrius urgente, narcoticis is ſopiendus, quod forte paradoxum quibuſdam videbitur, 11 unum inter & alterum inſultum articuli firmandi, quo minus fluxioni in poſterum opportuni ſint, ſtrenuè roborantibus poſt paroxyſmum uſurpatis: 12 ſi liceat, dictæ materiæ & ſalia diſſolvenda, antequam omnino concreſcant & in ipſo, ſi licet, concretionis initio: Ad curationem enim nodoſæ podagræ, lapide Philoſophico opus eſſet, aut Medeæ balneo in quo ſenectam depoſuit Jaſon.

Præire cunctis debent Vomitoria, omnium quippe maximè neceſſaria, quorum enumeratio antea eſt facta: crebrò autem an rariùs in uſum ducenda ſint, docebit neceſſitas, aut diætæ ratio, ordinata vel ſuſque deque habita: convenit autem ſolum hic eradicans Emeticum, e croco metallorum aut vitriolo albo, quod nunquam non in uſum duci debet; cum

cætera

cætera ad præcautionem mali ſatis ſint in iis qui nunquam id experti; Convenit quoque ſæpius à cœna concitatus vomitus, ventriculo cibis prius gravato, cujus laborem nox ſequens emendabit, patientemque inſtaurabit; Semel ad minimum in menſe id vacuationis genus advocabitur, ut pote maxime efficax præſidium, ſaltem vere & autumno, vel neceſſitate poſtulante, cujuſque tempeſtatis initio.

Id verò annotatione dignum ſalia, Alkali dicta, quæ è vegetabilibus per calcinationem extrahuntur, accerrimos & pungentes ſpiritus edulcorare, inter quos Sal Tartari potentiſſimus eſt: idem accidit in corporibus noſtris, quorum ſalia recenſita acuuntur tantum à ſubſtantiis eorum ſpirituoſis, quarum retuſo aculeo, ſalis corpus enerve & innoxium reſtat; Neque poteſt ulli noxius eſſe uſus ſalis Tartari cum juſculo aſſumptus, vel conſerva aliqua betonicæ, chamæpithios, cichorii, ſub qualicunque tandem forma, Podagricis eximiè conducit, non ſolum quatenus tempe-

temperat, ſed & evehit per urinæ vias Salinam materiam & tartaream mali cauſam: Eundem prodent effectum ſalia chamæpithios, betonicæ, abſinthii, ebuli &c. Tutò intus aſſumitur ſaccharum Saturni cum conſervis appropriatis, actuq; mitigat, indice guſtu, ſed Veneream cupidinem infringit, in commodum forſan podagricorum. Ejuſmodi remediorum exhitio ultimis Lunæ diebus fieri debet, præmiſſis levioribus quibuſdam eccoproticis.

Purgantibus, podagræ maximè convenientibus, ſuperiùs commemoratis, accedat hoc ſpecificum, Pulvis ſcilicet noſter arthriticus, qui ſemel ſaltem in menſe, circa plenilunium, cum maximè turgent humores, à drachma una ad ſcrupulos quatuor, plus aut minus, pro morbi magnitudine, virium præſertim ægri habitâ ratione, uſurpari debet: Qui ſunt plethorici & Podagrâ graviter vexantur, ii quoque illum in uſum ducere poterunt, ſuſpectis præcipuè tempeſtatibus, uno aut altero die ante novilunium, ex pingui caponis juſculo, vino

albo, cremore hordei, lactis ſero, cujus hauſtum à ſumpto medicamento ingerere convenit: ♃. raſuræ cranii humani inſepulti, turbith, hermodactyl. Gialapæ, ſennæ, cremor. Tartari, diacryd. garyophill. an. ℥j. miſceantur ac in ſubtilem pulverem terantur: Bairus, Medicus Italus, laudibus extollit Caryocoſtinum, cujus ſimplicia cum maximè caleant, ejuſque operatio paulo vehementior ſit, vix utile puto ſiccis corporibus, ſed tantum ſummè frigidis & humidis; ita ut prædictus pulvis vicem aliorum ſupplere poſſit, excepto Mercurio, cujus vim & energiam cæteris omnibus antepono: Actum ſupra de eum exhibendi modo, vehiculum ei debetur quod citò operationem perficiat, quales ſunt pilulæ cocciæ minores, ſimiliaque purgantia colocynthidem admittentia, ſcammonium, elleborum nigrum, è quibus, ſi lubet, concinnari poterit extractum, pilulari formâ, permiſcendum Mercurio.

Si quos jam invaſit podagra, liberari ab ea poſtulant, aut ſaltem mitius tractari, ii poſt purgationes univerſales

les triplicis corporis regionis, pro exigentia & gradu affectionis, præmiſſâ diætâ ſudorificâ, per annum ſubſequentibus pilulis utantur, quibus quanquam ſenſibilis deſit vacuatio, diutino tamen uſu nec interrupto, materia ejuſmodi Tartarea cum urinis evehitur, de qua toties actum: facultate demum omnino ſpecifica, in quam ſemper intentum eſſe decet Medicum, cuicunque demum inſiſtatur methodo, articulos roborant. ℞ pul. chæmæpit. ℥ß. liquir. Hiſpan. ʒij. beton. ʒß. oſſium meſpilor. ʒiij. omnibus in pulverem ſubtilem tuſis cum ſ. q. terebinth. Venetæ f. pilul. à ʒj. ad ʒß. & ʒij. quotidie, tribus horis ante prandium exhibendæ, poſt deambulando aut leviter ſe exercendo: Illius remedii baſis eſt Chamæpytis, quam nonnulli ſimpliciter terebinthinæ remiſcent, addunt alii betonicam, uſus ut ſupra: Exacto primo anno, utendum hoc remedio ſingulo vere & autumno; ſpatio xxx. aut xl. dierum, effectu obſervato, ita ut ſi venter libere fluat, res naturæ committatur, remediiſque eo conſpirantibus: ſin

 pigra

pigra ſit, ſollicitetur pilulis uſuali-
bus, identidem aſſumptis fortioribus
purgantibus ut dictum; vitata interim
vitioſa diæta, cavendoque ne quod
una manus adſtruit, altera deſtruat.

Abſorbentia ſiccandi vi polleant,
qualitate manifeſta, cui ſi ſpecifica
aſſocietur, præſtantior & vegetior
orietur effectus: Oſſibus cujuſcunque
generis, crudis aut calcinatis, ea vis
ineſt, ſed humana, ex iiſdem partibus
quæ affliguntur deſumpta, efficacius
agunt ratione ſimilitudinis. ℞ di-
ctorum oſſium ℥iij. c.c. crudi & calci-
nati an. part. ij. ocul. cancri ſubtil. pul-
veriſat. part. j. pulv. aut medullæ fari-
naceæ zarzæparill. part. IV. omnia in
pollinem terantur; quibus, ſi lubet, ad-
jici poterunt ſem. aniſi, fœniculi, co-
riandri, cinnam. ſuccini, moſchi, ſed
exiguâ quantitate ac ſolùm ad gra-
tiam guſtûs: mane & ſero ejus aſſu-
matur cochlear integrum, procul á ci-
bo; cum deſtiterit podagricus ab
uſu prædictarum pilul. chamæpithios,
vel intermedio, quo eas non uſurpa-
bit, tempore.

Cauteria brachiis inuſta, vel tibiis,
humo-

humorem in articulos fluentem intercipiunt alióque deducunt, maximi ſolatii tum ad præſervationem arthridis, tum curationem, præſertim ſi ægri legibus diætæ non obtemperent, qua de cauſa ea admittere tenentur.

Succedant jam remedia doloris urgentiam ſpectantia, ad quorum diſquiſitionem, ob ægrorum impatientiam, tormentíque vehementiam Medicorum ſolertia impellitur: In memoriam revocetur, quod prius dictum, materias ſalinas, acidas & mobiles, ſimul permiſtas ſeſe mutuo temperare: Eædemnet podagricum dolorem ſedant: Lixivia è cineribus caulium, ſarmentorum, cinerum clavellatorum, Tartari, ſimilibuſúe ſalibus Alkali in mitigationem doloris concurrunt, maximè ſi vitriolica admiſceantur, in quibus latet anodinum ſulphur & ſal, potenti diſcutiendi vi præditum: vitriolum album in aqua ſtillatitia caulium diſſolutum: Plumbum nativa dulcedine mordacitate Sal podagricum exuit, exterius admorum ex prædicta caulium aqua,

ut & filicis, cujus ſal in cineribus latens eximiæ eſt virtutis: Phlegma vitrioli albi, aqua ſpermatis ranarum, ſimilesve liquores, quibus perſæpe narcotica adduntur, duplici nomine utilia ſunt, qua ſenſum obtundunt (de quibus infra) & ope naturæ ſulphureæ, qua temperant humorem.

Maxima pars eorum qui podagricis auxiliares manus porrigunt, cataplaſmatis ineptè utuntur, unde plus damni, poris occluſis, quam commodi accedit; Reſerandi potius ii & in id elaborandum quo foras eliciatur id lixivium, dum ſub forma eſt liquida: Eum in finem utendum aquis apoplecticis, tantopere ab Authoribus decantatis, conflatis è ſalibus & vitriolis ſupra memoratis, Oxoronia Zvvingeri, Aqua ex urina & vitriolo diu ſimul maceratis, digeſtis per putrefactionem, egregiam opem fert: Eximia eſt iis in doloribus camphora, aperit enim, penetrat, attenuat, digerit, halitúmque inſenſibilem juvat, mediante ſummâ acrimoniâ: Ex aquis ſupradictis utiliter admovetur, etiam in intenſiſſimis doloribus: Vidi qui diſſolvant

diſſolvant opium, digerant, poſtmodum diſtillent, utiliterque ejuſmodi mixturam dolentibus articulis admoveant, etiam maximè vigente dolore: ejus efficaciam augebit additio camphoræ: In id ſatis ſunt hæc præſidia, quanquam & alia non minùs generoſa afferri queant & præſcribi. Somnus vacuationem omnem cohibet, excepto ſudore: atque ubi fluxio vehemens eſt, doloreſque intenſi, nihil gratius & utilius ad eum accerſendum, nec quicquam æquiparandum venit Laudano, cujus duo, tria, quatuorve grana poſſunt præberi horâ ſomni, imo pluribus ex ſerie noctibus. Per quietem humores concoquuntur, natura vires reſumit, & inſurgit hoſtem ſuperatura: Alia proſtant ſomnifera laudani ſuccedanea, ſed iſtud cæteris palmam præripit.

Maxima Medicorum pars contra narcoticorum & ſtupefacientium uſum inſurgit, eáque impugnat; quod non deſint alia præſidia tutiora quorum ope doloris vehementia demulceri poſſit, ac ſatius ſit, ex ipſorum mente, ejulatus non compeſcere

quam ægrum enervem reddere per ejuſmodi medicamenta. Lepidum ſane & plauſu excipiendum excuſationis genus, quaſi vero per ea tam inſignis imbecillitas partibus & ægro inuri queat: Revera intus aſſumpta narcotica, ſi dextre in uſum non flectantur, damni non ſunt expertia, quippe quæ intempeſtivè data in cerebro congelationem quandam, ut ita dicam, pariunt, ſpirituumque quandam ἀκινησίαν, non mediante refrigeratione, ſed fixatione, quæ ſulphuris, luxuriantis in iis remediis, ſoboles eſt, unde inductâ immobilitate ſpirituum animalium, illorum influxus prohibetur, hinc mors per ſuffocationem ſequitur: ſed ſi viget atrox dolor, ab ejuſmodi remediorum admotione nihil quicquam ſimile pertimeſcendum, cum certum ſit dolorem, vel una die urgentem, majorem nervis inferre labem & debilitatem, quam topicorum admotionem ſex dierum ſpatio continuatam. Supponamus vero ſtuporem inde aliquem ſuperſtitem eſſe in partibus, mille præſto ſunt remedia eam labem

eliere

cluere valentia, balnea, fotus, emplaſtra, laconica, & alia quæ brevi tempore id præſtant: adde his narcoticum fore innoxium ſuæ antidoto annexum: Omnes prope autores in vehementia doloris podagrici hyoſcyamum in uſum ducunt: ad opium quidam aſcendunt: ſi ſplen multùm induruit cicutam illi innoxiè apponimus, quod & oculis utiliter ſuperimponitur, quanquam cerebro proximis: Ego autem non vereor, comprobante felici eventu, in uſum ducere utramque illam plantam cataplaſmatis formâ additâ caſſiâ, camphorâ, croco, ſpermate ceti, atque axungiâ humanâ, quæ præſtantiſſimum eſt anodynum eo in affectu.

Sedato dolore ad roborantia accedendum, inter quæ vinum optimum, quod ut extus admotum partibus nervoſis utile eſt, ſic intus aſſumptum maximè infeſtum eſt omnibuſque cerebri propaginibus.

Qui alias inſultus arthriticos ſuſtinuere, admittere neceſſe habent remedium quod ſiccandi vi roboret partes nervoſas, quarum tonus &

peramentum nativum per ſimilia conſervari poſtulat: Paulus Aëgineta, antiquus & doctus medicus, podagricorum articulos linimento ex ſale & oleo perfricat: conducit id remedium mitigatis doloribus, ſed præſtantiſſimum eſt in iis præcavendis: Paretur, oleum ex violis luteis (cheirinum vocant) ex iteratis florum infuſionibus, quod optimum evadet additione florum verbaſci.

℞ prædicti olei ℔. ſalis marini decrepitati, diſſoluti & in alkool redacti ſuper porphyrite, ſaponis albi Veneti. an ℥iv. m. fiat inſtar nutriti. Eo veſperi omnes articuli inungendi, præſertim pedum & manuum, præ cæteris partibus maxime doloribus obnoxii: poſt inducantur tibialia & chirothecæ laneæ in introitu lecti. Quondam mihi fuit notus Medicus doctus, qui cum podagrâ per annos triginta fuiſſet infeſtatus, (fuit is Dom. Quartier Ducis Bullionæi Medicus) demumque totidem annis ſupervixiſſet, reliquo vitæ tempore, (prætergreſſus enim eſt annum centeſimum) beneficio ſupraſcripti linimenti, decem annis

nis ante obitum, incedens viſus eſt æque firmo talo, ac ſi nunquam eo affectu tentatus fuiſſet: Plurimis forſan adſtrictior hæc diætæ & medendi methodus tædioſa cenſebitur, quia ſic redit labor actus in orbem. Agricolis vita ſobria, exercitiumque indefeſſum, talia præſcribere ſuperfluum eſt: Divites, qui laboris tædio ſervorum miniſterio omnia exequuntur, quantum velint debacchentur, nihil moror.

Deſinentibus paroxyſmis, familiaris eſt uſus Emplaſtri diachalciteos, quod revera innoxium eſt, ſed exigui ſolatii; Proſtant meliora, qualia ſunt Empl. de hermodactylis, de minio magiſtrale, vocant Emplaſtrum Sandicis; Gummi Caranna ſpiritu vini diſſolutum, ut & Tacamahaca ſingularis ſunt efficaciæ: Empl. betonicæ: maſtiche, ſtorax ac benzoin, liquefacta cum prædicto ſpiritu, egregiè conferunt. Balſamus Ebuli, paratus cum lumbricis, catellis lactantibus, addito ſale præſtantiſſimus eſt. Balnea & fotus ex herbis neuroticis, lixivio ex aqua chalybeata confecto, incoctis,

peramentum nativum per ſimilia conſervari poſtulat: Paulus Aëgineta, antiquus & doctus medicus, podagricorum articulos linimento èx ſale & oleo perfricat: conducit id remedium mitigatis doloribus, ſed præſtantiſſimum eſt in iis præcavendis: Paretur, oleum ex violis luteis (cheirinum vocant) ex iteratis florum infuſionibus, quod optimum evadet additione florum verbaſci.

♃ prædicti olei ℔. ſalis marini decrepitati, diſſoluti & in alkool redacti ſuper porphyrite, ſaponis albi Veneti. an ℥iv. me fiat inſtar nutriti. Eo veſperi omnes articuli inungendi, præſertim pedum & manuum, præ cæteris partibus maxime doloribus obnoxii: poſt inducantur tibialia & cheirothecæ laneæ in introitu lecti. Quondam mihi fuit notus Medicus doctus, qui cum podagrâ per annos triginta fuiſſet infeſtatus, (fuit is Dom: Quartier Ducis Bullionæi Medicus) denumque totidem annis ſupervixiſſet, reliquo vitæ tempore, (prætergreſſus enim eſt annum centeſimum) beneficio ſupraſcripti linimenti, decem annis

nis ante obitum, incedens viſus eſt æque firmo talo, ac ſi nunquam eo affectu tentatus fuiſſet: Plurimis forſan adſtrictior hæc diætæ & medendi methodus tædioſa cenſebitur, quia ſic redit labor actus in orbem. Agricolis vita ſobria, exercitiumque indefeſſum, talia præſcribere ſuperfluum eſt: Divites, qui laboris tædio ſervorum miniſterio omnia exequuntur, quantum velint debacchentur, nihil moror.

Deſinentibus paroxyſmis, familiaris eſt uſus Emplaſtri diachalciteos, quod revera innoxium eſt, ſed exigui ſolatii; Proſtant meliora, qualia ſunt Empl. de hermodactylis, de minio magiſtrale, vocant Emplaſtrum Sandicis; Gummi Caranna ſpiritu vini diſſolutum, ut & Tacamahaca ſingularis ſunt efficaciæ: Empl. betonicæ: maſtiche, ſtorax ac benzoin, liquefacta cum prædicto ſpiritu, egregiè conferunt. Balſamus Ebuli, paratus cum lumbricis, catellis lactantibus, addito ſale præſtantiſſimus eſt. Balnea & fotus ex herbis neuroticis, lixivio ex aqua chalybeata confecto, incoctis,

ctis, addito vino rubro, ſale, ſulphure & alumine, mirè corroborant, Lac aluminis ſingulariter valet, quod ſic paratur.

℞ aqu. vitæ ℔j. album. ovorum rec. numero VI. diu unà conquaſſentur cum 3. aut 4. grandioribus aluminis fruſtulis in olla terrea vitreata; ea ſatis erit agitaſſe & commoviſſe, ſi prius in dicto vini ſpiritu facta fuerit infuſio herbarum nervalium ſalviæ, majoranæ, roriſmarini, inde remedio virium acceſſio fiet: hoc vero calefacto, cum ovorum albumine indureſcant, & craſſeſcant ac in grumos abeant, ſatius erit ſeorſim excalefacere vinum rubrum optimum, (de alicanto ſi proſtet) demum in vas igne exemptum, duplam aut triplam quantitatem alterius lactis aluminis injicere, atque in eam miſcellam immergere lintea duplicata, ac calide admovere; Sed quorſum plura, cum prædicta ſatis efficacia ſint.

Ridiculum ſe præbet qui tophorum diſſolutionem pollicetur, nam ſi induruerint, tale quid tentare laterem

rem lavare eſt: ſed materia exiſtente adhuc viſcida, credo rem non omnino eſſe impoſſibilem, ſi modo nanciſcamur remedium quod illam ſubeat, ac ſimilitudine ſubſtantiæ cum illa conveniat; Tale eſt ſal armoniacum, tum naturale tum artificiale, imo compoſitum ex fuligine & urina animalium. Sed ſal urinæ volatile, crebris depuratum ſublimationibus, viribus antecellit.

Partium poris ſufficienter reſeratis, vel balnei ope vel Laconici, aut ad lixivii vaporem, parati cum fæcibus aut ſcoriis flavis reguli antimonii: (cujus Sulphur potentiſſime attrahit, nec minori diſſolvendi vi pollet) Accipiatur ſal urinæ, miſceatur cum optimo ſpiritu vini, ex hac mixtura fiat fotus: Oleum arſenici digerit & ad ſuperficiem allicit, nec remedium extat hoc in opere æquiparandum; ſi tantillum ejus miſceatur cum butyro Majali vel alia pinguedine, leniterque inungantur artus: Diſſipantur aliquando ejuſmodi tumores exſudante materia quadam viſcida, pinguedinem referente, & ſæpe exo-

riuntur puſtulæ aquæ guttas fundentes non ſecus ac ova igni expoſita.

Cardo vero, circa hujus remedii uſum, in hoc vertitur, ne feſtinatio quæratur, ejus enim effectus perſæpe duodecimo demum, vel decimo quinto die ſe exſerit. Quidam, ut Dariotus, apertionem partium circa articulos per ruptoria moliuntur, & ante factam ullam concretionem utiliter veſicatoria admovent. Ego autem in ea ſum ſententia priorum conſilium ſupervacaneum eſſe, atque eum qui mali cauſam antecedentem per remedia intus aſſumpta impugnarit, externis facile poſſe carere, vel ſaltem à dolorificis hiſce abſtinere, cum iniquum ſit afflicto afflictionem addere.

Priuſquam colophonem imponam, de ſanguinis miſſione aliquid adjiciendum, quæ in corporibus plethoricis, in iis qui lautè & opipare vivunt, mero indulgent, præcautionis gratia nunquam non fieri debet: vere brachii venæ tundantur & autumno: In melancholicis reſerentur hæmorrhoides; mulieribus cieantur menſes ſi

ſubſti-

ſubſtiterint: Galenus intrepide aſſerit præſentaneum eſſe auxilium in maximis doloribus, præcipitibus fluxionibus & ingentibus inflammationibus: his tribus ſæpe ſimul concurrentibus primo podagræ inſultu, quis eam ſæpius inſtituendam negaverit, juxta neceſſitatis urgentiam? Hujus remedii cum tam eximia ſit utilitas, quodnam quæſo majori certitudine, minuſque ancipiti ſpe poterit decerni? Nunquid in urgentia dolorum purgationi anteponenda? Quanquam Bayrus aſſerat ſeipſum podagra ad extremum afflictum, ab aſſumpto Elect. ſuo Caryocoſtino in doloris urgentia, ſemper libertatem pedum reſtitutam fuiſſe, ut ſolus, nemine fulciente, ſellam perforatam adire valuerit, Piè illi fidem adhibeamus, Medico quippe docto, ſeni & experientiſſimo: Conſtat tamen vel non purgandos podagricos urgentibus doloribus, vel id ἀσφαλέστερως faciendum, aliter commota camarina malum ingraveſcere certum eſt: præcavebitur id damnum ſi ea ipſa die qua aſſumptum purgans, exhibeatur noctu laudani

doſis, ut ſupra dictum; Eo pacto orgaſmus humorum ſiſtitur, figuntur ſpiritus, tandem imminuta cauſa mitigatur malum, reſtituiturque natura priſtinæ libertati.

Poſitis his regulis, non difficilis erit uſurpatio plurium particularium remediorum, præter ſpecifica dicta: ſed multitudo deterret ægros, confuſionemque invehit tum in Medici animum tum eorum qui ægro aſſident: Et quanquam ſylvam medicamentorum huc adduxerim, non ea tamen mihi mens eſt ut omnia in uſum duci debere velim in eodem ſubjecto: Medici eſt ea eligere quæ unicuique ægrotanti commoda credit: Medicinalia conſilia artis magiſtros directores habere debent, quo rectus uſus ineatur & opportunus, hincque utilitas emergat, futura alias gladius in manu furioſi, ſi quis vero artis ignarus iis intendit uti, deceptum ſe à ſiniſtro uſu agnoſcat: diſcat idem totam curationis ſummam in electione opportuni temporis ſitam eſſe, quod non omnibus obvium eſt, ſed iis tantum qui in artis operibus conſenuere

ſenuere

ſenuere & canos acquiſiere; hæc non annus nedum dies una docet. Antequam finem faciam illud moneo, hoc conſilium ab amico extortum, atque in ejus gratiam & reverentiam à me conſcriptum fuiſſe, ejus curioſitati potius quam neceſſitati ſatisfacturo.

Artem experientia fecit,
Exemplo monſtrante viam.

FINIS.

2 Dl. agto 21. ſtve/. 8 ſe/